JOSIPPON

1541

IOSEPHVS HEBRAICVS DIV DESIDERATVS, ET NVNC ex Constantinopolitano exemplari iuxta Hebraismum opera Sebastiani Munsteri uersus, & annotationibus atque collationibus illustratus.

Continuat autem historias sacras à captiuitatè Babylonica usq; ad præsidem Pilatum, cōplectens simul apocrypha sequentia:

Magnificentiam Danielis apud Chaldæos.
Demissionem eius in lacum leonum.
Cibationem per Habakuck prophetam.
Subuersionem templi Bel dei Babyloniorum.
Occisionem draconis.
Disputationem, quid fortius inter uinum, regem & mulierem. III. Ezræ III.
Apocrypha quæ in libro Esther inueniuntur.
Gesta quædam Alexandri Magni & successorum eius regum Græcorum.
Sacri ignis in puteo absconditi inuentionem.
Vtrumq; librum Machabæorum.
Regni Iudæorum incrementum & decrementum.
Herodis Magni & filiorum eius tyrannicum inter Iudæos regimen.

Hæc lector si tibi arridere uiderimus, dabimus & bellum Iudaicum seu excidium Ierosolymitanum à Iosepho Hebraicè conscriptum.

BASILEAE APVD HENRICVM PETRVM, MENSE MARTIO, ANNO M. D. XLI.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, D. IOACHIMO Marchioni Brandenburgensi, sacri imperij electori, domino suo amplissimo Sebastianus Munsterus S. D.

INter tam uaria multipliciaq́; munera, quæ ab omniũ bonorũ largitore deo optimo maximoq́; accepimus, princeps sapientissime, nemo qui recte sentit putabit nobilius aut salubrius aliquod cõtigisse mortalibus q̃ sapientiã. Hęc enim totã hominis moderatur uitam. Nam docet quomodo in primis formãdus sit animus ad deum, ac deinde quomodo tota instituenda uita. Siquidem est diuinarum humanarumq́; rerũ cognitio. Prior, quæ uersatur circa diuina, excipitur solo corde per fidem, posterior autẽ quæ actiones humanas internas & externas respicit in membranis trãsmittitur ad posteros. Hæc exteriorẽ & ciuilem hominis disponit uitam, animamq́; distrahit circa creaturarum considerationẽ, illa autẽ uiuacissimus quidã spiritus est, qui litera occidente exprimi nequit, sed digito dei scribitur in cordibus fideliũ, iuxta illa Hieremiæ testimoniũ: Ego dominus dabo legem meam in interiora eorum, & super cor eorum scribam eam, & ero eorum deus, ipsiq́; erunt populus meus. Huius ueræ & cœlestis sapientiæ initium definitur esse timor domini. Nam in maliuolam animã nõ demittitur hoc donum dei, nec thesaurus ille cœlestis committitur uasi fictili aut proijcitur ante porcos. Solis filijs dei & ciuibus regni cœlestis, qui ex corde clamare possunt Abba pater, hic traditur spiritus, uni quidem sic, alteri autem sic, solus Christus, in quo & plenitudo diuinitatis habitauit, hunc sine mensura accepit. Frustra & inuanum hic laborat, quicunq; alium docere conatur, sicut & propheta prædicto loco, nempe capite 51. dicit: Non docebit ultrà unusquisq; proximũ suum & uir fratrẽ suum, sed ut Isaias habet capite 54. כָּל בָּנַיִךְ לִמּוּדֵי יְיָ Erunt omnes filij tui docti à domino. Dominus est qui hominẽ hanc scientiã docet. Cõtemnendum ergo ministeriũ humanũ? Absit. Diuus Paulus ubi Corinthijs scribit, docet quomodo is locus sit intelligendus. Dicit nanq; se plantasse, Apollinem rigasse, deũ autem incrementũ dedisse. Nisi ergo deus incrementum dederit, frustra plantat homo, frustra rigat, frustra docet, frustra corripit. Dominus est qui omnia in omnibus operatur. Et is rogãdus est, ut operarios suos, qui-

bus cum ipse operetur, mittat in messem suã. Hac sapiẽtia caruerunt philosophi & quotquot à deo alieni fuerũt, ideo euanuerunt in cogitationibus suis & obtenebratum est insipiens cor eorum, cõtrectantes ueluti cęci parietẽ, & palpantes ueluti qui oculos non habẽt, impingentes in meridie quasi in tenebris, ut Isaię utar uerbo. Hi sola prudentia & seculari sapientia cõtenti fuerunt, quę licet magna sit & pro huius mundi domestica & pacifica conuersatione apprime necessaria, ad consecutionẽ tamen uitæ futuræ, nisi accedat cœlestis sapiẽtia, nullum præbet adminiculum. Sciẽtia enim inflat, charitas autem ædificat. Quod si scientia subnixa fuerit charitate, iam terrena sapientia cõmigrat in cœlestem & tenebrę uertuntur in lucem. Et qui sic docti fuerint, aliosq́ docuerint, fulgebunt sicut splendor firmamẽti, ut apud Danielem legimus. Ieiuna proinde & insipida est omnium autorum lectio, quæ hoc cœleste caret sale, quæq́ nullam pietatis sapit micã. Demulcet quidem & oblectat legentis animũ, sed nullus hinc ueræ pietatis refertur fructus. At ex illis libris qui prophanis historijs admixtam habẽt pietatem, geminus colligitur fructus. Nam præter id quod ad gerendas res prudentiam non uulgarem docẽt, simul pietatis semina in legentis spargunt animũ, dum ostendunt quomodo deus semper adfuerit timentibus & sperantibus in se, & rursum quàm alienus extiterit ab horum conatibus qui eum neglexerunt. Et quoniã exemplis magis mouemur quàm pręceptis, nõ est usquã alibi maior ad recte pieq́ uiuẽdum exemplorũ copia & uis, quàm in hoc scripti genere. Illic enim nullibi nõ fit obuium lectori quid sit honestum & quid turpe, quid pium & quid cõtra deum, quid utile & quid noxium, quid appetendum quidq́ fugiendum. Nemo non reperit ibi, quod sibi salubre est. Inueniunt principes & publicarũ rerũ administratores quod in rebus ancipitibus sequantur consilium, & quomodo sese gerant erga subditos, inueniunt & hi qui potestatibus sublimioribus sunt subiecti, quid maioribus debeant. Et certe si ullus extra biblicos libros historiographus est, in quo hæc copiosissime clarissimeq́ inueniuntur, Iosephus est in Iudaicis historijs, autor grauissimus, & dignus qui à Christianis quibusq́ potissimum à principibus legatur. Nam habet omnia quæ ex historijs petũtur, & præterea causas signat malorum, quæ irruerunt in populum dei, puta famis, pestilentiæ, terræmotus, bellorum, inundationum, & aliarum insolitarum tempestatum. Scribit & principum quorundam mirabilia consilia, mirabiles mortes, regnorum translationes, occasus nobilium familiarum, imposturas

& tyrannides

& tyrannides Antiochorum & Herodum, scribit denique tot casus, consilia, euētus, pericula, discrimina, & rerū mutationes, ut uix in alio historico hæc copiosius, diligentius, elegantiusq́ conscripta inueniantur. Fuit enim uir iste supra modū clari ingenij tam'q; felicis, ut patriæ linguæ adijceret Græcam, scriberetq́ in ea domi aliquot antiquitatis Iudaicæ libros, ac deinde Romæ septem captiuitatis libros, quos & imperatoribus Vespasiano atq; Tito filio eius obtulit, & ob ingenij gloriā statuam meruit Romæ. Tātum siquidem in optimis studijs & linguarum peritia famam tantamq́ cum laude gloriam consecutus est, ut suo tempore in uniuersa Iudæorum turba nemo eo doctior, nemoq́ facundior haberetur. Interfuit excidio Ierosolymitano, captusq́ Romam perductus est, quadragesimo scilicet post Christi passionem anno, ubi & mansit usq; ad diem mortis suæ. Incertū autē est num in extrema senecta alienus manserit à Christo, qui tam magnificum de ipso protulit testimoniū. Scribit namq; quodam loco sic: Eodem tempore fuit Iesus uir sapiens, si tamen uirum eum oportet dicere: erat enim mirabilium operū patrator, & doctor eorum qui libenter uera suscipiūt, &c. Quid si timore Romanorum principum, qui omnibus modis conabantur extinguere nomen Christi, nō ausus fuerit cognitum Christum annunciare? Erant adhuc Romæ suo tempore recentia & uiuacissima Paulinæ prædicationis semina, atq; ob id facile fieri potuit, ut uir ille, qui gentis & patriæ suæ interitum uidit, agnouerit Meschiæ aduentum. Hunc autorem, ut apud Hebræos eum miro compendio scriptū inueni cum multis historijs biblicis, quas nostri apocryphas uocant, & hactenus incompertum habuerunt, quo autore scriptæ fuerint, tibi uisum fuit illustrissime princeps dedicare: primum ob id, quod princeps populi dei es, & zelum pro salute eius habes haud secus quàm olim Mathathias Hasmonæus & filij eius habuerunt pro populo Israëlitico, id quod etiam multis indicijs atq; nominis tui nunquam intermoritura laude declarasti, ac deinde quod patrocinium suscepisti bonarum literarū, imitatus nimirum in hoc bonos quosq; principes, quibus hæ semper curæ fuerunt. Cum enim ipse doctus sis & in literis pulchre uersatus, prudenter & hoc curas in toto principatu tuo, ut is doctis & ornatis fulgeat uiris, nullis etiam parcens expensis, modo in hac re tuis sanctissimis satisfiat uotis. Sic superiori anno Iosephum Munsterum, meum ex fratre nepotem, iurisconsultum & humanioribus literis ab infantia imbutum, diuq́ aduersa fortuna iactatum, accersiuisti & in tuam ueluti tutelam su-

 scepisti,

ſcepiſti, locumq́ inter doctos uiros in florentiſſimo Franckfordienſi gymnaſio dediſti, & per omnia te illi munificū exhibuſti. Quis det ut & reliqui Germaniæ principes pulcherrimo hoc tuo exēplo incitati paulo ferventiores eſſent ad aſſerendas bonas literas, & fouendos literatos uiros? Dominus deus, in cuius manu ſunt corda regum & principum, corroboret in laudem & gloriam nominis ſui hunc tuum propenſum in bona literarum ſtudia animum, donetq́ ut prouincia ab eo tibi deſignata, diu multisq́ annis tali ac tāto fruatur principe. Bene uale optime princeps, & ob Ioſephum Ben Gorion cōmendatum habeto Ioſephum Munſterum. Baſileæ Idibus Martij anno ſalutis quadrageſimoprimo ſupra milleſimum & quingenteſimum.

PRAEFATIO SEBASTIANI MVNSTERI IN IOSEPHVM

hebraicum, in qua disputatur num hæc editio Flauij sit Iosephi aut alterius cuiusdam Iudæi.

VIsum fuit ab initio huius libri, candide lector, hoc unum inuestigare, num liber iste hebraicus Iosephi sit an non, Iosephi inquam Flauij, ne error sit in nomine, sic autem Iosephi sit, quod Hebræis fuerit hebraice conscriptus, sicut latinũ exemplar, quod passim in manibus omnium doctorum uirorum uersatur, gentibus græca lingua fuit ab eo scriptũ. Et quidem plurimi ex nostris unanimi respondent sententia, Iosephum non hebraice sed græce tãtum scripsisse: quidam addunt etiam Iosephum nescisse hebraice. Quod græce scripserit, ipse testatur in prologo belli Iudaici, quin & hodie extant non pauci libri græce ab eo scripti, quos Rufinus olim in linguam uertit latinam. Quod hebraice non scripserit, multis probant argumentis. Quis enim, inquiunt, ex doctis uiris scripsit unquam unum & eundem librum bis, in diuersis scilicet linguis? aut quis transtulit propriam fœturam in aliam linguam? Id nec ab apostolis factum scimus, qui relicta patria lingua euangelium græco scripserũt sermone. Certe Paulus qui legem didicit ad pedes Gamalielis, cum hebraice scribere potuisset, omnes epistolas suas græce scripsit, etiam eam quam Latinis siue Romanis inscripsit, præter unam ad Hebræos, si modo illa Pauli est, & uerum est quod primùm hebraice scripta fuerit. Non enim constat quis illam in Græcam uerterit linguam. Quæ cum ita sint, putabimus Iosephum tantum laborem insumpsisse ut idem bis scripserit, uir quinquaginta sex annorum? Tot enim annorũ dicit se fuisse, cum tertiodecimo anno principatus Domitiani Cæsaris librum scriberet de bello Iudaico. Cum itaque constet illum grece, non autem hebraice scripsisse, quis iam non dubitet de hac hebraica editione? presertim cum he due editiones in plerisq; locis inter se dissonare deprehendantur, & ista habeat que in altera non inueniantur, & rursum illa quædam contineat quæ in alia desiderantur. Astipulatur & id sententiæ eorum, quod inueniũtur quædam nomina in hebraica editione, quæ aut greca sunt aut latina, ut sunt hippodromus, crucida, amphitheatrum & similia, quæ arguunt editionem hebraicã transsumptam ex græca. Quin & Iosephus ipse, qui in græca editione perpetuo se uocat Ben Mathathiæ, id est, filium Matthiæ seu Mathathiæ, in hebraica aliud usurpat patris nomen, appellans se Ben Gorion, id est, filium Gorionis. Si utriusque editionis ipse immediatus fuit autor, quare hic aliud citat patris nomen quàm ibi? Hæc ferè sunt argumenta quæ nostros mouent, ut asserant Iosephum græce tantum scripsisse, & alium quempiam Iudæum greca in hebraicum uertisse idioma. Porrò quid ego hic sentiam, nunc dicam. Iosephum hebraice nescisse, temerarie dictum existimo, quippe qui pleraque hebraica nomina in Antiquitatibus exponit. Si fuit de genere sacerdotali, id quod de se

ipſo prædicat,& didicit linguam græcam, quis dubitet illum nõ antea quoque didiciſſe linguam hebraicam? Nonne poſtquam uictus fuit à Romanis, interpres fuit Romanorum ad Iudæos, ut de ſeipſo ſcribit in libris de bello Iudaico, quomodo hebraico ſermone conatus fuerit trahere Iudæos ad obedientiam Romanorum, quo imminentia uitarent pericula? De eruditione uero ſua in propria lingua ſic ſcribit capite ultimo, libri Antiquitat. uigeſimi. Nullus alter, licet uoluntatem habuerit, neque Iudæus neque alienigena potuit hoc negocium Græcis ita ſubtiliter explanare. Habens enim à congentilibus meis maximam eruditionem noſtræ prouintiæ, etiam græcas ſtudui literas adipiſci. Artis namq; grammaticæ experimentum ſumpſi, integritatem uero prolationis uerborũ poſſidere me paterna conſuetudo prohibuit. Hæc ille. Porrò quid alij Iudæi ſentiãt de Ioſepho, iam referã. Rabi Dauid Kimhi Hiſpanus, qui fuit ante ducentos annos, quoties citat in commentarijs ſuis ſuper Biblia Ioſephum Ben Gorionis? Vide eum, ſi libet, Haggei ſecundo, & Zach. undecimo. Sed & in radicibus ſuis in dictione פנג ſcribit huiuſcemodi uerba:

יוסף בן גוריון אמר כי פנג הוא בלסמו והיה נמצא ביריחו.

Hoc eſt, Ioſeph filius Gorionis dicit Pannag balſamum eſſe, inueniriq; in Ieriho. Quæris ubi id dicat Ioſephus, uide caput 22. libri quarti huius editionis, & illic ſic inuenies:

במקום ההוא היה צומח בלסמו הו׳ שמן הטוב הנקרא אפרסמון והוא פנג Id eſt, In loco illo, nempe in Ieriho, creſcit balſamũ, eſtq; oleum optimũ, quod & apharſemon uocatur, ipſum eſt Pannag. Si itaque Ioſephus exponit uocem hebraicam פנג & expoſitio eius citatur à Rabinis, neceſſe eſt ut ille hebraice ſcripſerit. Nam in græca editione non facit mentionem huius uocis. Vnde ergo habent id Hebræi niſi ex hebraica editione? Citat & ſapiens Rabi Abraham Leuites, Ben Dauid in ſua Cabala Ioſephum filiũ Gorionis, qui fuit ante Dauid Kimhi circa annum mundi 5000. Numerant autem Iudæi hoc Chriſti anno 1541. à principio mundi 5301. Fuit ergo memoratus Rabi Abraham ante trecentos annos, habebaturq; tunc in manibus Iudæorũ editio Hebraica Ioſephi. Item Rabi Abraham Conat, medicus Conſtantinopolitanus, tribuit hoc preconium Ioſepho hiſtorico, celebrat'que librum hunc talibus uerbis:

זה הספר הנכבד אשר חברו איש אלהים גבור חיל משוח מלחמה
כהן לאל עליון הנקרא יוסף בן גוריון מלבד הספרים ספרי החכמות
אשר חבר כי הוא היה ראש למחברים אחר שלמה המלך ע״ה אשר
יספר בזה הספר באמרי שפר מלחמות מלכי פרס עם מלך בבל
ואיך הומת בלשצר. וכן יספר גדלת דניאל בעיני מלכי פרס
וסבת גדלתו ומות שנמשך ממנה. וחכ׳ פעמים שהורד בגוב
אריות ואיך נתפרנס על ידי חבקוק הנביא ואיך על ידו נהרס היכל
בל התועבת הגדול שהיה בבבל ונהרגו כהניו וגם התנין הגדול אשר
הרג במערה. וכן יספר סבת גדלת זרובבל בן שאלתיאל

בעיני

בעיני דריוש מלך פרס ותתפלות אשר עשו עזרא הסופר ונחמיה בן
חכליה ומרדכי וישוע ושאר ראשי הגולה אל השם מפני האש ת
הקרושה ואיך נמצאה כי אין ממשלה לכהנים להקריב אש זרה. ובו
ענין אסתר המלכה ותפלתה והוא ספור נאה בתכלית. ובו גם
ספור קצת דברי גבורות אלכסנדר הגדול וגם ספור כל המלכים
והקיסרים אשר היו ברומה בזמן בית שני בשמותם וכל גבורתם
גם אהבתם גם שנאתם עם מלכי יהודה בבית שני והמלחמות ת
הגדולות הנוראות אשר החלו לצמוח בעם יהודה בימי אנטיוכוס
והמופתים אשר נראו אז בירושלם ומה שנמשך מהם. והקדשה
אשר עשתה חנה אשה קדושה ויראת יי׳ עם שבעת בניה הקדושים.
ובו ספור גבורת החשמונים וענין חנוכה וספור כל המלכים
אשר מלכו בירושלם בבית שני. וענין ובנין ארודוס
והגפן של זהב אשר תקן במקדש אלהינו שהוא ספור נאה בתכלית
וכל גבורותיו והריגת אשתו המלכה ושלשה בניו.
וספור רבים אחרים נאים בספורים אשר נלאיתי לזכרם בזה המקום.

Senſus horum uerborũ hic eſt: Hunc librũ præcioſum ædidit uir diuinus, robuſtus prælíator, conſecratus ad bellum, ſacerdos dei altiſſimi, uocatus Ioſeph filius Gorionis, præter multos alios nobiles libros quos fecit. Nam in libris edendis excelluit omnes alios poſt regem Salomonem felicis memorię. Narrat autẽ in libro iſto uerbis elegantibus prælia quæ geſſerunt reges Perſiæ contra regem Babyloniæ, & quomodo interfectus fuit Belſazar. Recitat deinde magnificẽtiam Danielis quam habuit apud reges Perſiæ atq; cauſam ſublimationis eius & quid inde ſecutum fuerit, quomodo ſcilicet bis coniectus fuerit in foueam leonum & ibi nutritus per Habacuk prophetam. Item quomodo per illum dirutum fuerit templum magnificum abominabilis idoli Bel, quod fuit in Babylone, & interfecti ſacerdotes eius, quomodo deniq; per eum interfectus fuerit draco magnus in ſpelũca. Refert deinde ob quam cauſam magnificatus fuerit Zerubabel filius Schealthiel in conſpectu Darij regis Perſarum: & quomodo orauerint Ezra ſcriba & Nehemia filius Hachaliæ, Mordochæus, Ieſua & reliqui principes captiuitatis ad deũ pro igne ſancto, & quomodo ille inuentus fuerit. Non enim poterant ſacerdotes offerre cum igne alieno. Sequitur poſt hæc hiſtoria Eſther reginæ & precatio eius, quæ admodum pulchre & abſolute deſcribitur. Quibus ſubnectitur, ſuccincta quædam narratio fortitudinis Alexandri magni, & enumeratio omnium regum & Cæſarum qui fuerunt Romæ tempore domus ſecundæ, expreſſis nominibus eorum, declaratur'que fortitudo eorum, fauor eorum & odium eorum quod habuerunt ad reges Iudæorum in templo ſecundo, item'que bella magna & horrenda quæ paſſim exoriri cœperunt contra populum Iudaicum in diebus Antiochi, & ſigna quæ apparuerunt tunc in Ieruſalem, quidq; ſubſecutum fuerit ea. Poſtea narrantur geſta Hannæ mulieris ſanctę, quàm religioſa illa fuerit cum ſeptem ſanctis filijs ſuis erga deum.

Poſt

Post quę fit mentio fortitudinis Hasmonæorum, & quomodo celebrata fuit dedicatio. Recensentur & egregia facta omniũ regum, qui tempore domus secundæ rebus potiti sunt in Ierusalem. Tandẽ ostenditur qualia ædificia Herodes cõsummauerit, qualemq́ꝫ uitem auream constituerit in sanctuario dei nostri, (historia est satis elegans & consummata) itemq́ꝫ explicantur fortia facta eius & quomodo interfecit uxorem suam reginam & tres filios suos, & multa alia pulchra enarrantur, quorum omnium tædet me facere memoriã. Hactenus ille. Iam ut ad obiecta quoqꝫ respondeam, sciendũ in primis, Iosephum aliter scripsisse gentibus, aliter Hebręis. Gẽtibus scripsit antiquitates omnium biblicarum historiarum, & plerumqꝫ explicuit eis ritus & consuetudines Iudæorum, quas secũdum legem Mosi obseruare tenebantur. Vnde libro 17. cap. 12. Antiq. declarat sacrificiũ paschale in hæc uerba: Pascha enim illa festiuitas uocitatur ad recordationem & memoriam exitus de Aegypto, & sacrificatur ab eis illa die cum alacritate magna pecudũ numerosa multitudo, quàm in nulla alia solennitate acta. Sic lib. 18. cap. 5. quando Pilatus rector Iudææ uoluit introducere in Ierusalem statuas Cæsaris, scribit in hũc modum: Imagines aũt aut aliquid huiusmodi facere lex nostra prohibet, & propter hoc ante illum omnes Iudæę rectores sine signis ingrediebantur mœnia ciuitatis. Et alio loco dicit sic: Bellantibus & occidentibus resistere lex concedit, si quid uero aliud aduersarij uelint facere, nulla nobis datur licẽtia, sabbatis eos prohibere. Talia multa in græca æditione ubiqꝫ inculcat, quorũ in Hebraico exemplari non meminit, quippe quæ Iudæis ex sacris libris erant manifesta. Græcis autem oportebat declarare, sicut & ipse quodã loco in Antiquitatibus meminit his uerbis: Præsens opus assumpsi, credens dignum studium etiã Græcis omnibus apparere. Cõtinebit enim omnem antiquitatem nostram & conuersationis ordinem ex hebraicis libris interpretatũ. Dudum siquidem cum bella cõscriberem proposueram declarare qui fuerint in initio Iudæi, & quibus sint usi fortunis, & per quem legislatorem sint eruditi, hoc quod ad pietatem aliamq́ꝫ uirtutis continentiam noscitur attinere, & quàm longis pugnãtes temporibus, inuiti nouissime uenerint ad certamina Romanorum. Erant etiam qui me historiæ desiderio pro rebus talibus inuitarent. Alia ergo ratione Iosephus scripsit gentibus & alia Iudęis. Gentibus ab initio mundi iuxta seriem in biblijs sacris obseruatam scribit, Iudæis uero ubi historiæ bliblicæ desinunt incipit scribere res cõsequenter gestas, à captiuitate scilicet Babylonica initiũ sumens, & cõtinuans Iudęorũ facta usqꝫ ad tempora sua. Supplet quoqꝫ ea quæ in Danielis, Esther & Ezræ historijs in biblijs sacris sunt omissa, & apud nos pro apocryphis habẽtur. Sed ea copiosius in hebraica quàm in græca æditione describit, habens scilicet respectum ad eos quibus scribit. Vtitur & stilo hebraico elegantissimo & uere biblico, longe discrepante à stilo modernorũ rabbinorũ, id quod solum conuincere posset lectorem quemqꝫ, æditionem hebraicam Iosephi esse & non interpretis alicuius Iudęi. Si enim esset interpretis alicuius, utiqꝫ ille in omnibus obseruasset eum ordinẽ qui in græca seruatur æditione. Id autem non fit, sed in hebraica æditione non raro quædam integra capita scribuntur, quę in græca nõ habentur, id quod in annotationibus nostris signauimus. Nam collationem fecimus utriusqꝫ æditionis. Et rursum multa integra capita in græca æditione

inueniũtur quæ in hebraica non habentur. Et ubi utriusq; Machabæorum libri historiæ describũtur, ille ordo quoq; non obseruatur, qui in nostra uulgata editione custoditur, id quod rursum argumẽtum est, hebraicã editionem non cõflatam ex nostra latina aut græca editione, ut taceã quędam quoq; haberi in Iosepho hebraico, quæ in nostris Machabæis nõ habẽtur, aut quædã hic copiosius tractari q̃ alibi. Pro testimonio sit tibi historia illa quæ apud nos 2. Machab. 14. in fine, in hac autẽ heb. editione lib. 3. cap. 22. scribit̃ de exangui, intestina sua in turbam proijciente, cuius Iosephus græcus non meminit. Quãdo uero obijcis, duas illas editiones, græcam & hebraicam, non per omnia cõsentire, sed in multis locis uel in sensu uel in proprijs nominibus discordare, & hinc sequi, non unum earum sed diuersos fuisse autores, respondemus, nos scripta Iosephi nõ pro oraculis habere. Homo fuit, & ideo nonnunquã labi memoria potuit, & cũ alienus esset à Christo, præsertim in ipsa captiuitate & fortassis aliquãdiu aut semper post captiuitatẽ, facile errare potuit iudicio suo, sicut & causam incendij tẽpli reijcit in latrones, qui in festiuitatibus ascendebant Ierosolymam, & gladios absconsos habentes, quos uolebant inimicorum permixti populis perimebant, & non solum in reliqua ciuitate, sed etiam in templo quosdam interimebãt. Ob quam causam, inquit, arbitror deum auersatũ nostram urbem & templum, uelut nequaquam suo habitaculo mundum, tradidisse Romanis, ut purgatio fieret ciuitatis, ignem & seruitium intulisse. At Christus seruator noster aliam assignat causam Luce 19. dicens: Venient ista super te, quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ, &c. Idem quoq; Iosephus in Antiquitatibus dicit Herodem, qui interfecit Iohannem baptistam, reiectum à Caio imperatore in perpetuũ exiliũ, constituto ei habitaculo in Lugdunensium Galliæ ciuitate. Libro uero secundo de Iudaico bello scribit Herodem fugisse in Hispaniam & illic decessisse è uiuis unà cũ Herodiade uxore. Sic Herodis magni primã uxorẽ in græco aliquãdo uocat Dosim & aliquando Doridẽ. Quid ergo mirũ, si hebraica editio nonnũquam dissidet à græca, quãdo gręca nonnunq; discordat à seipsa? Aut si illa non discordat, fieri potest quod Latinus interpres nõ semper mentem autoris expresserit. Potuerunt & multa loca scriptorũ oscitantia uiciari, sicut & superioribus annis Frobeniana editio fuit ab innumeris mẽdis repurgata. Cæterum ad illud quod obijcitur Iosephum in latina & græca editione appellari Mathathiæ filium, in hebraica autem filium Gorionis, sic respondemus: Fuit Iosephus ex Hasmonęorum genere, sicut ipse testatur libro 16. capite 7. in hæc uerba: Nos uero generi Hasmonęorum regum propinqui, & cum honore sacerdotium habentes, &c. atq; ideo appellauit se Mathathiæ filium, cuius nomen celebre fuit apud exteras gentes propter egregia illius filiorumq; eius facta, sicut & in libris Regum omnes posteri Dauid uocantur filij Dauid propter celebritatem nominis eius. Vbi uero historiã scribit contribulibus suis hebraica & patria lingua, uocat se filiũ propinquioris patris, nempe Gorionis. Haud dissimile exẽplum habetur in principio Exodi de filiabus Rahuelis & Iethro. Quod autem libro 2. capite 25. belli Iudaici filius Mathathiæ & filius Gorionis ceu duæ exprimuntur personæ, uidetur translatio latina in eo loco corrupta. Nam illa sic habet: Declaratus est Iosephus Gorionis filius, & pontifex Ananus, omnia quæ in ciuitate gerenda essent

imperaturi,

Imperaturi, maximeq́ ut ciuitatis muros erigerēt. Et deinde ſubditur: Vtriuſque Galilææ Ioſephus Matthiæ filius rector eſt deſignatus. Pro quo in heb. editione ſic habetur:

ויבחרו שלשה מן השרים גבורי מלחמה יוסת הכהן בן גוריון ואת
ענני הכהן ואת אלעזר בנו הכהן ויפקידום על הארץ ויחלקו להם את
ארץ יהודה בגורל ויתנו להם עזרה כיד היהודים למלחמה ותפל שליש
הארץ בגורל כל ארץ הגליל ארץ נפתלי והלאה ליוסת בן גוריון כי אז
נמשח משוח מלחמה . הגורל השני יצא לענני הכהן הגדול ירושלם
וכל סביבותיה לחזק את החומות ולערך את המלחמה מול אספסיאנוס

Hoc eſt, Elegerunt tres principes fortes & bellicoſos, Ioſephum ſacerdotem filium Gorionis & Ananæum ſacerdotem atque Eleazarum filium eius ſacerdotem, & conſtituerunt eos ſuper terram, ſorte diuidentes eis terram Iehuda & aſſignantes eis auxilium ſecundum uires Iudæorum, qui bello præeſſent. Obuenit autem ſorte una tertia terræ pars, nempe uniuerſa terra Galilææ, terra Naphthali & quicquid ultra eam eſt, Ioſepho filio Gorionis, qui tunc conſecratus fuit ad prælium. Et egreſſa ſors altera cecidit ſuper Ananæum ſummum ſacerdotem, obuenitq́ ei ipſa Ieruſalem & omnia loca quæ circum ipſam erant. Et hic firmabat muros urbis, ordinabat prælium contrā Veſpaſianum, &c. Vides hic unius duntaxat Ioſephi fieri mentionem: Cæterum quod quarūdam græcarum uocum fit mentio, & citantur quędam gentes quæ longe poſt Ioſephi tempora in mundo ſurrexerunt, ut ſunt Franci, Gothi, Lombardi, Bulgari, &c. hæc planè arguunt Ioſepho quædam acceſſiſſe per poſteros Iudæos expoſitionis & præfationis gratia. Nos propterea cōſultò omiſimus ea, quæ ab initio huic autori ſunt adiecta, eo quod pleraq; ſunt fabuloſa. Quis enim non uidet libro 5. cap. quadrageſimoprimo alium quempiam Iudęum quàm Ioſephū loquentem, quando dicitur, Gallos, qui ſunt Franci, interfuiſſe ſepulturę Herodis: Galli enim tempore Auguſti aut Tiberij nondum aſſecuti fuerunt appellationem Francorum.

FINIS.

HISTORIARVM IVDAICARVM LIBER PRIMVS, EX IOsepho Hebræo, filio Gorionis per Sebastianum Munsterum in Latinam linguam uersus.

Continet autem hic primus liber historiam Danielis & dimißionem captiuitatis Babylonicæ. *Caput* I.

FActum est cū uisitaret deus cōtra Babylonem omnia quæ locutus fuerat per Isaiam filiū Amos prophetā & per Ieremiam filium Hilkijahu prophetam, suscitauit dominus cōtra eam duos reges magnos & inclytos, Dariū regem Medorum & Cyrum regem Persarum. Erat autem [a] Cyrus affinitate iunctus Dario, nam acceperat filiam eius sibi in uxorem. Coniuncti ergo duo illi pariter, preuaricati sunt in regem Chaldeorum & rebelles extiterunt Belsazaro regi, unde natum est bellum grande. Et à principio quidem huius belli, uictores fuerunt Chaldei, & ceciderunt plurimi uulnerati ex militibus Medorum & Persarum. Instaurantes aūt rursum duo illi reges aciē suā atq; certamen, excitauerūt bellū grauissimū, & ceciderūt ab utraq; parte multi, & effusus est sanguis innumerabiliū animarū. Cumq; Chaldæi inciperent fugere, persecuti sunt eos Cyrus & Darius cū militibus suis, percusseruntq; eos & cōtriuerūt usq; ad certū locū, itinere unius diei à Babylone distantem, posueruntq; ibi Cyrus & Darius castra cum omnibus copijs suis. Quod cum rex Belsazar uidisset, destinauit cōtra eos totum militum exercitum unà cum mille ducibus Chaldæorū & cohorte satellitū maxima & robustissima, quę fuerat in palatio regis, qui egressi de Babylone cum dies inclinata esset, ambulauerunt tota nocte usq; ad uigilias matutinas, tunc cœperunt percutere castra Cyri & Darij, ut præ terrore castra Medorum in fugam cōuerterentur. Cyrus tamen cum exercitu suo stabat contra Chaldæos & pugnabat contra eos, atq; obsistebat ne persequerentur Medos, donec tandem nox ipsa diremit prelium illud. Ceciderunt aūt plurimi uulnerati ex Medis & Persis, quos principes Belsazari suo robore deuicerūt. Tunc fecit eis rex Belsazar [b] grande cōuiuium, deditq; eis aurum & argentum, & letatus est ualde cum mille principibus suis, assidensq; commedit & bibit cum eis, & produxerūt consessum illum tota die illa atq; tota nocte, & bibit Belsazar plurimum. Cumq; rex ex uino hilarior factus esset, iussit afferri uasa argentea & aurea, quæ Nebuchadnezar rex Chaldæorum in captiuitate de Ierusalem transtulerat in Babylonem, [c] prophanauitq; uasa templi & bibit ex eis uinum, ipse & cuncti principes, concubinæ & uxores eius. Quod uidens deus noster, iratus est ualde, zelumq; induit pro uasis suis, pro uasis inquam sanctuarij. Et mittens fecit scribi in domo regis scripturam duram, ut ostenderet ei decretum quod constituerat dominus deus contra eum & contra regnum eius. Venit enim angelus & scripsit in pariete colore rubeo è regione regij candelabri huiuscemodi scripturam. Supputauit, Ponderauit & Diuisit. Et [d] literæ quidem erāt hebraicæ, uerba aūt erant syriaca. Et uidit rex Belsazar digitos scribentis, reliquam autem corporis molem non uidit. Fuitq; uisio ualde terribilis, & idcirco rex Belsazar

ſupra modum expauit & territus eſt, contremueruntq; lumbi eius & cōmotum eſt cor eius, diſperſa ſunt quoq; omnia oſſa eius & immutata eſt effigies uultus eius. Principes uero qui fuerunt cum eo, non uiderūt uiſionem illam.

ANNOTATIONES MVNSTERI IN hiſtoriam Danielis.

CVm reges Babylonis magnam tyrannidem per multos annos exercuiſſent, omnibusq; circumiacentibus prouincijs multa damna intuliſſent, ſpolia multa cōgregaſſent & in nullum populum non crudeles extitiſſent, præuaricatiq; eſſent in deum & homines, deus non ferens amplius ſuperbiam & impietatem eorum, ſuſcitauit contra eos Perſas & Medos, & in nihilum redegit potentiam eorū, ſicut antea prædixerat Iſaias capite 13. ubi ſic ſcribit: Erit eminentiſſimum regnum Babyloniorū & magnifica gloria Chaldæorū ueluti Sodoma & Gomorra, quas ſubuertit deus &c. Iſtud factum eſt, quando Babylonia per Dariū & Cyrum fuit expugnata, ut infra patebit. Vbi notandum quod in ſacris literis tres cōmemorantur & nominātur reges Chaldæorum ſeu Babyloniorū, qui impij fuerunt in populū dei & in ipſum deum, in quorū ultimo deus tranſtulit imperij monarchiam in Perſas. Primus fuit Nebuchadnæzar, & hic regnauit 45. annis. Secundus Euilmerodach, qui præfuit monarchiæ 23 annis: & tertius Belſazar, quem noſtri Baltaſar appellant, qui tribus duntaxat regnauit annis. De his tribus ſcribit autor Seder Olam, quem rabi Sal. & alij rabini ſequuntur, in hunc modum. Nebuchadnæzar anno primo imperij ſui aſcendit contra Ieruſalem, & cum impugnaret eam, tradidit dominus in manum eius Iehoiakim regem Iehuda, & Danielem, Hananiam, Miſaëlem atq; Azariā, qui adhuc pueri erant, nati de ſemine regio, ut habetur Danielis primo. Aſcendit aūt Nebuchadnæzar contra regem Iehuda, quod ille fœdus pepigiſſet cum rege Aegypti, qui hoſtis erat Babyloniorū. Deinde poſt ſeptem annos cum in Iehuda regnaret Iehoiachin & nollet eſſe tributarius, aſcendit contra eum Nebuchadnæzar & tranſtulit eum unà cum 17. millibus hominū in Babylonem, atq; in locū eius ſuffecit Sedechiā patruū eius. De quo quarti regum 24. Et cum iſte ſex annis regnaſſet, aſcendit contra eum Nebuchadnæzar anno imperij ſui decimooctauo, & tranſtulit inde homines octingentos & uiginti duos. Deinde anno regni ſui 23. tranſtulit Sedechiam & omnem Iehudam & incendit domū domini atq; ciuitatem redegit in ſolitudinē. Fuerat ergo Daniel tēpore huius cōſummatæ captiuitatis Iudaicæ, uiginti & uno perfectis annis in Babylone, & interea uidetur contigiſſe hiſtoria Suſannæ, cum in ea ſic ſcribatur: Cumq; duceretur Suſanna ad mortem, ſuſcitauit deus ſpiritū pueri iunioris, cui nomen Daniel &c. Hebræi tamen non habent hanc hiſtoriam. Patet etiam Danielem fuiſſe tempore captiuitatis Babylonicæ cōſummatæ annorū circiter 32. uel 34. cum fuerit abductus puer decem uel duodecim annorum. Nec obſtat id quod Danielis ſecundo dicitur, regē Nebuchadnæzar ſomnium uidiſſe anno ſecundo regni, & neminē præter Danielem potuiſſe regi interpretari ſomniū, quapropter & Daniel conſtitutus fuit princeps ſuper omnes prouincias Babylonis, & magiſter ſuper cunctos ſapientes: quia annus ſecūdus regni non accipitur ibi pro anno ſecundo quādo in regē fuit creatus, ſed ut Aben Ezra dicit, refertur annus ſecundus ad מלכות על כל הגוים *regnū ſeu monarchiam, quādo omnes gentes imperio ſuo ſubiecerat & quietus iam domi reſideret, & Daniel uir eſſet perfectus, id quod factū eſt poſt excidiū Ieroſolymitanū. Vixit enim Nebuchadnæzar poſt deſolatum tēplum, ſecūdum autorē libri Seder Olam, annis 22. & interim habuit uiſiones illas quæ ſcribūtur Danielis ſecūdo & quarto. Quo defuncto, ſucceſſit in imperio Euilmerodach filius eius, regnauitq; annis 23. Hoc mortuo, imperij faſces obtinuit filius eius Belſazar, quē prophanæ hiſtoriæ Sardanapalū appellāt, & hic præfuit imperio dūtaxat tribus annis. Euſebius dicit eū fratrē fuiſſe Euilmerodachi, ſed Ieremiæ 27. aliter habetur. Ibi enim dicitur: Seruient Nebuchadnæzaro omnes gentes atq; filio eius & filio filij eius. Filiū Kimhi interpretatur Euilmerodach, & filium filij, Belſazar.*

a Cyrus.] Cyrus iste rex Persarum & Darius rex Medorum filius Astygiadis, conspirantes contra monarcham Belsazar & tributa negantes, communibus copijs adoriuntur Chaldæos & Babylonios, nec læsi desistunt, donec tandem uictores euadunt, quia dominus excitauit Christum suum Cyrum ad hoc ipsum, ut habetur Isaiæ 45. Et hic multo iunior fuit collega suo Dario, quia habuit filiam eius uxorē. Vnde scribitur Danielis 5 in fine, Dariū filiū fuiße sexaginta duorum annorum, quando interfectus fuit Belsazar. Daniel autem tunc fuit multo senior, nempe 80 aut 82 annorum. Nam tempore destructionis monarchiæ Chaldæorum durauerat captiuitas Iudæorum 51. annis, & Daniel puer 10 uel 12 annorum, 21 annis ante captiuitatem cum Iehoiakim fuit ductus in captiuitatē, qui anni simul coniuncti faciunt 80 annos aut 82. b Grande conuiuium.] Describitur hoc conuiuium quoq; Danielis quinto, sed causa nō aßignatur ibi. Isaiæ quoq; 21. conuiuium illud eleganter describitur, ut à propheta longe ante in spiritu præcognitum fuit. c Prophanauitq; uasa templi.] Quare iam primum prophanata sunt uasa & non antea? Respondet rabi Saadias in hunc modum:

אוֹתוֹ הַיּוֹם נִלְחַם בֵּלְטְשַׁאצַּר עִם כּוֹרֶשׁ וְדַרְיָוֶשׁ הַצָּרִים עַל בָּבֶל וְיָצָא בְ
נִצַּח וְחָזַר בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ וְעָשָׂה סְעוּדָה לְשָׂרָיו וּלְגִבּוֹרָיו וּבְנֶגֶד אֶלֶף א
אִישׁ הָיָה שׁוֹתֶה יַיִן וְאוֹתוֹ הַיּוֹם סוֹף שִׁבְעִים שָׁנָה שֶׁל גָּלוּת בָּבֶל וְאָז
אָמַר בְּלִבּוֹ מֵאַחַר שֶׁלֹּא נִגְאֲלוּ שׁוּב אֵינָן נִגְאָלִין וְאָז צִוָּה לְהָבִי' כְּלֵי בֵית יְיָ

Hoc est, ea die pugnauerat Belsazar cum Cyro & Dario, qui oppugnabant Babyloniam, obtentaq; uictoria redijt cū gaudio cordis sui & fecit conuiuiū principibus suis atq; magnatibus, aßidensq; eis bibit uinum. Illa autem die impleti erant septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ, atq; ideo dixit in corde suo, posteaquam non sunt redempti, certe nec deinceps redimentur, & tunc præcepit afferri uasa domus domini. Hactenus ille. Audierat prophanus ille rex, Ieremiam prophetaße, filios Israël redituros post septuaginta annos in Ierusalem & ideo non fuit ausus contingere uasa sacra, ne à deo israëlitarum puniretur. Sed cum audiret iam septuaginta annos impletos & Israëlitas non redemptos, uanum putabat eße oraculum prophetæ, & ob id cœpit abuti uasis sacris. Vbi notandum, quod Ieremiæ 29. sic habetur: Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, uisitabo uos, & suscitabo super uos uerbum meum bonum & reducam uos ad locum istum &c. Istud quidem fuit impletum eo tempore quando Belsazar fuit interfectus, iam enim transierant septuaginta anni à captiuitate Iehoiakim regis, ut Aben Ezra Danielis nono pulchre declarat, & dominus iam uisitare cœpit Israëlitas, quibus Cyrus licentiam dedit redeundi in Ierusalem, sed nondum erant impleti septuaginta anni desolationis templi & ciuitatis, ideo opus templi fuit impeditum adhuc 19. annis: tot enim fluxerunt anni à transmigratione Iehoiakim regis usq; ad desolationem templi quæ facta fuit undecimo anno regis Sedechiæ, atq; ideo impediti fuerunt Iudæi qui redierant in Iehudam usq; ad secundum annum Darij iunioris, de quo infra dicam, & tunc sine contradictione regum Persarum instituerunt ædificio templi & muri. Et Daniel quidem fuit etiam in hac opinione, ut putauerit dictum Ieremiæ impletum anno primo Darij Medi seu senioris, sed cum librum Ieremiæ legeret, suggerente spiritu domini cognouit finem septuaginta annorum referendum ad desolationem templi. d Literæ erant hebraicæ.] Quia enim Chaldaicæ dictiones scriptæ erant hebraicis literis, sapientes Chaldæorum non potuerunt legere scripturā illam, & multo minus interpretari. Idem dicit rabi Saadias Danielis quinto. Daniel uero qui utranq; tenebat linguam, legere potuit atq; ex spiritu dei interpretari. Erat autem hæc scriptura:

מְנֵא מְנֵא תְּקֵל וּפַרְסִין id est, numerauit, numerauit, ponderauit, diuisit Persis. Prima dictio duplicatur, quod deus bis numerauerit dies regni Belsazar, & ecce finis adfuit. Quarta aūt dictio ponitur in plurali, & est secundum rabi leui ben Gersom שם משותת nomen æquiuocū,

 signifi-

significans scilicet & destructionem & Persas, per quos destructio illa fieri debebat.

CAPVT II.

TVnc iubente rege uocauerũt Danielẽ. Et cum ingressus esset rex, legit Daniel ei scripturam & exposuit uerba, explanansq́ clare ait ad regẽ. Stultissime egisti, quod prophanasti uasa templi dei Israël, quod est in Ierusalem. Zelatus est enim dominus deus Israël pro uasis sanctuarij sui, & misit angelũ suũ, qui scriberet tibi uerba ista. Porro interpretatio uerborum istorum quę scripta sunt, supputauit, ponderauit, diuisit, hæc est. Supputauit, hoc est, numerauit deus Israël numerum hostium suorum & resecauit eos. Ponderauit: trutinauit hostem in libra, & inuentus es minus habens. Separauit deniq; deus Israël regnum de manu hostis, & tradidit illud Dario & Cyro regibus Medorũ atq; Persarum, qui pugnant aduersum te, ut sit regnũ tuũ in manu eorum. Cumq́ audisset rex & principes eius interpretationẽ istam ex ore Danielis [a] uiri desideriorum & serui dei, territi sunt pauore magno, surgentesq́ abierunt unusquisque in domum suam, & relictus est rex Belsazar solus cum eunuchis & domesticis suis. Et dum sic pauore & tremore concussus esset, inuasissetq́ eum horripilatio quædam, irruit in eum sopor, obdormiuitq́ perinde quasi esset mortuus, præ nimia pauoris anxietate. Fuit autem ibi in palatio regio eunuchus quidã ex senioribus ministris Nebuchadnæzar, honorabilis, magnęque reputationis, & ille apud se sic cogitauit: Nonne hic est Daniel ille, qui uocatur [b] Belsazar instar nominis dei Nebuchadnęzar domini mei, qui exposuit ei somnia eius, nec cecidit uerbum unum in terram quod nõ euenerit. Impleti ẽm sunt cuncti sermones eius quos prędixit. Et nunc cũ loquutus sit cõtra dominũ meũ Belsazar regẽ, ego amputabo caput eius, & currã cũ eo ad reges Medorũ & Persarũ. Factum est itaq; in nocte illa, cum rex Belsazar dormiret in lecto suo, cõsurgens eunuchus percussit regẽ atq; interfecit eum tollensq́ caput eius ab eo asportauit illud & fugit cum eo ad castra Cyri & Darij regũ Medorũ & Persarum, deditq́ eis caput Belsazar & narrauit eis omnia quæ fecerat Belsazar cum omnibus uasis domus dei, quę est in Ierusalem, quomodo prophanasset ea in cõuiuio, & quomodo deus misisset angelum suum, per quẽ fecit signari scripturã, quam Daniel uir desideriorũ interpretatus est. & quomodo idem corripuerit eum propter cordis eius pręsumptionem, quod ausus fuerit uiolare cũcta uasa templi dei, & ob id induxisset deus super eum omnia mala ista, quæ uidẽt oculi uestri hodie. Cumq́ Cyrus & Darius audissent hęc eunuchi uerba, incuruato uertice adorauerunt dominum deum cœlorum, aitq́ Cyrus: Benedictus deus uasorum istorũ & deus templi quod est in Ierusalem & in Iudæa, qui talem ultionem sumpsit de uiro qui polluit uasa sanctuarij sui. Certe nunc audiuimus, quod tu es dominus uniuersæ terræ & deus omnium creaturarum, atq; creator totius mundi. Vere iam cognoui quod dominus maior est omnibus dijs, & in manu eius est potestas ad amouendum reges atq; ad instituendum reges. Tunc etiam [c] fecit rex Cyrus uotum ad instaurandũ templum domini dei nostri, quod est in Ierusalem, & ad dimittendum captiuitatem è Babylone in Ierusalem, & ad restituendum uasa sancta in templum quod est in Ierusalem.

¶ Rex Belſazar poſtquam uidit terribilem illam uiſionem, quæ ſibi omnes ademit uires, nõ ili cò uocauit Danielem, ſed prius habuit conſilium cum principibus & magnatibus ſuis, & cum nec illi nec magi eius poſſent ei ullam dare cõſolationem, ingreſſa regina in conuiuium, ait: Rex in æter*num uiue.* Non turbent te cogitationes tuæ. *Eſt uir in regno tuo, in quo eſt ſpiritus deorũ ſanctorũ, qui patri tuo* Nebuchadnæzar *arcana reuelauit, &c. Cum mulier illa noſſet* Danielẽ, *rex autem non noſſet eum, arguũt iudæi illam fuiſſe uxorẽ* Nebuchadnæzar, *aut uxorẽ* Euilmerodach *filij eius atq; matrem* Belſazari, *& regno* Chaldæorum *unà cum filio præfuiſſe.* a *Viri deſideriorum.*] David Kimhi *dicit* איש חמודות *Hoc eſt, uir deſideriorũ, eſt uir qui magna pollet dignitate & optimis moribus conſpicuus eſt.* Rabi *uero* Saadia *dicit uirum deſideriorum eſſe uirum iuſtum & rectum.* b *Beltſazar.*] *Ratio huius nominis ſignatur in textu, quod ſcilicet* Babylonij *uiros inſignes & diuinos, quales erant reges, denominabãt à* Belo *deo ſuo, ſicut &* Hebræi *nomen dei ueri quod eſt* El, *adiungebãt nominibus proprijs, ut* Eliakim, Eliæzer, Eliaſaph, Eliſæus, Elija, *&c. Sic à* Bel, Belſazar, Beltſazar, Belochus, Bellopares, *&c. Quærit hic* Rabi Saadia, *quare* Daniel Babylonico *nomine uocetur* Beltſazar *cum t, rex autem* Belſazar *ſine t ſcribatur, cũ unũ ſit uocabulum. Reſpondet idem, regio nomini nõ ſine dedecore ademptam literam t, idq; à iudæis, qui per id uoluerunt notare hominis perfidiam & ſacrilegiũ. Nam ſi* בלשאצר *diuidas in duo diſtincta uocabula, nempe* בלש אצר *ſonat inquiſitorem theſaurorũ, quod is auſus fuerit manum mittere in uaſa ſacra, quæ theſaurus fuerunt domus domini, id quod pater & auus eius facere non auſi fuerunt.* c *Fecit rex Cyrus uotum.*] *De hoc uoto ſcribit* Ezra *capite ſexto, libri ſui primi in hunc modum:* Dedit Darius rex *mandatũ & quæſierunt in bibliotheca, in loco ubi in* Babylone *repoſuerant theſauros. Et inuentum eſt in ſcrinio, in caſtro quod eſt in prouincia* Mediæ *uolumẽ unum, eratq; ſic ſcriptũ in eo & tale memoriale:* Anno primo Cyri regis, Cyrus rex de*dit mãdatum de templo dei in* Ieruſalem, *ut domus illa ædificetur in loco ubi offerant ſacrificia, &c.*

CAPVT III.

POſtquam autem iſta geſta ſunt, ſurrexerũt & profecti ſunt Cyrus & Darius rex Medorũ cum exercitu grauiſſimo & depopulati ſunt omnem terram Chaldęorũ, poſueruntq́ caſtra contra Babylonẽ, & expugnauerunt eam atq́ percuſſerunt in ore gladij, à uiro ad mulierem, à puero ad lactentẽ, quos pariter ut adoleſcentes eius occiderunt. Virgines quoque eius conculcauerunt in uijs eorum, & omnes principes eius atq́ ſeniores eius ſtrangulauerunt laqueis: pregnantes autem mulieres diſſecuerunt & infantulos colliſerunt ad petram, & in hunc modum deus uindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum in Babylone effuſum, uindicauit quoque templum ſuum, ciuitatem & populum ſuum. Poſtea diuiſerunt duo iſti reges uniuerſum regnum Chaldęorum, extra Babyloniam terminum cõſtituentes quouſq́ uenias ad regnum Chaldęorum. Accepit autem Darius Babylonem & uiculos eius atq́ palatium regis, & ſedit in ſolio Belſazar regis, imperauitq́ in Babylone. Cyrus uero rex occupauit totum regnum Chaldæorum extra Babylonem. Et in hunc modum res regum Chaldæorum finem acceperunt, excitatumq́ eſt regnum Perſarum & Medorum.

¶Hic fuit dies ille domini crudelis & uiſitatio dei horrenda cõtra Babylonẽ, quam Iſaias propheta cap. 13. ante ducenteſimum & decimum annum, autore Ioſepho his uerbis deſcripſit: Vlulate, quoniam propinquus eſt dies domini, qui tanquam uaſtitas ueniet ab omnipotente. Diſſoluentur præ timore omnium manus, & omne eorum cor liqueſcet. Terrebuntur, apprehendentq; eos anguſtiæ & languores & dolebunt inſtar puerperæ. Stupebunt ad inuicem, habentes facies ſimiles flammis. Ecce dies domini uenit crudelis: cum indignatione, ira & furore, ut redigat terram in ſolitudinem, & exterminet peccatores eius ab ea. Ego uiſitabo contra terram maliciam eius & contra impios iniquitatem eorum, ego ceſſare faciam ſuperbiam inſolentium, & arrogantiam tyrannorũ humiliabo. Ego tantæ æſtimationis faciam hominem, ut nec lapide precioſo nec auro à morte redimi poßit. Tantus erit furor indignationis diuinæ, ut cœli uideantur contremiſcere & terra moueri de loco ſuo. Omnes qui hinc fugere poterunt non manebunt in urbe, & quicunq; inuentus fuerit perfodietur, qui autem illis additus fuerit, cadet in gladium Paruuli eorum ipſis uidentibus collidentur, diripientur domus eorum, & uxores eorũ uiolabuntur. Ecce ego ſuſcito contra eos Medos, qui nec aurum nec argentum deſiderabunt. Illi arcubus collident paruulos, & fœtui in materno utero non parcent, nec miſerebitur oculus eorum paruulis. Eritq; inclytum illud regnum Babyloniorũ & magnificentia Chaldæorum ſicut Sodoma & Gomorra, quas ſubuertit dominus, &c.

CAPVT IIII.

DArius itaq; Medus cum ſenuiſſet, ſuſcepit regnum Chaldæorum, & regnauit in regione Babyloniæ. Cumq; ſederet in ſolio regni ſui in ipſa babylone, interrogauit pro Daniele. Et miſſi nuncij adduxerũt eum ad ſe, poſitaq; ſella ſedit coram rege. Et dixit ad eũ rex: Es tu Daniel? Reſpõdit, ego ſum. Ait ei, da mihi cõſilium quid agam, quoniam ſpiritus dei cœleſtis eſt in te. Ne ſubtrahas mihi conſilium tuum, præſertim cum iam ſenuerim & defecerit uirtus mea, atq; apprehenderint me uiæ extremę, & occupauerint me continua bella, & inter hęc cœperim multum ſeneſcere, ut non poſſim egredi & ingredi, tanto populi mei preſſus labore, neque ualeam iudicare inter uirum & uirum, ad iuſtificandum & condemnandum: hæc enim iam ſunt ſupra uires meas. Reſpondens autem Daniel dixit ad Darium: Conſtituat rex tres præfectos, uiros fortes & ueraces, qui ſuſtineant has populi moleſtias, & iudicent inter uirum & uirum, quo tu rex leuius feras onera populi, quieſcasq; in domo tua. Cauſas tamen difficiliores perferant ad regem, & tunc futurum eſt, ut rex & ſolium eius leuius habeant, & non grauetur tantum rex in cauſis populi. Fecit autem Darius rex ſic, & conſtituit ſuper populum duos exercituũ principes, & utriq; pręfecit Danielem, qui iudicarent populum. Et ſic Darius rex quietus in palatio ſuo ſedit. Miſit pręterea Darius literas, ad omnem terram dominij ſui, ſonãtes in hunc modum: Quia deus cœlorum tradidit mihi cuncta regna terræ, & ego non ualeo ferre labores & grauamina eorum propter ſenectutem, quæ tædioſa eſſe cœpit animæ meæ, Danielem in conſilium adhibui, & is uerum atq; rectum mihi dedit conſilium, cui etiam acquieſcens dedi me quieti in domo mea, depoſuiq; à me omnem laborem et moleſtiam. Vos ergo dare debetis gloriã deo Danielis & credere in eo, mane & iugiter illum quærere & inueſtigare, quia ipſe eſt deus magnus ſuper omnes deos. Notum propterea ſit hominibus regni mei, quod iuxta conſilium Danielis agẽs, cõſtitui ſuper uniuerſam terrã dominij mei duos principes exercituũ, quibus omnis populus parere debet in iudicio, & ijs totũ onus & moleſtiã

me alleuiato imposui, & Danielem præfeci duobus istis ducibus ut omnes ei obediant. Sic quippe iudicijs populi præfectus est, ut nemo præsumat uerbis eius cōtradicere, sed omnes parati sint ad exequendum quicquid ille præceperit. Nam ego cōstitui eum secundū post me, & principes militiæ meæ subieci ei, unde quicūq; dissoluerit hanc regis legem, uiuere non debet. Obedierunt autem principes prouinciarū & omnis populus præcepto regis, & placuit eis quod rex se exemisset ab illo onere, & quietus sederet in palatio suo. Porrò Daniel fuit secūdus à rege, & egrediebatur atq; ingrediebatur coram rege: duces autem & principes, satrapę & præfecti prouinciarum exhibebāt honorem Danieli, eo quod spiritus dei esset in eo.

¶ *Danielis 6. à principio scribitur, Darium sexaginta duorum fuisse annorū, cum regno Chaldæorū præficeretur, & tunc Daniel fuit octoginta aut plurium annorū, ut supra capite primo ostendimus. Cæterum quis iste Darius fuerit, de multis enim Darijs legimus in Daniele, Ezra & Nehemia, iam ostendemus. In Seder Olam sic scribitur:*

בשנהרג בלשאצר והומלך על מלכות כשדים דריוש בן אחשורוש מזרע מדי ומלך שנה אחת ומת ומלך כורש ג׳ שנים ובשנת אחת למלכו העיר יי׳ את רוחו לבנות המקדש ואחר כך בטלו ומלך הוא ג׳ שנים והרגתו מלכת שיטים מפני שהרג הוא שני בניה ומלכים גדולים היו ומלך אחריו אחשורוש יו׳ שנה ומת ומלך בנו שילדה אסתר הוא דריוש והוא ארתחשסתא בשנת שתים למלכו נגמרה הבית. בן ז׳ שנה היה במלכו ומלך לב׳ שנה ועלה עליו אלכסנדר מוקדון ויכהו וימיתהו ותכרת מלכות פרס והתחילה מלכות יון.

Hoc est, Cū interfectus esset Belsazar & regno Chaldæorū præpositus esset Darius filius Assueri de semine Medorum, regnassetq; anno uno & mortuus esset, regnauit Cyrus tribus annis, cuius regni anno primo suscitauit dominus spiritum eius, ut proponeret ædificare sanctuarium. sed cum à proposito illo retraheretur usq; in tertiū annū regni sui, interfecit eū regina Scythiæ eo quod ipse interfecisset duos filios eius, qui fuerōt reges magni, successitq; ei in imperio Assuerus, qui regnauit sedecim annis. Quo mortuo, regnauit loco eius filius eius quem pepererat Esther, nomine Darius, qui & Arthabsasta appellatus fuit, in cuius anno secundo repetitum fuit opus ædificij templi intermissum. Fuit autem filius septem annorū cum regnare inciperet: regnauitq; annis triginta duobus. Et cum ascendisset contra eum Alexander Macedo percussit eum atq; interfecit, & hoc modo interijt monarchia Persarum & incœpit monarchia Græcorū. Idem fere sentit Aben Ezra super quintum caput Danielis ubi sic scribit: Noueris Darium Medum alium esse à Dario Persa, cuius imperij anno secundo cœptū est ædificiū templi. Hic autem filius fuit Esther, quem peperit Assuero anno regni eius octauo. Cumq; Assuerus regnasset annis 13. fuit Darius filius eius annorū sex, cuius regni anno secundo cœptum est ædificium templi. Nec mireris de hoc, cum scriptum sit, Ioas filium fuisse septem annorum cum in regem constitueretur, &c. De Dario uero seniori in hunc modū scribit:

דריוש זה הזקן היה חותן כורש ושניהם תפשו בבל כי כורש היה מלך פרס וזה דריוש היה מלך מדי ובהם כתוב הנני מעיר עליהם את מדי והנה כורש הניח חתנו על מלכות כשדים כי כורש אמר כל ממלכות הארץ נתן אלהים בידי והנה בזמן אחר מלכו עלה כן כנפול כשדים עלו ישראל מבבל עם זרובבל כאשר צוה כורש שהוא מלך הגדול.

Hoc

Hoc est, Darius iste senior socer fuit Cyri, qui communibus copijs ceperunt Babylonem. Siquidem Cyrus fuit rex Persiæ, & Darius iste fuit rex Mediæ. Scriptum est autem: Ecce ego suscito contra eos Medos. Nam Cyrus dimisit socerum suum imperare super regnum Chaldæorum. Fuit enim ipse maior, cum dixerit primo Ezræ primo: Cuncta regna terræ dedit deus in manu mea. Simul ergo & eodem tempore regnauerunt, ideo cum corruerent Chaldæi, ascenderunt Israëlitæ de Babylone cum Zerubabel, sicut præceperat Cyrus, qui erat maior in imperio. Hæc Aben Ezra. Hi itaque duo Rabini hunc tenent ordinē & successionem regum monarchiæ Persarum. Cyrus & collega Darius simul regnauerūt, fuitq; Darius iste filius Assueri regis Medorum, quem prophanæ historiæ uocant Astyagem, mortuoq; Dario Cyrus solus habuit omnia regna orientis. Huic autem successisse Assuerum, qui duxit Esther reginam. Quo mortuo substitutus est in locum eius filius eius Darius Iunior, qui iussit ædificare templum & ciuitatē, quem postea Alexander Magnus deuicit, & transtulit monarchiam à Persis ad Macedones. Hic omittitur Cambyses filius Cyri, qui tamen infra cap. 18. commemoratur. Id autem certum est, à secundo anno Cyri usq; ad secundum annum Darij iunioris, qui templum et portas ciuitatis reædificare iussit, fluxisse annos 19. uel ut Rabi Sal. Ezræ 5. colligit, decem & octo. Tunc enim septuaginta anni captiuitatis perfecte fuerunt impleti, quicquid Latini dicant Cyrum 30. regnasse annis, Cambysem septem, Darium quendam 36. Xerxem 20. & Artaxerxem, quem Longimanum uocant, & quidam putant fuisse Assuerum, alij Darium, qui secūdo anno regni sui emisit edictum de restaurando templo, annis quadraginta. En quanta hic inter Hebræos & Latinos scriptores discordia. Hic quoq; notandum, quod in Ezræ libro Assuerus aliquando uocatur Artaxerxes, & aliquando filius eius Darius capitur pro Artaxerxe. Vnde tradunt Hebræi regulam istam:

אמרו חכמינו כי כל המלכים נקראים ארתחשסתא בלשון פרסיים.

Id est, Dicunt sapientes nostri, omnes reges in Persica lingua uocari Artaxerxes. Vnde Ezræ 5. per Arthabsastam intelligit Rabi Sal. Cyrum regem. Cæterum quod Hebræi hunc Darium, cuius sexto anno templum fuit instauratū, dicunt ultimū fuisse Persarū regem, quem Alexander Magnus uicit non uidetur uerū, quum multi alij reges in imperio eum secuti fuerint, nempe Darius Nothus, Artaxerxes Mnemon, Artaxerxes Ochus, Arsames & Darius ultimus. Patet id etiam ex pontificibus quos habuerunt à constructione templi usq; ad Oniam summum sacerdotem, qui occurrit Alexādro Magno, ut infra patebit, quorū primus fuit Iesus, secundus Ioachim, tertius Eliasib, quartus Iudas, quintus Ioannes, sextus Iaddus, septimus Onias. Iosephus reges Persarū sic numerat: Cyrus, Cambyses filius eius, Magi qui uno anno regnauerunt, Darius Histaspis filius institutus à principibus regni: Xerxes filius eius, qui misit Ezram & Nehemiam Ierosolymam. Cyrus filius eius, quem Græci Artaxerxem uocant, qui Esther Iudæam duxit uxorem, cui successit Darius: Daniel uero numerat tres reges post Cyrū, capite 11. sic scribens: Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, et quartus ditabitur opibus nimijs, &c.

CAPVT V.

FActum est autem post ista, ut inuidia agitarentur cōtra Danielem duo duces exercitus, & reliqui principes, rectores, præfecti & magnates regni, initoq; consilio omnes pariter cōderent statutū & percuterent fœdus contra Danielem quatenus ei nocerēt, inuenirentq; occasionem, qua coram rege offendiculum ei struerent. Conuenientes ergo principes consilium inierunt pariter & percusserunt fœdus dicentes: Omnis uir, magnus & paruus, princeps & rector, & quicunq; inter milites præcellunt, qui rogauerint ullius dei faciem, postulando, querendo & petendo rem ullam ab hac die usq; ad trigesimum diem,

ab alio

ab alio q̃ à solo rege, is cibus sit leonũ et non liberet̃ per regẽ, neq; redimatur quacunq; substantia, q̃ pretiosa æstimari possit, sed inuiolabile cõsistat edictũ istud & ꝓmulgata cõstitutio. Istam aũt uersutiã & sceleratã mentem Daniel nõ aduertit, q̃d scilicet cõtra se arcanũ illud esset excogitatũ. Nã dixerãt illi: Nisi in lege dei sui deprehẽsus fuerit, nõ poterimus ei offendiculũ ponere: nõ aduertentes, ut sicut Daniel fidelis fuit deo suo, ita deus eius fidelis fuit erga ipsum. Cõscribentes ergo uiri memorati uerba ista in libro, subscripserũt sin guli manu sua, signãtesq; sigillo suo munierũt constitutionẽ illã. Deinde ma nibus suis obtulerũt regi librũ, & extẽdens rex manũ accepit eũ & legit per totũ, nec aduertit dolum illorũ, quo usi sunt cõtra Danielẽ, ut illũ labefacta-rent. Confirmauit eñ eis rex decretũ illud per omnia ut scriptũ erat & sigilla uit, tradiditq; scribis qui illud exequerent̃ usq; ad constitutũ tẽpus. Factũ est aũt in diebus illis, ut uiri deãbulãtes obseruarẽt per circuitũ domus Danielis scire cupiẽtes q̃d ille ageret, ut sic occasionẽ inuenirẽt cõtra eum. Cumq; ab omni parte circũdarent domũ Danielis, inuenerũt puellam paruã, ludentem ante ostiũ portæ, interrogantesq; illam dixerũt: ubi est Daniel, & quid facit? Quæ respõdens ait: ecce est in cœnaculo suo & offert deo suo laudẽ atq; pre-cationem, orans è regione fenestræ respicientis uersus domum dei quæ est in Ierusalem. Adhibẽtes aũt uiri illi dictis fidẽ, ascẽderunt festinãter ad eum in cœnaculũ ubi orabat, & inuenerũt eũ genua curuasse atq; palmas extendisse in cœlum. Solebat eñ Daniel tribus uicibus per diem orare ad dominũ & cõ fiteri deo suo. Qui aũt loquit̃ cum deo & legit in libro legis is orat, & loquit̃ deus cũ illo: & sic fecit Daniel, seruãs cũctis diebus cõsuetudinẽ istã. Cũ uero uiri ingressi essent domũ Danielis & ille oraret atq; cõfiteret̃, non territus est propter eos, neq; expauit cor eius ad uocẽ strepitus eorũ, donec absoluit pre-cationem suã, tũc subito irruẽtes in eũ apprehenderũt eũ & duxerũt ad regẽ.

¶ *Danielis sexto, ubi hæc historia quoq; describitur, habetur, quod Darius constituerit cẽtum & uiginti satrapas super regnum, & his satrapis præfuerunt principes tres, ex quibus Daniel unus & supremus erat. Quem cum reliqui principes & satrapæ uiderunt eße apud Darium in ho nore præcipuo, ita ut quasi soli uiderentur cuncta commißa, inuidia moti contra eum, occasionem quærebant qua eum perderent.*

CAPVT VI.

VIdens aũt rex Danielẽ cõprehẽsum manibus principũ, expauit & obstupuit ualde, cognouitq; quod propter ipsum fecissent & statuissent decretũ illud. Et dixit rex ad principes: Quare fecistis sic Danieli? Respõderunt uiri & dixerũt ad regẽ. Nõnne in præ-sentia tua scripsimus & signauimus? Habet proinde lex Medorũ & Persarũ, quod nullũ decretũ licet mutare aut dissoluere. Quapropter omnis uir, prin-ceps, magnus & paruus, quicunq; postulauerit aut sciscitatus fuerit à quocũ-que deo, toto integro mense isto, nisi à solo rege, dari debet leonibus in cibũ. Nunc aũt Daniel deprehẽsus est in medio domus suæ genua flectens, adorãs & obsecrãs deũ suũ, per quod uiolauit præceptũ regis & statuta Medorũ atq; Persarũ, q̃ immutabilia sunt. Et ne iã nobis illudat, & dissoluat cõstitutionẽ nostrã, trades eũ in manus nostras, ut ꝓijciamus eũ in lacũ leonũ, ne deinceps amplius subsannet cõstitutiones Medorũ & Persarũ. Respõdens aut rex ait ad principes: Frustra excogitastis dolũ istũ contra Danielẽ: desistite ab hoc

ꝓpoſito & nolite irritare eum, nã eſt uir Iudæus & ualde terribilis atq; fortis, ne forte inualeſcat cõtra uos atq; perdat uos. At principes ipſi iniecerunt manus ſuas in Danielẽ, ut deuorarent eũ ꝓijcerentq; in lacũ leonũ, ita ut rex diffideret de ſalute Danielis, quoniã omnes parati erãt ut illum præcipitarẽt & perderent. Cumq; rex nollet acquieſcere eis, cõtenderunt principes cũ rege & rex cum principibus propter Danielẽ, uſq; ad occaſum ſolis. Videnteſq; illi regem ſtare pro Daniele, dixerũt unanimiter & uno ore ad regẽ. Scito nũc & uide, ſi non tradideris eum in manus noſtras, facile cõijciemus te data opera uelle uiolare decreta Medorũ & Perſarũ. Videns itaq; rex illos unanimiter cõſpiraſſe cõtra ſe propter Danielẽ, ſubtraxit manũ ſuam ab eo, tradiditq; eũ in manũ eorũ dicens ad eos. Indicate queſo mihi ſi liberauerit eum deus eius de ore leonũ, quo deducetis opprobriũ ueſtrũ atq; ignominiã ueſtrã? Nonne omnes uos trademini leonibus in cibũ? Dixerũt omnes: fiat ſic. Rixatus itaq; eſt rex cũ principibus uſq; ad horã occaſus ſolis. Et ait rex ad Danielẽ: Ecce cõſpirauerunt principes iſti ut te proijciant in foueã leonũ, ſed deus, deus cœlorum, qui tibi dedit ſpiritũ ſanctũ, ipſe infrenabit os eorũ corã te, & ego innocẽs ſum corã deo tuo, quia conatus ſum liberare te ſed nõ potui. Porro uiri illi protrahẽtes Danielẽ proiecerunt eũ in foueã, in qua erant decẽ leones incluſi, quorũ ſtatutus & cotidianus cibus erant decẽ oues atq; decẽ corpora humana. Ea aũt die ad famẽ adigebant & non dabat eis quicquã cibi, quo ſic citius deuorarẽt Danielẽ. Factũ eſt proinde cũ Daniel deſcẽdiſſet in lacum leonũ, ut leones uerterẽt ad eum facies & lingerẽt eum, atq; mouerent caudas ſuas erga eum, & applauderent ei in morẽ canũ, qui gaudẽtes occurrunt dominis ſuis cũ ueniũt è campo. Principes aũt uoluentes lapidẽ grandẽ clauſerunt foueã, & rex ſignauit anulo ſuo atq; anulo principũ os foueæ, & abierũt quiſq; in domũ ſuam. Daniel uero laudabat nomẽ dei ſui cũ uoce exultationis & cõfeſſionis atq; laudis tota illa nocte uſq; mane, cubantibus leonibus per circuitũ eius & auſcultãtibus uoci exultationis eius. Rex aũt lugẽs abijt amaro animo in domũ ſuam, panem nõ comedit & aquã non bibit, ſed neq; muſica inſtrumẽta, ut cõſueuerant, audita ſunt corã eo, nec depoſuit à ſe indumenta ſua, tanto mœrore erat repletus propter Danielẽ. Receſſit quoq; ſomnus eius ab oculis eius propter conſpirationẽ quã fecerant principes cõtra Danielẽ, & cũ loqueret emittebat gemitũ amarũ, uolutanſq; ſe ab uno latere in aliud, dicebat: Vtinã eſſet dies ut uiderẽ, q̃d factũ eſſet Danieli, & q̃d egiſſet deus cum eo.

¶ Quod in hoc capite ſcribitur, decẽ leonibus cottidie in cibũ datas decẽ oues atq; decẽ corpora humana, id ſextũ caput Danielis nõ habet neq; decimũ quartũ caput decimi libri Ioſephi. Iſtud uero additũ eſt in Ioſepho latino, quod inimici uidẽtes nihil mali pertuliſſe Danielẽ, dicebãt regi: nõ eũ diuina prouidentia cuſtoditũ, ſed ſatiatos leones copijs cõtingere eũ noluiſſe. Ille uero eorũ nequitiã uidẽs iuſſit leonibus multas carnes apponi, eiſq; ſatiatis inimicos Danielis in lacũ leonũ præcepit immitti, ut ſi re uera per ſatietatẽ ad eos leones minime accederẽt, hoc aperte cognoſceret. Quo facto, & ſatrapis in lacũ depoſitis, Dario manifeſtũ erat, quia diuinitas ſaluauerit Danielẽ. Leones enim nulli eorũ penitus pepercerũt, ſed omnes pariter diſcerpſerũt, quaſi rabida fame pleni, & nulla cibi copia recreati. Arbitror enim quia nõ fuerũt ad hoc fame prouocati leones, qui utiq; paulo ante uidebãtur carniũ abũdãtia ſatiati, ſed hominũ nequitia etiã irrationabilibus erat animalibus manifeſta, ſimul & quia dei uolũtate uocabantur ad pœnam.

CAPVT VII.

FActum est aũt ea die & hora, quãdo Daniel missus fuit in lacũ leonũ, ut Habacuc propheta existẽs in terra Iehuda uenisset de messe sua, eo tẽpore q̃ sol declinabat ad uesperã & respiciebat ad occasum, et parasset refectionẽ messoribus, portaretq́ꝫ illam in manu sua, ut eam proponeret eis ad comedendũ. Et ecce dominus locutus est ad eũ dicẽs. Vade & affer cœnã istam Danieli seruo meo in terrã Chaldæorũ ad foueã leonũ in quã cõiectus est. Qui ait: ah deus meus quis ducet me illuc in tẽpore isto, cũ uia excedat uires meas? Et ecce angelus tulit eũ cincinno capitis eius, habentẽ refectionẽ in manu sua, & posuit eũ intra foueã ad Danielẽ. Cumq́ꝫ Daniel comedisset & bibisset cum eo, extraxit eum angelus & restituit in locũ suũ unde tulerat eum, antequã messores finierant cœnã. Daniel aũt exultans laudabat & cõfitebatur atqꝫ celebrabat dominũ, quia sperauerat in salute eius, orans ad deum suũ & legens in testamento dei sui atqꝫ loquẽs cum deo suo, minimeq́ꝫ diffidens de pietate eius. Et inter ista cũ mane illuxisset, surrexit rex & festinauit ad foueam, audiensq́ꝫ uocem exultantis Danielis & iubilum laudis eius, non potuit loqui cum eo, quia fletus intercepit uocem eius. Cõfortans tamen semetipsum clamauit: Daniel, Daniel, ꝓtexit ne te deus à leonibus & nõ es discerptus? Respõdit Daniel regi: Vtiqꝫ eripuit me deus de ore leonũ, & sic clausit os eorum corã me, ut exultantes occurrerint mihi, sicut facere solent domestici mei. Sic ẽm pręcepit eis deus meus in quo speraui. Sed & cœna missa est mihi heri per manũ Habacuc ꝓphetę atqꝫ ꝑ spiritũ dei. Itaqꝫ domine mi rex ego nõ peccaui cõtra te, nec ulla iniquitas inuẽta est in me corã te, nullã deniqꝫ ꝑuersitatem & scelus inuenisti in me. Misit aũt rex & uocauit principes, qui aduersarij erant Danielis. Cumq́ꝫ omnes uenissent & starent iuxta regẽ q̇ prope foueã stabat, ait rex: aduertite nũc sigillum anulorũ uestrorũ, quo signata est fouea. Qui dixerũt: Sicut signauimus sic inuentũ est. Et pręcipiẽte rege amouerũt lapidẽ ab ostio foueę, extraxeruntq́ꝫ Danielẽ de medio foueę integrũ & illęsum, nec liuor ullus apparuit in eo. De qua re obstupuerũt omnes homines, uidẽtes mirabilia dei Danielis, excellentis omnes deos. Rex uero aduocãs ministros suos, pręcepit eis ut apprehẽderẽt omnes principes & ꝓijcerẽt eos in mediũ foueę leonũ. Quod cũ factũ esset, ſęuierũt in eos leones antequã ꝑuenerũt ad fundũ foueę: nihil ẽm discerpserãt ab heri & nudiustertius, deuorauerunt q́ꝫ eos ueluti placẽtas gratas, cõterẽtes et cõminuentes etiã ossa eorũ, et rugierũt super eos leones intra foueã, ut etiã uox sonitus eorũ in lõginquũ diffunderet. Expauerũt aũt ad uocẽ eorum omnis populus, dixeruntq́ꝫ: egressi sunt leones de fouea. Et reuersus est rex in domũ suã unà cũ Daniele, & dominus auxit Danieli gloriã & magnificẽtiã atqꝫ miserationes in oculis regis atqꝫ totius populi.

¶ *Quis fuerit iste Habacuc propheta, incertũ est, præsertim cũ nõ numeretur cũ Haggæo & Zacharia ultimis prophetis, qui post captiuitatẽ Babylonicã in Iudæa prophetauerũt. Si contendas eum esse Habacuc illum, qui inter duodecim minores prophetas octauus ponitur, necesse est ut fateare illũ, eo tẽpore quo refectionẽ portauit Danieli, fuisse centũ & quinquaginta aut plurĩu annorũ. Nam Hebræi putãt illum probetasse sub Manasse rege impio. De quo autor Seder Olam sic scribit,*

בְּמְנַשֶּׁה מֶלֶךְ חֲמִשִּׁים וְחָמֵשׁ שָׁנָה הוֹשַׁעְיָה בהֵן גָּדוֹל יוֹאֵל וְנַחוּם וַחֲבַקּוּק נְבִיאִים ׃

 id est,

id est, Menaße regnauit annis LV. *Hosia existente summo sacerdote, prophetãtibusq́; Ioële, Nahũ & Habacuc. Post Menaßen regnauit Amon filius eius duobus annis: post quem regnauit filius eius Iosias 31. annis. Post hunc regnauit Iehoaham filius eius tribus mensibus. Post hũc regnauit Iehoiakim frater eius undecim annis. In huius locum positus fuit filius eius Iehoiachin, qui regnauit tribus mẽsibus & decẽ diebus. Post eum factus est rex patruus eius Sedechias, cuius undecimo anno populus ductus est in Babyloniã. Fluxerunt aũt à principio captiuitatis usq; ad proiectionẽ Danielis in foueã 52. aut 53. anni. Nostra uulgata æditio subijcit hanc Habacuc Historiã, Belis & Draconis historiæ, de qua infra.*

CAPVT VIII.

IN tẽpore illo præcepit rex ut diuulgarẽt uocem istam per uniuersum regnũ suũ: Nõ est in omnibus dijs similis deo Danielis, terribilis & qui mirabilia atq; grandia facit, ideo quicunq; est in uobis de populo hereditatis eius, cum illo sit deus eius, & ascẽdat ædificetq; tẽplum dei quod est in Iehuda, & ego erogabo de thesauris meis argentum & aurũ ad reficiendũ & cõsummandũ opus. Misit præterea per cursores literas ad omnes ciuitates regni sui, ut pmitterent Iudæos libere ascendere & cõstruere tẽplum domini in Ierusalem. Et hic fuit primus annus Cyri, quãdo scilicet regnare cœpit super Chaldæos, & eo tẽpore misit rex epistolas ad cũctos principes trãs flumen, & ad præfectos ut essent simul parati ad ferendũ auxiliũ Iudæis, suppeditarentq; qcquid esset necessariũ pro ædificio in lignis, lapidibus, tritico, oleo, uino & alijs rebus ad cõsummationẽ ædificij requisitis, offerent quoq; iuuencos, arietes & agnos pro uarijs sacrificijs eorũ, & ne quis obstaret eis in omni opere eorũ. Surrexerũt ergo Iudæi omnes, [a] qui uoluntario erãt corde, & ascẽderunt ad templũ dei [b] quatuor myriades & cum eis duces, Ezra scriba & Eliakim sacerdos magnus & Iesua atq; Mordochai, & reliqua capita patrũ de tribu Iehuda atq; Beniamin, euntesq; ibant trãs fluuium, & uenientes Ierosolymã cœperũt fundare domũ dei. Cumq; illa fundata esset & ædificiũ prospere assurgeret, surrexerũt qdam uiri Belijaal de reliquijs gentiliũ, q hostes erãt Iudæorũ & Ierusalẽ, [c] Sanballat Horonites, Tobias Ammonites atq; Gæsem Arabs cũ alijs multis aduersarijs Iudæorũ, & scripserũt hostili animo cõtra Iudeos seruos dei cœlestis, & miserũt literas ad Persas in hũc modũ sonãtes: Notũ sit uobis, si ædificata fuerit ciuitas Ierusalem, erit illa uobis in offendiculũ, in preuaricationẽ & cõspirationẽ magnã: quoniã à diebus antiquis fuerũt habitatores eius cõtumaces, duri & rebelles cõtra reges & gubernatores atq; cõtra omnes terras, & ob id expugnauit eã Nebuchadnæzar rex Chaldæorũ & deuastauit eam, atq; duxit in captiuitatẽ populũ eius. Quo facto, qetem habuerũt reges & tranquillitatẽ unusquisq; in loco suo. Et hæc est ratio cur uenerimus, ut scilet ostenderemus regi totum istud, & ut agnosceres fidem nostrã. Siquidẽ comedimus panẽ in mẽsa regia & ob id nõ possumus uidere regni interitũ. Cumq; istæ literę uenissent ad regem, [d] cessatum est ab opere usq; ad annum Darij regis secundum.

¶ *Quæ scribũtur in hoc capite de Dario, hæc eadẽ attribuũtur* 1 *Ezræ* 1. *Cyro regi Persarum, nempe quod is mandatũ huiuscemodi euulgauerit: Sic dicit Cyrus rex Persarũ, omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, et ipse uisitauit me ut ædificarẽ ei domũ in Ierusalẽ. Quicunq; ergo est in uobis de populo eius, ascẽdat in Ierusalẽ &c. Si Cyrus iußit domũ dei instaurari, quomodo id hic attribuitur Dario? Respondeo, Darium & Cyrũ collegas fuiße in monarchia orientali, ideo quod unus uoluit, id quoq; alteri placuit.* a *Qui uoluntario erãt corde.*] *Hoc dicitur, quod multi re*

sederun

ſederunt Babyloniæ, minime paßi poſſeßiones ſuas relinquere. b *Quatuor myriades.*] רבוא *apud Heb. eſt* חשבון הגדול שהוא עשרת אלפים *id eſt, numerus maximus, nẽpe decẽ millia. Quatuor ergo ribbo faciunt quadraginta millia. Primo Ezræ 2. dicitur, quadraginta duo millia, & triginta ſeptem preter ſeruos & ancillas è Babylone reuerſos. Sed putauit hic autor noſter ſatis eſſe, ſi maiorem exprimeret numerum.* c *Sanballat.*] *De iſtis aduerſarijs Iudæorum Nehemiæ 2. & 3. multa ſcribuntur.* d *Ceßatum eſt ab opere.*] *Pius animus Cyri reuocari non potuißet à propoſito ſuo his accuſationibus, ſi non bello occupatus fuißet contra Maßagetas, à quibus & uita priuatus fuit, ut infra dicetur.*

CAPVT IX.

CVm autem Darius rex præſideret regno, interrogauit ubi nam eſſet Daniel uir deſideriorum & ſeruus dei. Cupiebat nanq; experiri ſapientiam eius atq; cognoſcere conſilium eius. Cum ergo duxiſſent Danielem ad eum, & ipſe perſcrutatus eſſet eum atq; tẽtaſſet eũ, aduertit ſeptuplo maiora eſſe in eo quàm audierat de eo. Quapropter gaudens adamauit eum, poſuitq; pro conſiliario ſuo & ut ſecundus eſſet ſicut antea fuit. Factum eſt autem poſt iſta, ut Darius celebraret ſolennitatem Bel dei Babyloniorum, pararetq; munus quod offerret deo Bel. Seruauit autem ritum iſtum in ſuo ſacrificio. Parauit iuuencum unum & decem arietes, centum pullos columbarũ & ſeptuaginta panes ſub cinericios pro menſa eius, atq; decem amphoras uini pro paramento menſæ eius. Hęc in conſuetudine habebantur. Cum ergo adueniſſet dies, parauerũt menſam ante Bel. Et ait rex ad Danielem: Vtinam & tu crederes in glorioſum & magnificum deum noſtrum Bel, qui comedit ea quę in menſa ſunt parata. Reſpondens autem Daniel dixit ad regem: Ne quæſo incitet te neq; ſeducat cor tuum ò rex iſtud quod putas fieri in Bel, quoniã mendacium & uanitas eſt, nec eſt ſpiritus in eo, ſed eſt opus manuum artificis. Putas tu quod ille comedat & bibat? Certe ſacerdotes eius comedunt ea quæ parant̃ in menſa eius, & ipſi comedunt holocauſta eius. Nunc igitur audi me & trade ſacerdotes eius in manu mea, & ego indicabo tibi aſtutiã eorũ atq; machinationẽ, qua imponunt tibi & populo tuo, ut adoretis uanitatem & mendacium. Ad quem ait rex: fiat iuxta uerbum tuum. Pręcipiente autem Daniele clauſerunt oſtia templi Bel & portas eius, preter eam portã qua ingrediebat̃ rex. Tunc dixit Daniel: Afferte mihi cineres. Sparſerunt itaq; cineres in ſuperficie pauimenti tẽpli, ſacerdotes uero ignorabant quid Daniel faciebat. Cum itaq; ab ſoluiſſent opus ſuum, egrediebant̃ rex & Daniel per eam portã qua ingredi ſolebat rex & pueri eius, pręcepitq; claudi portã, quam & anulo ſuo ſignauit atq; anulo Danielis. Abeuntes aũt in domũ regis, pnoctauerunt in ea. Et facto mane miſit rex et aduocauit Danielẽ, dixitq;: Eſt ne lęſura in ſigillis iſtis? Reſpõdit, non. Tunc eo pręcipiente ſuſtulerunt ſigilla, aperientesq; portam oculos uerterũt ad menſam, & ecce deuoratũ erat quicquid impoſitũ fuerat ei à pane uſq; ad carnem, ſed & uinũ epotatũ erat. Quod uidens rex cecidit in terrã coram Bel & ait: Magnum eſt nomen tuum ò Bel, & quis eſt ſimilis tibi in omnibus dijs gentiũ in fortitudine? Cui reſpondens Daniel ait: non loquaris ſic. Inſpice quęſo cineres quos ſparſimus in pauimento templi per circuitũ menſę. Intueamur quoq; ueſtigia greſſuũ iſtorum quorũ ſint. Illi enim euacuauerunt menſam Bel. Intuens aũt rex uidit ueſtigia uirorũ, mulierũ, pu

rorum & infantum, & mittens apprehẽdit ſeptem ſacerdotes, miniſtros Bel, & iurauit eis rex dicens: Niſi indicaueritis mihi ueritatem, morte moriemini. Nunciantes ergo ei ueritatem, oſtenderũt introitus ſecretos, per quos nocte ingrediebantur ad Bel & comedebant ea que imponebantur menſę, & deprehendens rex dolum eorum, pręcepit ut diruerent templum Bel, ne quicquam ſupereſſet.

¶ Habetur hæc hiſtoria quoq; inter apocrypha illa quæ Biblijs noſtris ſunt addita, nempe Danielis 14. Quo autem tempore & ſub quo rege contigerit, diuerſæ ſunt opiniones. Autor huius libri aſſerit eam contigiſſe ſub rege Dario. Sed non exprimit quis ille fuerit Darius. Multi enim fuerũt Darij, ut ſupra quoq; indicauimus. Autor noſtræ translationis uidetur uelle, quod cõtigerit ſub Cyro rege Perſarum. Sed abſit, ut Chriſtus domini Cyrus, qui dominum cœli tam ſynceriter agnouit, & templum eius reædificare iuſsit atque uaſa ſacra omnia reſtituit, in impietatem illam relapſus fuerit, ut turpiſsimum Belum adorauerit, poſtquam auxilio Dei ueri confeſsus fuit ſe eleuatum in ſummum illum monarchiæ gradum, quippe à quo omnia regna terræ ſibi concredita manifeſta confeſſione antea affirmauerat. Sunt igitur quidam ex interpretibus noſtris, qui putant præſentem hiſtoriam accidiſse ſub Belſazar aut Euilmerodach impijs Babyloniorum regibus, qui adorauerunt imaginem maiorum ſuorum, præſertim eam quam Ninus rex Aſsyriorum patri ſuo defuncto Belo nomine in conſolationem ſuam erexerat, & parcebat omnibus confugientibus ad eam. Certe mihi uidetur, hunc Darium qui hic commemoratur, fuiſse regem aliquem qui in monarchia ſecutus fuit Cyrum & Darium ſeniorem. Nam dicitur in textu, Danielem reſtitutum in priorem dignitatis ſuæ gradum, nempe quem habuit ſub Dario ſeniori Aſtyagis filio. Et infra undecimo capite dicitur Danielẽ iam fuiſse grãdæuũ ut non potuerit præeſse populo & gubernaculi ſuſtinere moleſtias. Quod autem rex iſte, ſub quo præſens contigit hiſtoria, hic Darius uocatur, mirum nõ eſt, cum iſtorum trium nominum, Darius, Aſsuerus & Arthabſaſta, etiam in libris Ezræ & Nehemiæ mira unius pro altero fiat uſurpatio, de hoc infra quoq; dicam capite undecimo. Sed naſcitur hic dubium, quomodo Babylonij coluerint hunc Belũ poſt tempora Darij & Cyri piorũ regũ, qui abolito cultu deorum uanorum, præceperunt colere Deum cœli & terræ. Reſpondeo, reges illos non tam ſubito potuiſse abolere idolorum culturam, cum etiam uiuente Dario principes Medorũ ſtatuerint intra triginta certos dies nullum inuocandum Deum præter ſolum regem, ut ſupra capite quinto & ſexto exprimitur.

CAPVT X.

FVit quoq; in diebus illis deus quidã apud Chaldęos, & hic erat Draco magnus, habitãs in ſpelũca quadã. Et cum pręparaſſent ei munus, ueniebant ſub noctem & proijciebãt illud ante draconẽ. Ille autem egrediens in occurſum muneris, diſtendebat more ſuo rictum oris ſui, & tunc inijciebant allatum munus in os eius, & ipſe deuorabat ipſum. Hoc itaq; modo beſtia ſenſim creſcebat & procerior fiebat, & circuiens regrediebatur in ſpeluncã. Dixeruntq; principes ad regem: Putásne quod Daniel poſſit illudere huic deo, qui eſt deus uiuus, ſicut fecit Belo & ſacerdotibus eius, altari eius atq; mẽſę eius, & abſtulit culturam eius? Quare nõ eſt tam audax in deũ iſtũ, qui eſt deus uiuus? Certe ſi ipſum aggrederetur, draco ſumeret ultionem, uindicaretq; propter nos Belum & templũ eius atq; ſacerdotes eius. Ait ergo rex ad Danielem: Audi quæſo Daniel & aſculta mihi & loquar tecum. Putas ne quod poſſis uerſutum aliquid excogitare contra draconem deum iſtum, illúmque in nihilũ redigere ſicut feciſti Belo in quo non fuit ſpiritus? Nónne hic eſt deus uiuus, fortis & robuſtus?

Quis

Quis ergo poterit stare contra eum & ei malum inferre? Respondens uero Daniel ait ad regem: Non erret quæso rex etiam in isto, quandoquidē sit bestia subiecta manibus hominum, & non sit in ea spiritus dei. Nunc itaque domine mi rex, si permiseris mihi ego percutiam quoq; draconem hunc, & interficiam eum absq; gladio & lancea atq; prelio, cum reptile sit super terrā serpens. Et dominus quidē deus noster posuit timorem hominis super omnem animam animantis reptantis & serpentis in superficie uniuersæ terræ, ut metuat eum atq; reformidet faciem eius. Nam in imagine dei creatus est homo, quatenus timor sui esset super omnia. Nūc itaq; si placet tibi, permitte ut percutiam eum atq; perdam sicut unum ex sculptilibus quæ aboleui. Tantūmodo potestatem ne concesseris principibus tuis ut sæuiant in me. At quem ait rex: Vade & age sic, si quicquam potes, & non timeas. Læati autem sunt plurimum cuncti principes, cum dixisset rex ad Danielem, ut inuaderet draconem, dicentes: nunc interibit Daniel, & non poterit stare contra draconem. Abiens uero Daniel à conspectu regis, parauit instrumenta ferrea instar pectinum, quibus lina repurgantur, & cōiunxit ea interius, tergum cōiungens tergo, aculei autem eorum extra prominebant per circuitum, limati & acuti, quibus undiq; adhibuit uarias ciborum species, prȩsertim adipem, pinguedinem, & alias res pingues, liturā quoq; sulphuris & picis apposuit ei, quibus fomentis absconditi sunt aculei ferrei & dentes illi serrati, habuitq; formam demēsi. Cumq; Daniel illud proiecisset in rictū draconis, suscepit ipsum draco & deuorauit cum desiderio animæ suȩ: at ubi descendit ad interiora uētris eius, dissoluebatur adeps & pinguedo à ferreis aculeis, & ingrediebātur acumina serratorū dentium in uiscera draconis atq; perforabāt ea, & ilico cœpit draco sentire ingentem dolorē, corruensq; mortuus est sequenti die. Post triduum uero uenientes Chaldæi & Babylonij inquisierunt draconē, ut illi demensum offerrent: at ille non cōparuit, sed fœtor quidā exhalabat de spelunca, & ecce deus eorum mortuus erat, inflatus & fœtorem emittēs. De qua re dolentes uiri illi, irati sunt supra modum cōtra Danielem & dixerunt: quare sic fecit Daniel Iudæus duobus dijs nostris, quos extirpauit? Percussit enim Bel & draconem. Tradat propterea eum rex in manus nostras ut interficiatur. Si id non fecerit, notum sit regi quod nō uiuet. Et audiens rex quod conspirasset cōtra se populus terrȩ, misit & percussit magnates & principes eorum, atq; eos qui insurrexerant contra Danielem, in ore gladij.

¶ *Quadrat caput istud cum nostra uulgata æditione, exceptis duobus locis. Danielis enim 14. capite dicitur massam à Daniele in rictum draconis proiectā, coctam fuisse ex pice, adipe & pilis, cuius masticatione draco diruptus est. Nam secundum Nicolaum de Lira, cum draco massam illam traijcere uellet, inuoluti sunt dentes in pice & pilis, ut non potuerit aperire os nec respirare. Cum autem animal sit ualde calidū, ut aliquando spiret fumum, aliquando ignem, calor inclusus dirupit uentrem eius. In isto uero capite dicitur in demensum illud occultatos ferreos aculeos, &c. Alterum est, quod in Daniele dicitur: Danielem propter interfectionem draconis conjectum in lacum leonum, hic autem nulla fit mentio huius proiectionis, tametsi sequenti capite Daniel ipse conqueratur, se bis proiectum in foueam leonum.*

CAPVT XI.

ERat autem Daniel ualde ſenex,ueniensq́ʒ ad regẽ adorauit eum dicens: Obſecro mi domine rex,ecce ſenui & nõ eſt in me uirtus ulla ad cõſiſtendum, ad egrediendũ & ingrediendũ iuxta cõſuetudinẽ regni. Nam debiliorẽ reddiderũt me tyranni, qui ſunt in populo tuo,odio ſuo, proijciẽtes me altera uice in foueã leonũ, etiã propter draconem me uexantes,ſed dominus deus meus in quo ſperaui ſaluauit me. Cogitauerũt deinde tollere animã meã, & interficere me ex inuidia ſua, qua me perſecuti ſunt propter ſculptilia ſua,at deus meus cuſtodiuit me à perditione eorũ.Proiecerunt quoqʒ tres ſocios meos in fornacẽ ignis ut eos cõburerent, ſed in omnibus iſtis fuit manus dei noſtri fortior ad ſaluandum nos. Nũc itaqʒ domine mi rex,cadat quæſo precatio mea in cõſpectu tuo, & permittas me abire in domũ meam, ubi quieſcam & colam deum patrũ meorũ, quia ſenui & non eſt uirtus in me qua amplius conſiſtam. Reſpondens uero rex Danieli ait: Et quis audiet te in re iſta ut te dimittat uirum dei,dei cœlorum? Si tu deſerueris me, quomodo gubernabitur regnũ meum,dum tu diſceſſeris à me? Et quidẽ ſcio te ſenem eſſe & deſtitutum uiribus, ut nõ queas ſtare, egredi & ingredi more principum regni ob id cupio ut tradas mihi talem uirum qualis tu es,de filijs populi tui,uirum ſapiẽtem & prudentem atqʒ plenum ſpiritu dei,qui ſit tui loco apud me,& dimittam te in pace,ut fruaris optata quiete in domo tua, ſed anima mea ſcit tui ſimilem non eſſe in cũctis filijs populi tui. Egreſſus proinde Daniel à conſpectu regis ſub ueſperam, ſurrexit & precatus eſt deum cœlorum, ut commoueret cor regis,ad dãdum ſibi abeundi facultatem,quo deum ſuum colere poſſet. Manensq́ʒ nocte illa ibi,ſurrexit mane & abijt ad cœtum captiuitatis,& inueniens ibi Zerubabel filiũ Schealthiel filij Iechoniæ regis Iehuda,ſublimauit eũ in medio captiuitatis apprehẽdensq́ʒ manu ſua duxit eum ad regẽ.Quo cõſtituto coram eo, ait Daniel: Ecce habes uirum loco meo,mihi ſimilem & parẽ,qui eſt de filijs Iehuda,ex proceribus & ſemine regio, ex filijs Schealthiel filij Iechoniæ regis Iehuda. Et hic eſt uir magnanimus, plenus ſpiritu ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei, iuxta omnia quæ in me ſunt,in nulla re me minor exiſtẽs.Hic erit tibi fidelis & cõſiliarius mei ſimilis,et idcirco mittes me ad locũ meũ,ubi quieſcã. Credẽs uero rex omnibus illis quæ dicebãtur à Daniele,dimiſit eum liberũ à ſe. Daniel uero cũ adoraret regẽ,amplexatus eſt eum rex atqʒ oſculatus, præcipiẽs ut darẽt ſibi munus iuxta magnificentiam regis. Quo facto, dimiſſus abijt. Porrò Zerubabel fuit apud regẽ loco Danielis, & dedit Daniel omnia quæ ſibi dederat rex plebeis qui erãt in captiuitate,et poſtea recepit ſe in locũ ſuũ, nẽpe in Suſan Metropolim prouinciẹ Elam, ubi coluit dominũ deũ ſuũ uſqʒ ad diẽ mortis ſuẹ in medio fratrũ ſuorũ cœtus captiuitatis ubi habitauit. Zerubabel uero uir egregius,proſper,prudẽs,ſapiẽs et plenus ſpiritu ſapientiæ, cui impoſuerat Daniel manus ſuas, inuenit gratiã in oculis regis, nã dilexit eũ rex ualde propter amorẽ Danielis,et poſuit eũ ſuper omnes principes atque caput ſuper duos principes exercitus, qui cuſtodiebãt perſonam regis.

¶ *Ioſephus libro Iudaicarum antiquitatũ undecimo,capite tertio de Dario iſto ſic ſcribit: Poſt Magorum interitum, qui defuncto Cambyſe principatum Perſarum anno uno tenuerunt, hi qui ſeptem dominị nuncupabantur apud Perſas, filium Hiſtaſpis Darium regem ordinauerunt. Qui*

dum priuatus eſſet, deum orauit, ut ſi fieret rex, omnia dei uaſa quanta Babyloniæ *inuenirentur, ad templum* Hieroſolymitanum *mitteret. Contingit autem eo tempore proficiſci Zerubabel ducem captiuorum* Iudæorum *ab* Hieroſolymis *ad* Darium, *qui regi quondam amicus extiterat. Vnde etiam corporis eius cuſtos cum alijs duobus dignus iudicatus, quem ſperauerat honore potitus eſt.* Primo *uero imperij ſui anno* Darius *ſummo apparatu cœnam exhibuit amicis & uernaculis ſuis, & ſatrapis* Perſarum, *& præfectis Indiæ & Aethiopiæ magiſtratibusq;, centum uigintiſeptem prouinciarum. Cum autem completis dapibus unuſquiſque ad dormiendum rediſſet, rex* Darius *ad cubiculum ueniens, paucumq; noctis requieſcẽs & expergefactus, quod noctis reſtabat reliquum inſomne protraxit, &c.* Reliqua *quæ ſequũtur ſequenti repetemus capite. Iſta autem hic induximus, ut oſtenderemus quis iſte fuerit* Darius, *& quando Zerubabel eius factus fuerit conſiliarius & cubicularius. Certum autem eſt ex ſecundo capite* Ezræ, *Zerubabel primo anno Cyri ueniſſe* Hieroſolymam, *& ex tertio capite eiuſdem conſtat illum conſtruxiſſe altare. In quarto uero capite oſtenditur opus templi fuiſſe impeditum uſq; ad ſecundum annum* Darij. *Et tunc Zerubabel redijt in* Babyloniam *et factus eſt ſecretarius* Darij *regis uſq; ad ſecundum eius annum.* De *ſepultura* Danielis *ſcribit* Ioſephus *in hunc modum:* Dum *ergo* Daniel *ſic eſſet inſignis & clarus, eo quod religioſus exiſteret, ædificauit in* Egbatanis Mediæ Mauſoleum *ualde præclarum, et mirabiliter minus inſtructum. Quod manet hactenus & uidentibus creditur nuper ædificatum, ita ut ea die qua conſpicitur putetur eſſe conſtructum.* Hactenus *enim ſepeliuntur ibi* Medorum *reges atq;* Perſarum, *pariter &* Parthorum, *& cui hæc cura committitur, ſacerdos eſt* Iudæorum, *& hoc fit uſque ad præſens tempus.*

CAPVT XII.

Ontigit autem quadam die, ut congregati omnes principes ſtarent more ſuo ante regẽ, diceretq; ad eos rex: uidiſtis'ne in uniuerſa terra talem uirum qualis eſt Zerubabel, uirum intelligentem & ſapientem iuxta ſpiritum Danielis? Reſponderunt: rectum eſt uerbum regis. Factũ eſt deinde tempore meridiei cum rex poſt refectionem more ſolito dormiret in lecto ſuo, ut ſtarent duo principes cuſtodes corporis eius more cõſueto in cuſtodia ſua haberentq; ſecum Zerubabel caput ſuum & circumſtarent regem expectãtes cum tædio quando excitaret̃ à graui ſomno quo opprimebatur, nam erat ebrius à uino, moleſtumq; erat tribus adoleſcentibus ſic expectare. Dixerũt ergo adinuicem: Proponamus inter nos ænigmata, uerba ſapientum, unuſquiſque iuxta aſtutiam ſuam, ſcribamusq; uerba ęnigmatum noſtrorum in uolumine, et reponamus uolumẽ illud ſub puluinari regis donec euigilet à ſomno ſuo, & ipſe uideat atq; iuſte dijudicet uerba ſic cõſcripta. Vir autem ille, cuius ſermones in ſapiẽtia excelluerint uerba duorum ſociorum eius, cuiuſque ænigmata iucundiora fuerint ænigmatibus fratrum ſuorũ, is ſecundus ſit à rege & ſedeat in ſolio ſublimi, uehatur in curru, egrediatur & ingrediatur corã rege iuxta magnificentiam ſecũdi à rege. Omnia uaſa menſę eius ſint aurea, & frenum aureum ponatur ſuper maxillas equi eius, atq; corona Secundarij imponatur capiti eius. Munus quoq; ſecundarij accipiat à rege, & petitionem eius in quacũq; re rex nõ deneget ei, ſitq; ſocius regis. Ad quod omnes dixerũt: Fiat ſic, percuſſoq; fœdere confirmauerunt illud per legẽ Medorũ et Perſarum, ne quis illud uiolaret. Afferentes ergo atramentariũ & chartã, miſerunt ſortem inter tres ipſos, & cecidit ſors ſuper primum, qui ſic ſcripſit: Nihil tam forte in terra

in terra ut eſt rex. Secundus uero ſcripſit: Nihil tam forte in terra ut uinum. Et tertius qui fuit Zerubabel ſic ſcripſit: Nihil tam forte in terra ut eſt mulier. Cumq́ʒ ſinguli problemata ſua cōſcripſiſſent, poſuerunt chartam ipſam ſub puluinari regis. Et rex quidem uigilabat ſed clauſos tenebat oculos, auſcultabatq́ʒ eis quid muſſitarent. Et cum ſchedam poſuiſſent ſubter puluinaria regis, euigilās rex ceu qui euigilat à ſomno ſuo, admouēsq́ʒ manus ſuas oculis ſuis, quęſiuit ſub puluinari capitis ſui & inuenit literas quas ſcripſerāt tres adoleſcentes. Quas cum aperuiſſet & legiſſet, continuit ſeſe donec uenerūt cuncti principes, magnates, proceres & præfecti prouinciarum, & tunc uocans tres adoleſcētes iſtos ait: Afferte mihi unuſquiſq́ʒ ſchedam ſuam, & exponite interpretationem ploblematum ueſtrorum, & qui inter uos tres rectius & ſanius ſenſerit, illum honorabo atq́ʒ exaltabo, implebóq́ʒ ea quæ ſcripta ſunt in uolumine ſchedæ. Accedens ergo primus legit ſcriptum ſuum & ait: Audiat nunc rex & principes auſcultēt uerbis meis quę loquar: Nihil eſt tam forte in terra ut rex. Et accedens ſecūdus dixit: Nihil eſt tam forte in terra ut uinū. Tertius quoq́ʒ qui fuit Zerubabel ait: Nihil eſt tam forte in terra ut mulier. Reſpondit autem rex & principes, dixeruntq́ʒ: audiuimus uerba propoſitionum ueſtrarum, ſed explicabitis ea nunc & audiemus.

¶ Deſcribitur quoq; hæc hiſtoria in Biblijs noſtris, tertio ſcilicet Ezræ tertio, ubi dicitur, Darium feciſſe cœnam magnam omnibus uernaculis ſuis, & omnibus magiſtratibus Mediæ & Perſidis, & omnibus purpuratis & prætoribus, & conſulibus & præfectis ſub illo ab India uſq; Aethiopiam, centum uiginti ſeptem prouincijs. Ioſephus quoque latinus dicit refectionem illam cœnā fuiſſe, ut iam meminimus, addens regem cum euigilaſſet conuertiſſe ſermonem ad tres ſui corporis cuſtodes, promiſiſſeq́; ſummo honore fulciendū, qui eius interrogationi ſapienter & uere reſpondere ualuiſſet. Et cum multa dona promiſiſſet, primū interrogauit utrū fortius ſit uinū, ſecundo utrū rex, tertio utrū mulieres, aut his omnibus magis fortior ſit ueritas. Has cum illis propoſuiſſet quæſtiones requieuit. Luceſcente autem die conuocauit omnes magiſtratus & ſatrapas & præfectos Perſarū & Medorum, ſedensq́; in ſolio quo ſolebat, unumquemq; corporis cuſtodem coram omnibus iuſſit pronunciare, quid eis de propoſitis quæſtionibus uideretur. Tunc primus excellentem uini fortitudinem oſtendit, &c. At in translatione noſtra dicitur, unumquemq; ſententiam ſuam in ſcheda poſuiſſe ſubtus ceruical Darij regis. Et cum omnes proceres regni cōuocati eſſent, cœpit prior de fortitudine uini loqui, &c.

CAPVT XIII.

TVnc reſpondens primus dixit: Obſecro domine mi rex, & conteſtor uos ô uiri excellētes, qui proculdubio nouiſtis uirtutem regis, & fortitudinem regni eius ſuper teram, ſuper mare & inſulas, atq́ʒ ſuper cunctas gentes & linguas, qui poteſt interficere & in uita cōſeruare. Ipſe præcipit ſuis ut educant exercitum & egrediuntur omnes foras, nec retroſpiciunt ſed recta deſtinant facies ſuas in mortem. Et ſi ipſe dixerit ad ſubuertendum muros, ſubuertunt. Si agros coluerint & ſeminauerint atque meſſuerint fruges terræ, ſeparant regi portionem ſuam, priuſquam ipſi guſtauerint quicquam de frumento. Nam timent regem & omnes contremiſcunt, reuerenturq́ʒ eum, quod ipſe ſit dominus, & ſuperet omnes in fortitudine. Nec eſt quiſquam inter omnes,

qui

qui dissoluat uerba eius & uiolet mandatũ eius. Vera igitur sunt uerba mea, quod nihil est tam forte in terra ut est rex. Post hęc secũdus respondit & ait: Obsecro mi domine & sapiẽtes uiri, ecce uos omnes nouistis quàm fortis sit rex & quãtum sit robur regni eius, quippe qui præest & dominatur terrę, & terror atq; pauor eius est in omnibus filijs hominũ, sicut audistis auribus uestris. Sed uinum est adhuc fortius rege. Verum quidem, regis fortitudinẽ magnam esse, at cum ipse biberit uinũ, dominatur illud ei & torquet cor eius ad res alias, nempe ut iucũdetur, cantet & saltet, imò ut stultescat. Nam peruertitur sic cor eius à uino, ut abijciat propinquos & aduocet longinquos, occidat amicos & honoret alienos, nõ reuereatur faciẽ patris & matris aut etiam fratris, qui tamen sunt proximi sui. An non uidetis hic quanta sit uis uini? Si quis biberit illud, etiã si non didicit literas meditabitur carmina, aut si natura taciturnus est, iubilabit. Sed & secretum & arcanum reuelat, atq; opus in abscondito factum educit in lucem. Lætificat uiros mœstos & lugentes, contristatos atq; morti addictos uinum bibitum bono facit esse animo exhilaratq;. Qui in dolore sunt, eos cantare facit, & qui cõpedibus affliguntur, quiq; ad mortem rapiuntur, si biberint uinum ridebunt. Ebrius uibrat gladium in socium suum, estq; impudens erga coniunctissimos. Et cum uinum in eis digestum fuerit, obliuiscuntur omnium eorum quæ fecerunt, nec amplius intelligunt aut reminiscuntur, quia abijt uinum ab eis, dicuntq;: non fecimus quicquam. Quis hic non uidet & credit in omnibus istis uinum esse fortius rege, pręsertim eo tempore quando dominatur ei? Tortuosos prærerea reddit pedes hominis quãdo incedit, & oculi eius recte uidere nequeũt, sed & os eius meditatur loqui quæ nõ didicit. Nónne hic uidetis, uinum esse fortius rege, quod talia agit? Mirati sunt autem plurimum qui hęc audierunt.

¶ *Regem omnibus esse fortiorem, uulgata æditio & latinus Iosephus eodem ferme probant argumento, quod tamen in quibusdã discrepat à probatione in hoc capite adducta. Summa argumenti eorum est hæc: Omnia coërcentur sub hominum potestate, mare & terra, & quicquid in eis est. Qui ergo dominantur in hominem animal tam potens & ualidum, certe hi merito insuperabiles iudicabuntur. Vnde & bella & pericula subiectis imponentes audiuntur, & eos contra inimicos diri gentes propter suam fortitudinem habent obedientes: montes quoque dirui, muros ac turres deponi iubent, qui propterea iugulant et iugulantur, ne regis uerbum prætereant. Et si uicerint in bello, afferunt regi quæcunq; prædati fuerint. Qui uero non militant sed colunt terram, post multos labores messem facientes, tributa regi offerunt. Et ipse unus solus si dixerit occidite, occidunt: dixerit percutite percutiunt: dixerit ædificate, ædificant: plantate, plantãt, &c. Porrò argumentum quo probatur fortitudo uini, non est per omnia simile in translatione nostra & Iosepho argumento huius libri. Nam illi sic habent: Vinum mutat & decipit bibentium mentes. Item regis & orphani facit mentem æqualiter uanam, seruum quoq; ad liberi audaciam concitat, & pauperes similes diuitibus parat. Cõuertit & reformat animas, & calamitatibus compressas reficit, mœstitiam extinguit, alienæq; debitores pecuniæ ad obliuionem perducit, ita disponens eos, ut se omnibus ditiores putẽt, nihilq; uile loquantur, sed memores diuitiarum, felicibus utantur uocabulis, perq; talenta loquantur, & tam reges quàm magistratum contemnant. Armat uinũ homines contra amicissimos, societatesq; dissoluit. Et cum ad sobrietatem, per noctem uina relinquẽtes, peruenerint, excitantur, nihil penitus de his quæ in ebrietate commiserant cogitantes.*

CAPVT

CAPVT XIIII.

VOcans proinde rex Zerubabelū,qui erat tertius, dixit ad eum, expone & tu nobis propoſitionem tuam, ſicut ſocij tui fecerūt. Qui reſpondit,explicabo,dixitq;: Aduerte & audi ô rex uerba mea,& reliqui principes,proceres, pręfecti et omnes qui ex po pulo aſtatis. Verum eſt, quod fortis & magnus eſt rex ſuper omnes,et tamen uinū debilem quoq; reddit regē uirtute ſua eo tempore quo dominatur ei, nemo ergo negat regē eſſe fortē atq; uinū eſſe efficax, at ego cōtendo mulierem eſſe fortiorem & uino & rege atq; omnibus ijs qui plantant uineas unde educitur uinum. Quomodo enim mulier nō eſt fortior rege,quæ genuit regem,lactauit eum,fouit eum in gremio ſuo,educauit eum, nutriuit eum,induit eum,lauit eum à ſordibus eius, caſtigauit eum, & dominata eſt ei ſicut mater filio uteri ſui, ceciditq; in eū metus illius, & exhorruit ad uocem increpationis eius. Siquidem iam uerberauit eum & iam increpauit eum. Quando minabatur ei uirgam, fugiebat à conſpectu eius currēs ad plateam, manſitq; in eo timor ille donec ex pueritia creuit ad iuuentutem,& exinde metus illius nō obliuiſcitur, nec mutat honorem illi debitū, faciemq; eius reueretur iugiter, ſicut filius genitrici ſuæ facere debet. Poſtea uero cum iecerit oculos ſuos in mulierem elegantem, illicitur pulchritudine eius & ludit cū ea,adhæretq; ipſi anima eius,et cor eius adeò inclinatur ad eam,ut non commutaret amorem eius pro quacunq; opulentia, ſed nec pro matre genitrice ſua aut pro patre genitore ſuo. Deſerit enim patrem ſuum & matrem, præuaricaturq; in eos propter amorem pulchræ & formoſę mulieris. Sunt & alij multi qui decipiuntur amore mulierum, & multi ſtulti fiunt & inſaniunt propter eas, errantq; poſt eas. Multi occiduntur propter eas & deſcendunt cum mœrore ad infernū. Multi ſapientes capiuntur reti mulieris, & prudentes illaqueantur ſagena eius. Mulier ſuſcitat diſcordiam inter fratres,diſiungit amicos, & facit ut quis peccet in fratrem ſuū. An neſcitis,quando mulier pulchra facie tranſit coram uiro, excitātur in eo omnia membra cōcupiſcentię? Oculi namq; eius cōtemplantur eam & intuentur pulchritudinem eius, & cor eius propendet ad eam,quāto magis ſi illa uerba blanda exprimat per os ſuum? Certe deſerit omnia quæ habet in manu ſua,& aperto ore cōtemplatur eam,uſq; adeò illa traxit ad ſe cor eius. Quis nō credit iſtud & uerum eſſe fatebitur,quod de fortitudine mulierum dixi? Narrate quęſo & iudicate propter quem laboretis & fatigemini. Quare rapitis & cōgregatis diuitias? Nonne propter mulieres,ut illis ematis iocalia deſiderabilia,aurea & argentea, uaria ornamenta & monilia precioſa, incluſoria aurea, myrrham, aloēn & uarias ſpecies odoramentorum,confectiones & thymiama ſuaue? Nōne mulieribus paratis hæc omnia? Et quando quis pergit ſæuire uenitq; ad locū inſidijs aptū,ſiue in ſolitudine, ſiue in montibus,ſiue in ſyluis,ſiue in mari & belligeratur,occidit,diſpoliat,rapit, diripit, depopulat̄ & effundit ſanguinē ut multam acquirat ſubſtantiam,cui quęſo obuenit ſpolium illud,præda illa & rapina? nonne mulieribus adducunt ea? Certe ego uidi regem ſedentem ſuper ſolium ſuum,habentem coronā decoris in capite ſuo,& Apomaneam filiam Abſiaui Macedonis concubinam eius ſedentem contra eum, quæ mittens manū ſuam abſtulit diadema regis à capite eius & impoſuit capiti ſuo: rex autem

rex autem ridebat contra eam. Et quando illa ſubiraſcebatur, rex non uale-
bat placare eam et dormire cum ea, niſi prius abſtuliſſet ab ea iram eius. Quis
igitur non approbet ſentẽtiam iſtam, mulierem omnibus fortiorem eſſe? En
mulier infirmauit robur Samſonis: Dauidem quoq; incitauit mulier, & Salo
monẽ emolliuit mulier, multi capti ſunt ob eam, & innumeri interfecti pro-
pter eam, atq; multoplures uulnerati ob eam. Eſt & hoc conſiderandũ, quod
uir unus dominari poteſt uniuerſo orbi, cuius habitatores cũ præ nimia mul-
titudine numerari nequeãt, tamẽ omnes cõtremiſcunt, pauent & reuerentur
eum, eo quod ipſe omniũ ſit gubernator, ſed adhuc ſuperior eſt mulier, quæ
dominium ſibi uendicat in principem & regem. Et quãquam appetitus ſit ei
innatus ad uirũ, ille tamẽ nõ poteſt ſibi ſubijcere eam. Adamũ deniq; omniũ
habitatorum terræ patrem ſeduxit uxor eius, ut tranſgrederetur præceptũ do
mini dei ſui, quare tam ipſe quàm poſteri eius inciderũt in pœnã mortis. Nũc
itaq; cum ſatis probatã ſit fortitudo mulieris, quis non ſubſcribat huic noſtræ
ſententiæ? Certe à principio mundi uſq; ad finem eius, dictum iſtud à nemine
confutari potuit, & ego ſcio me quoq; uerum dicere.

¶ *In Ioſepho latino aliqua deſunt, quæ hic habẽtur, & rurſum aliqua adduntur quæ hic deſide-
rantur. Scribit nanque ille in hunc modum: Sic equidem forte uinum fortis & rex eſt, cui omnes
obaudiunt, ſed his potentior pulchritudo mulieris exiſtit. Nam regem enixa mulier ad uitam ædidit,
& eos qui uites plantauerunt, unde profluit uinum, mulieres creauerunt & aluerunt. Nihil autem
eſt, quod non ab his habeamus. Nam & ueſtes nobis ab his texũtur, & domus noſtræ per has curan
tur atq; ſeruantur, & non poſſumus à mulieribus ſegregari. Sed etiam aurum multum & argentum
ſi poßideamus, & quicquid aliud fuerit precioſum & induſtria dignum, cum uiderimus decorã mu
lierem, omnia relinquentes, ſpeciem eius obſtupeſcimus, patimur omnia cõcedere quæ poßidemus,
ut deſiderata pulchritudine potiamur. Patres & altricem terrã, ſæpius et amicos obliuiſcimur pro-
pter uxores, & animas unà cum ipſis perdere non timemus. Nónne laborantes & omnem toleran-
tes miſeriam per mare ac terram, cum aliquid per laborem acquirimus, totum offerentes uxoribus,
tanquam dominis credimus uel tradimus? Regem quoq; uidi aliquando tantorum dominum à filia
Rabazaci Themaſij nomine Apama concubina eius, alapis percuti, & diadema tollentẽ capiti eius
& ſibimet imponentem, & hæc omnia tolerantem: ridebatq; cum illa riſiſſet, & cum irata fuiſſet,
mœſtitia confuſus, & blandimentis placauit mulierem, rogans eam, & ſe nimis humilians, ſi quan
do eam uidiſſet triſtem. Hæc ille. Porrò trans latio noſtra uocat iſtam mulierẽ Apemen filiam Beza
cis mirifici, &c.*

CAPVT XV.

ET nunc quidem oſtẽdam regi & omnibus auditoribus, uanum
eſſe regem dominantem in terra, uanum eſſe uinum quod regi
dominatur, uanam eſſe mulierẽ, cuius peruerſitas dominiũ ob-
tinet in tribus his: at Veritas eſt, quę principatũ ſuper omnia te-
net, in cœlis, terris, mari & abyſſis. Præualet enim ueritas apud
deum & homines, nec locum habet mẽdacium in habitaculo ueritatis. Siqui
dem ſuper ueritatẽ ſtabiliti ſunt cœli et terra, & ueritas domini dei noſtri per-
manet in perpetuum. Reſponderunt autem cuncti qui ſtabant circum regem
& dixerũt: Veritas eſt. Tunc ait rex ad Zerubabel: accede ad me. Cumq; ac-
ceſſiſſet, extendens rex manus ſuas, traxit eum ad ſe, amplexatusq; & oſcula
tus eſt eum coram omnibus aſtantibus & ait: Benedictus dominus deus Ze-
rubabel, qui poſuit in eo ſpiritũ ueritatis, ipſe enim cum ſit deus ueritatis, con

ſtituit ſolium ſuum ſuper ueritatem, reliqua autem omnia uana ſunt. Ad quę reſponderūt cūcti principes, rectores, præſides, & uniuerſus populus dicentes: Vere magna eſt ueritas & excellit omnia, nec eſt in mundo quod poſſit ſtare aduerſus eam. Ipſa enim dominaẽ in cœlo et in terra, et in omnibus quę ſunt ſuper eā. Verus eſt deus Zerubabel, qui poſuit in ore eius ſpiritū ueritatis in laudem & magnificentiā ueritatis coram deo, rege & hominibus. Præcepit proinde rex impleri ea quę ſcripta erāt in uolumine de exhiēbdo honore, et impleta ſunt omnia in Zerubabel, quia inuenit gratiā in oculis regis et principū ſupra duos ſocios ſuos. Vnde dixit rex ad Zerubabel: Pete omnia quæ habes in animo tuo, & quæ ſcripta ſunt in uolumine, & paratus ſum ea tibi dare, etiamſi dimidium regni petieris, non negabo. Reſpondens autē Zerubabel ait ad regem: Meminerit quęſo dominus meus rex uoti,[a] quod uouiſti tu & Cyrus rex deo cęli ad conſtruendū templum eius & ad reſtituēdum uaſa ſanctuarij eius in locum ſuum, & captiuitatem dei cœlorū, ut illi redeāt in pace ad colendum deum in templo ſancto ſuo, ſuper quod inuocatum eſt nomen eius, & ubi habitat diuinitas eius, atq; ubi orent ad deum magnum, deum cœlorum, pro rege & regno eius, quia non alteri quàm deo cœlorum fieri debet uotū. Præcipiente autem rege ſcribæ regis ilico ſcripſerunt omnia quæ poſtulauerat Zerubabel à rege, ut ſcilicet inſtaurarētur loca deſerta Hieruſalem[b] miſitq; rex Darius ad Cyrū regem Perſiæ ut ſibi conſentiret in hac re, ut ſcilicet perſoluerēt uotū ſuum quod fecerant de templo domini in Hieroſolymis reædificando. Tunc fecit Cyrus prędicare per uniuerſum regnum ſuum dicens: quicunque eſt in uobis ô popule dei cœli, qui habet animum ut aſcendat, fundamenta iaciat atque ſuperędificet, ego dabo de theſauris meis quicquid opus fuerit pro ædificio eorum uſq; ad cōſummationem. Et annotauerunt ea ſcribæ regis ex ore Darij regis Medorum & Cyri regis Perſarū, ſcripſeruntq; principibus, magiſtratibus & prefectis qui erāt ultra fluuium, Idumęis quoq;, Tyrijs, Sidonijs & Samaritanis, & his qui ſub Aſaph cuſtodiebant ſepta Libani in hunc modum: Notum ſit uobis, quod deus cœli excitauit cor noſtrum ad dimittēdum populum ſuum ex captiuitate, quem abduxit Nebuchadnęzar rex Babylonis, & ad reſtituēdum uaſa templi magni & ſancti, ubi inuocatur nomen dei Iſraēl ſuper ipſum, ad extruendū ſanctuarium eius, & ad erigendum altare eius atq; ad offerendum ſuper ipſum iuge ſacrificium, rem diei in die ſuo, ad ædificandum quoq; locum ſanctiſanctorum, & ad ordinandum ædificium ipſum iuxta diſpoſitionem ſuam atque ad reficiendum ruinas Hieruſalem. Nunc itaq; cum uenerint ad uos, ſatagite ut feratis illis auxilium & ſuppleatis omnem defectum eorū in argēto & auro, ære & ferro, lignis & lapidibus, fabris & latomis, ſuppeditetiſq; donec abſoluerint ædificiū omnia, quæ pro inſtaurando opere neceſſaria fuerint, & quicquid ore ſuo poſtulauerint tam in tritico quàm hordeo, oleo, uino & alijs rebus pro inſtaurando opere & altari neceſſarijs, nempe ut ſuppeditetis iuuencos, arietes, hyrcos, oues, turtures, pullos columbarū, ſimilam, oleum, ſal & alia requiſita pro altari & dei cultu, donec ad conſummationem omnia peruenerint. Idumęis quoq; præceperunt duo reges, ut humerum ſuum ſubmitterent cultui domus dei, ob id potiſſimū quod antea auxilium tuliſſent Chaldæis in ſubuerſione eius, penderent quoq; tributum annuum, quinq; talenta

auri,

auri, quibus & reficeretur templum & urbs sancta instauraretur. Tyrij uero & Sidonij & Idumæi serui regis qui erant in Libano sub potestate Asaph custodis septorum, cęderent ligna in Libanoueherentq́ue à mari Libani usque ad mare Ioppense, & perficerent opus domus dei, nemoq́ue impediret eos donec consummarent uniuersum opus. Annotantes autē scribę omnia uerba ista, quę mandauerant duo reges, munierunt ea sigillis, tradideruntq́ue Zerubabelo filio Schealthiel & Nehemię filio Hachalię.

¶ Patet ex primo & secundo capite Ezræ, Zerubabelum sub Cyro cum reliquis Iudæis rediisse in Hierusalem. Patet etiam ex quarto capite eiusdem Zerubabelum nihil potuisse efficere in cōstructione templi & ciuitatis, quia nondum erant impleti septuaginta captiuitatis anni, ideo impeditum opus. Tunc ergo rediens in Babylonem factus est aulicus apud regem Dariū usque ad secūdum regni eius annū, tunc dimissus rursum uenit in terrā Iehuda, & operā dedit constructioni templi & ciuitatis unà cum Ezra & Nehemia postea superuenientibus. Nam habetur Ezræ 7. quod anno Artaxerxis sexto fuit cōsummatum templum, deinde anno septimo regni eius missus est Ezra, qui docuit populum legem domini. Postea anno regni Artaxerxis uicesimo missus est Nehemias, ut habetur Nehemiæ primo, qui murum & portas ciuitatis ædificauit. Quod autem Zerubabel in Babyloniam redierit, supra capite 11. ex Iosepho indicauimus. a Quod uouisti] Iosephus scribit hunc Darium siue Artaxerxem uotum fecisse deo cœli cum adhuc priuatam ageret personā, ut si sublimaretur in regem, restitueret uasa templi & curaret templum reædificari. Huius ergo uoti admonuit eum Zerubabel, ut illud exequeretur, quod & Cyrus ante eum dudum fecerat. b Misitq́ue rex Darius ad Cyrum.] Hic locus plane est contra sextum caput Ezræ, ubi sic scribitur: Tunc Darius rex dedit mādatum & quæsierunt in bibliotheca, & inuentū est tale memoriale: Anno primo Cyri regis, Cyrus rex dedit mādatum de templo dei in Hierusalem, &c. Historia enim huius & duorum præcedentium capitum contigit sub Dario posteriori, & quæ inuehuntur in fine huius capitis atque in initio sequentis impleta sunt sub Dario seniori collega Cyri.

CAPVT XVI.

Factum est proinde in tēpore illo, ut ægrotāret Darius rex Medorum usque ad mortem, & appropinquante die eius misit & uocauit Cyrum regem Persarum generum suum, maritū filię suæ. Qui cum uenisset ad eum, instituit eum regē sui loco, factumq́ue est unum regnum, Medorum & Persarum. Darius autem Medus collectus est ad populos suos, regnauitq́ue loco eius Cyrus rex Persarum, presidens & Medorum & Persarum regno. Constituerunt enim principes Medorum & Persarū Cyrum generum Darij regem super Persidem & Mediam, & ab ea die & deinceps illa duo regna coacta fuerunt in unum, & sedit quoque Cyrus super solium regis Babylonis, quod & Chaldæorū fuit. Anno uero primo regni eius excitauit deus noster spiritum Cyri regis Persarum, & recordatus est rex uoti sui, quod uouerat ad dimittendum captiuos, & uasa sanctuarij de Babylone in Hierusalem, conuocatisq́ue cūctis senioribus captiuitatis ante regem Cyrum, dixit rex ad eos: Quicunque est inter uos de populo dei cœlorum, cuius ipse cor uoluntarium reddidit ad ascēdendum in Hierusalem, ad locum in quo steterunt pedes dei magni, ad restaurandū domum templi sui, quā diruit Nebuchadnezar rex Babylonis, qui supra omnes reges qui ante eum fuerūt impie egit, ascēdat & construat, sitq́ue deus eius cum eo, secundum quod ille spontaneum reddidit cor eius. Et ego Cyrus seruus

dei ueſtri,conſtitutus rex per uoluntatem eius,dabo de ſubſtantia mea atque de omnibus theſauris meis ut inſtauretur domus dei magni, qui me præpo‐ſuit regno Medorum & Perſarum,quiq́ꝫ mihi aſtitit ad deuaſtandũ regnum Chaldæorũ. Tunc aſcenderunt omnes ſeniores captiuitatis cũ [a] Ezra ſcriba & Nehemia filio Hachaliæ & Mordocheo, Ieſua & Zerubabel filio Schealthiel,cum his & alijs principibus ſuis uenerunt Hieroſolymam & cõſtruxerunt templum domini in ea menſura qua eis erat preſcriptum à rege. Erexerunt quoqꝫ altare ordine debito, & compoſuerunt ligna in altari,imponẽtes eis carnes,ſed ignem ſacrũ non inuenerũt. Orauerunt ergo Ezra ſcriba,Nehemia filius Hachaliæ, Mordocheus & Ieſua atqꝫ reliqui principes captiuitatis,ad dominum dicentes: Domine omnium ſeculorum,tu dediſti in corde regis Perſarũ,ut ædificaret domum tuam & dimitteret pauperes ſeruos tuos atqꝫ ſacerdotes tuos,qui ſacrificarẽt ſacrificia tua, & offerrẽt holocauſta tua, ſicut fecerunt pij patres noſtri coram te: & ecce nos uenientes ad locum ereximus altare eius iuxta diſpoſitionem eius,& mactauimus ſacrificia, cõpoſuimusq́ꝫ ligna pro holocauſto,& non licet nobis adducere ignem alienũ coram te,nec habemus ignem ſanctum,quandoquidem illum abſconderit Ieremias propheta ſeruus tuus & reliqui præcipui ſacerdotes,qui iuerũt in captiuitatem tempore Nebuchadnezar. Et nunc quid agẽdum ô deus cœlorum? Tu da nobis cõſilium & auxilium,quia regnum eſt in manu tua,ut illud erigas & fortifices,adiuuesq́ꝫ ſeruos tuos.

¶ *Quæ à principio huius capitis ſcribũtur,abſq; dubio de* Dario *ſeniori collega Cyri accipiẽda ſunt.* a *Cum* Ezra *ſcriba.*] Ezra *&* Zerubabel *atq;* Nehemia *bis aſcenderunt de* Babylone *in* Hieruſalem,*primo ſub* Cyro,*quãdo generalis licentia abeundi omnibus iudæis data fuit, & tunc uenientes* Hieroſolymã *in primis erexerũt altare holocauſtorum, quod ſtabat ſub diuo,& obtulerũt ſacrificia,ut habetur* Ezræ 3. *Cumq́; ignis ſacer deeſſet,clamauerunt ad dominũ ut habetur in hoc capite,& ſecundi* Machab. *primo,& datus eſt eis ignis ex puteo,in quo* Ieremias *in ipſa captiuitate ignem ſacrum abſconderat, de quo in ſequenti agetur capite. Cum autem incœptum opus templi impediretur per gentes in circuitu habitantes, memorati tres principes redierunt in* Babylonem,*ut gratiam & fauorem monarcharum obtinerent,reliquum populum reducerent,& facultatem inſtaurandæ urbis conſequerentur.* Accepitq́; res dilationem uſque ad ſecundum annum Darij, *tunc dimiſſus fuit* Zerubabel *ad cõdendum templũ.* Poſtea anno ſeptimo miſſus fuit Ezra *ſcriba qui populum legem domini doceret.* Deinde *anno uiceſimo eiuſdem* Darij,*qui &* Artaxerxes *uocatus fuit,abeundi licentiam impetrauit* Nehemia,*ut murum & portas ciuitatis erigeret.*

CAPVT XVII.

FActum eſt autem cum huiuſmodi orarent uerbis,ut adeſſet ſenex quidam ex ſacerdotibus qui adhuc recordabatur loci illius ubi Ieremias propheta abſconderat ignem ſacrum. Egreſſusq́ꝫ ſenex ille extra caſtra ſecuti ſunt eum cuncti ſenes, & ecce ſub muro erat puteus quidam, quem tegebat lapis grandis, & hic erat litura calcis obductus. Tollentes uero liturã & amouentes lapidem ab oſtio putei,uiderunt aquam pinguem & craſſam inſtar mellis, reuerſiq́ꝫ indicauerunt id Ezrę. Et ueniens Ezra ad puteum,ait ad ſacerdotes: deſcendite uos & pugillis excipite aquam, & nemo alienus illuc deſcendat, ſed ſoli ſacerdotes qui ſunt de ſemine Aharon ſacerdotis deſcendant. Deſcenderunt ergo ſacerdotes & tulerũt pugillis ſuis aquam,uenientesq́ꝫ ad templum ſparſerunt

ferunt aquam super ligna altaris. Cumq; id fecissent, subito exarsit ignis terribilis & magnificus, & erupit flamma deuorans, gyrans & uehemẽter inualescens, ut etiã cogerentur inde fugere & non possent stare iuxta ignem. Nam absumebat ignis & comburebat holocaustum & ligna, & praeterea circumdans totam domum expiabat uasa & templum. Postea subtractus è templo, remansit tantum more consueto super altare. Ab ea die & deinceps apponebantur ei ligna, & perseuerauit ignis ille usque ad captiuitatem secundam. Arca [a] autem non aderat, quia abstulerat eam Ieremias propheta, unà cum omnibus cortinis quas fecerat Moses seruus domini in deserto, & posuit eas in mõte Nebo, ubi inuenit speluncã, in cuius concauitatẽ posuit eas. Cumq; sequerentur sacerdotes qui fuerunt in diebus illis prophetam, ut aduerterent locum, respiciens Ieremias post se & uidens eos, iratus iurauit dicens: Non sciet homo neq; cognoscetur locus donec uenero ego & Elias propheta, famulus domini, tunc [b] restituemus arcam in locũ suum intra sanctumsanctorum subter alas Cherubim. Factum est itaq; à die illa & deinceps, & obtulerunt patres nostri oblationes suas, holocausta sua, sacrificia sua, pacifica sua, & iuge sacrificium suum, unumquodque in die suo, adiuuante eos rege Persarum & Medorum & subministrante argentum, aurum, triticum, oleum, uinum, iuuencos & arietes per singulos annos: quoniã dilexerunt reges Persarum & Medorum templum dei nostri atq; sanctuarium eius. Rex enim Cyrus regnauit super omnia regna terrae, & dominus deus cõfortauit dexteram eius & subiecit ei gentes, aperuitq; repositoria & thesauros & dedit ei, sicut antea locutus fuit [c] per Isaiam prophetam seruũ suum, propter Iacob seruum suum & Israëlem quem elegit. Gessit autem Cyrus bella in oriente & cepit cuncta uada Indiae. Prẹliatus est quoque in meridie, in occidente atq; aquilone & in montibus Alath, qui est mons Taurus, perueniẽs usq; ad montes niuium qui transiri nequeunt. Reliqua uero gesta eius, nónne hẹc scripta sunt in libro regum Mediẹ, & Persiẹ, & in libro regum Romanorum?

¶ Secundi Machabaeorum primo scribitur quoq; haec historia de inuentione & datione ignis sacri, nisi quod hic Ezrae, illic Nehemiae adscribitur. a *Arca non aderat*] *De absconsione arcae 1. Machab. 2. in hunc modũ scribitur: Veniens Ieremias in montem in quem Moses ascenderat, & ubi dei haereditatem uiderat, inuenit locum speluncae, in quam tabernaculum & arcam & altare incensi intulit, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul qui sequebantur ut notarent sibi locum, & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos dixit, quod ignotus erit locus, donec congreget deus congregationẽ populi & propitius fiat. Et tunc dominus ostendet haec, & apparebit maiestas domini, & nubes erit sicut & Mosi manifestabatur, &c.*

b *Restituemus arcam.*] *Certũ est arcam domini nõ fuisse translatam in Babylonem cum reliquis uasis sacris aureis & argenteis, alioquin restituta fuisset cum eisdem, quod tamen non legimus. Nam Ezrae primo, ubi scribũtur restituta uasa quinq; millia & quadringenta, non fit mentio arcae domini. Sed & Iudaei constanter dicunt in templo primo fuisse ista quinq;, arcam cum propitiatorio, Cherubim, ignem coelitus missum, spiritũ sanctum, Vrim & Thumim, id est, mysteria quaedam sacra in pectorali summi sacerdotis, quae non fuerunt in templo secundo, quia expectabatur tunc dominus templi & uerus ille propiciator, qui solus hominibus, remittit peccata eorũ.* c *Per Isaiã*] *Isaiae 45. sic scribitur: Sic dicit dominus uncto suo Cyro, cuius dexterã apprehẽdi, ut subijciam ante faciem eius gentes, & lũbos regũ dissoluã, aperiamq; ante faciem eius ostia & portae non claudẽtur. Ego dabo tibi thesauros in tenebris recõditos et arcana quaeq; latibulorũ, propter seruũ meum Iacob & Israël electum meum, &c.*

CAPVT XVIII.

PVgnauit uero Cyrus cōtra regem Scythię, eò quod ille manus leuauerat contra eū, egressiq́ꝫ Scythæ in occursum eius & ordinata magna acie, prostrati sunt Scythæ & corruerunt, tergumq́ꝫ uertentes fugerunt. Cecidit quoqꝫ in pugna illa rex eorum, sed & fortissimos quosqꝫ exercitus eius strauit Cyrus in terram, & persecutus est residuos donec se receperūt intra ciuitates & munitiones suas ad Thalmirā reginam atqꝫ filium eius. Vidēs aūt Cyrus quod recepti essent intra loca tuta, excogitato dolo deseruit castra & fugit, erumpētesq́ꝫ Scythæ de ciuitatibus suis cum filio regis sui, persecuti sunt Cyrum. Vertens autem rex faciem suam apprehendit Scythas & percussit ex eis trecentos uiros, inter quos & regis filius cecidit. Quod uidens Thalmira regina, mortuum scilicet filium suum, doluit uehemēter, & in crudelitatem uersa posuit animam suam in mortem, abiensq́ꝫ collocauit insidias et occupauit uada montiū, quę ducunt in Scythiam. Cumq́ꝫ egrederetur Cyrus rex de terra Scythiæ cōfidenter & sine ullo timore, nullas ibi suspicatus insidias, transmisit exercitū suum relictis secum paucis uiris, & pernoctans inter duos montes dormiuit in loco illo. Thalmira uero regina subito irruens nocte illa in exercitū Cyri, percussit in eo ducēta millia fortissimorū Persarum, accipiensq́ꝫ regem Cyrum in bello illo, efferato animo irruit in corpus eius, quasi bestia sæua atque ursus orbatus, & abscidit caput eius et posuit in medium putei pleni sanguinis interfectorum, dixitq́ꝫ: Bibe ad satietatem Cyre rex & inebria animam tuam sanguine quē tantopere desiderasti. Nam triginta annis effudisti sanguinem sine ulla mēsura. Talem itaqꝫ rex Cyrus inuenit terminum uitę suę in prælio Scythico. Nec hoc est mirandum. Siquidem & Saul unctus domini finem uitę accepit in bello, & Iosias iustus bonę memoriæ clausit dies suos in prælio. Cum autem Cyrus rex appositus esset ad populum suum, regnauit Cambyses filius eius pro eo, occupauitq́ꝫ uniuersum regnū Scythiæ & Thalmirā occidit gladio, exterminauitq́ꝫ semen regium. Deinde præfuit regno cum duricia, ut omnes per uniuersum imperium ualde timerēt eum. Patres autem nostri seruierunt regi Cyro & cunctis regibus Persarum, qui surrexerunt post eum seruitio suaui, quippe qui nihil mali intulerunt eis, neqꝫ afflixerunt eos, sed magis iuuerunt eos in argento, auro, tritico, hordeo & uino, in arietibus quoqꝫ & hircis, unamquāqꝫ rem suo tempore in anno.

¶ *Iosephus latinus scribit Cyrum uita priuatum, dum exercitū duceret contra Massagetas. Nota est historia, quam & omnes ueteres historici annotarunt.*

Libri primi finis.

HISTORIARVM

HISTORIARVM IVDAICARVM LIBER SECVNDVS, EX Iosepho Hebræo, filio Gorionis, per Sebastianū Munsterum in Latinam linguam uersus.

Continet aūt liber iste historiā Esther & quædā de Alexandro Magno. Cap. I.

FActum est aūt in diebus Assueri, ut memoria populi Iudaici penè extingueret de uniuerso regno Persarū, ꝓpter inimicitias uiri Amalekitæ, qui uocabatur Haman, qui erat filius Hāmedatha, quem educauerat rex Assuerus. Is enim per uniuersum regnū faciebat uoluntatē regis, cogitauitq́ꝫ delere memoriā Iudęorū in uniuerso dominio Persarum, ob id potissimum, quod Mordochai unus ex proceribus Beniamitarum nolebat cōsurgere coram eo. Amalekitæ autem obseruabant eos qui potentiores erant in tribu Beniamin, ob id quod uenerant cum Saul rege in campum Amalekitarum & percusserant Amalekum cæde maxima & grauissima, ab Hauila donec uenias in Sur itinere dierū multorum, & strauerunt ex eis amplius quàm quingenta milia cadauerum. Tot enim ex populo Amalekitarum in prælio illo strauit rex Saul, & effudit sanguinem multarum animarū per omnē terram Amalec. Quod si mulieres & paruulos numeres cum uiris, excedet summa numerū mille millium, quos Saul pugnans cōtra eos interfecit, atqꝫ ob id Haman Agagites seruauit odiū contra populū Iudaicum, & pręsertim contra tribum Beniamin. In diebus illis, cum sederet Mordochai in porta regis aduertit susurriū duorum eunuchorū regis custodientium portam, & consultātium quomodo leuarēt manum contra regem & ablatum eius caput deferrent ad regem Macedoniæ, qui iam bellum indixerat regibus Persarū. Porro nomina eunuchorū erant, unius Bigthan & alterius Thæres. Audiens ergo Mordochai uerbū indicauit ipsi Esther, Esther aūt indicauit regi. Cumq́ꝫ inquisitio facta esset, deprehensum est ita esse. Et pręcepit rex ut fidelitatē Mordochai annotarēt, & retributionē illam bonā quā regi exhibuerat signarent in libro annaliū regū Medorū atqꝫ Persarum.

¶ *Habetur hæc historia quoq; in libris Canonicis ueteris testamenti, nempe Esther 2.3.4.&c. Causa tamen odij Haman in Iudæos non tam expresse ibi ut in hoc capite exprimitur. Cæterū Assuerus, seu ut hebraismus habet, Ahasuerus, secundum Aben Ezram super quartū caput Ezre, fuit Arthahschasta rex Persarum, quem nostri Artaxerxem uocant, qui impediuit opus templi domini. Contigit ergo historia ista in ipsa captiuitate Babylonica, cum scilicet multa milia Iudæorū adhuc essent in Babylone, Persia & Media, & multa milia redissent in terrā Iehuda, id quod ex Mordochai ætate quoq; probari potest. Nam scribitur Esther secūdo translatū Mordochai à Nebuchadnæzar cū Iechonia rege Iehuda in Babylonē, uixisseq́; ad Assueri huius usq; tēpora, & eū tūc uegeto & robusto adhuc fuisse corpore, nā potuit equitare, excubias portarū agere, regno ueluti secūdus à rege præesse. Non est aūt uerisimile quod homines tūc ducentesimū attigerint annū. Et cū captiuitas ipsa durauerit LXX. annis, Mordochai aūt sicut & Daniel aliquot annis ante destructionē ciuitatis Ierosolymitanæ fuerint ducti in Babylonē, ut supra libro I. & capite primo indicauimus, illumq́; cōstet tūc ad minus extitisse annorū decē, sequitur Mordochai in sua exaltatione fuisse annorū circiter octoginta aut XC. Nō ergo fieri potest, quod historia ista cōtigerit multis annis post relaxationē primā captiuitatis Babylonicæ. Porro historia interfectionis Amalekitarū q̃ hic citatur. scribitur 1.reg.15.*

CAPVT II.

CVm autem eunuchi ſuſpenſi eſſent in cruce, iratus eſt Haman ualde, quod cõſiliarij ſui ſic acti eſſent in crucem. Et dum conarẽt exterminare omnes Iudęos, cognoſceretq́ Mordochai cogitationem Haman, recordatus eſt ſomnij quod uiderat [a] anno ſecundo regis Aſſueri. Viderat namq́ in ſomnio, [b] & ecce commotio magna & tonitruũ grauiſſimũ, unde terror ueniebat ſuper uniuerſam terram, & pauor atq́ tremor apprehendit cunctos habitatores eius. Vociferabanť quoq́ duo dracones unus cõtra alterũ, ꝓuocãtes ad pręliũ, ad quorũ uocẽ cõcurrebãt omnes gẽtes terrę: et fuit dies ille tenebroſus & caliginoſus apud omnes, anxiebaturq́ plurimũ gens quędã parua, & cœpit clamare ad dominum. Porro dracones pugnabant inter ſe magna crudelitate & furore, nec erat qui eos ab inuicem dirimeret. Deinde uidit Mordochai fontẽ aquarum paruum trãſire inter duos illos dracones, qui diremit certamen ipſorũ, & ſenſim maior fiebat, creſcebatq́ in fluuium inundantem, ueluti cum mare inundat & perfluit uniuerſam terram. Vidit pręterea oriri ſolem ſuper terram & illuminare uniuerſum mũdum, uidit quoq́ exaltari & magnificari memoratam gentem paruam, & humiliari ſublimes, & poſt hæc facta eſt pax & ueritas in uniuerſo mundo. Ab illa itaq́ die & deinceps cõſeruauit Mordochai ſomniũ iſtud in corde ſuo. Cumq́ Haman ei tam infeſtus eſſet, ait ad Eſther reginam, filiam patrui ſui. Impletur ſomnium quod narraui tibi in diebus iuuentutis tuæ. Nunc ergo ſurge ut obtineas miſerationes à domino miſericordiarum, & ingredere ante conſpectum regis Aſſueri, & roga eum pro populo tuo & pro cognatione tua. Oransq́ Mordochai Iudęus ad dominũ deum ſuum, ait: Notum & manifeſtum eſt coram ſolio maieſtatis tuæ domine totius mundi, quod non ex ſuperbia cordis mei, neq́ ex ſublimitate oculorũ meorũ feci iſtud, quod non adoraui Amalekiten iſtum Haman, ſed propter tui timorem rebellis fui ei, & non curuaui me coram illo, timens te orbis conditorem, ne exhiberem honorem illum carni & ſanguini, nolens adorare niſi te ſolum. Alioquin quis ſum ego, qui recuſarem illum adorare, qui etiam paratus ſum pro ſalute Iſraëlis lingere calciamenta pedum eius atq́ puluerem eius quem calcat? Nunc ergo deus noſter, libera quęſo nos de manu eius, & cadat ipſe in foueam quam fecit & capiatur in reti quod abſcondit ſanctis tuis, ut cũcti ſciãt, quod nõ oblitus ſis iuramenti quod iuraſti patribus noſtris, neq́ tradideris nos in captiuitatẽ propter manũ tuam breuem, perinde quaſi non potueris nos ſaluare ſed propter iniquitates noſtras uẽditi ſumus & propter peccata noſtra acti ſumus in exilium. Peccauimus enim in te.

¶ *Hæc quæ in iſto capite ſcribuntur, in libro Eſther canonico non habentur, ſed in apocryphis capitibus in fine additis inueniuntur, nempe capite decimo, undecimo & duodecimo* [a] *Anno ſecundo Aßueri.*] *Poſtea enim anno imperij eius duodecimo, ducta eſt Eſther ab eo in uxorẽ. Vnde Ioſephus libro Iudaicarum antiquitatum undec. capite ſexto: Veniente Eſther ad Aßuerum, delectatus eſt ille, & in amorem incidens puellæ, legitime eam duxit uxorẽ, & nuptias celebrauit imperij ſui anno duodecimo, menſe qui dicitur Adar.* [b] *Ecce cõmotio magna*] *Somnium iſtud in noſtra uulgata æditione ſic deſcribitur: Apparuerunt uoces & tumultus, tonitrua & terræmotus & conturbatio ſuper terrã: & ecce duo dracones magni, paratiq́; contra ſe in prælių̃ ad quorũ clamorem cunctæ comitatæ ſunt nationes, ut pugnarẽt contra gentem iuſtorũ. Fuitq́; dies*

illa

illa tenebrarum & diſcriminis, tribulationis & anguſtiæ, & ingens formido ſuper terram. Conturbataq́; eſt gens iuſtorum & timentium mala ſua & præparata ad mortem. Clamaueruntq́; ad dominum, & illis uociferantibus fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux & ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos. Paruus fons qui creuit in fluuium & in lucem ſolemq́; conuerſus eſt, & in aquas plurimas redũdauit, Eſther eſt, quã rex accepit uxorem & uoluit eſſe reginam. Duo autem dracones ego ſum & Haman. Gentes quæ conuenerant hi ſunt qui conati ſunt delere nomen Iudæorum. Gens autem mea Iſraël eſt, quæ clamauit ad dominum, & ſaluum fecit dominus populũ ſuum &c. Hæc in uulgata æditione noſtra.

CAPVT III.

NVnc autem tu Deus noſter qui copioſus es ad ſaluandum, libera nos de manu eius, quia imminet nobis tribulatio maxima, & nos pendemus à te atq; confugimus ad te ut protegas nos & ſtes in medio pugnaturus pro nobis contra omnes illos, qui ſurgunt contra nos. Recordare noſtri, quia nos ſumus pars tua ab eo tempore quo gentes tibi in hæreditatem uendicaſti & diſperdidiſti filios hominum. Nos inquam facti ſumus portio tua, ceciditq; ſuper nos ſors ipſa quam proieciſti, & facti ſumus peculium tuum. Nunc itaq; Deus noſter, quare dicturi ſunt hoſtes noſtri de nobis, non habent Deum, aperiuntq; os ſuum ad deuorandum partem tuam & ad laudandum deos ſuos & uanitates ſuas? Obſecramus ergo domine deus noſter ut tu ſalues nos, illi autem confundantur à uanitatibus & idolis ſuis, & ponant manum ſuper os uidentes ſalutem tuam domine, & miſericordiam erga populum tuum atq; erga hęreditatem tuam. Ne obſtruas ora laudantiũ te ueſpere & mane atq; iugiter, uertaturq; luctus noſter in lætitiam & gaudium. Omnes etiam Iſraëlitæ clamauerunt ad dominum propter tribulationem illam & anguſtiam, qua Haman filius Hammedata Amalekites afflixit eos. Sed & regina Eſther confugit ad miſerationes omnipotentis, territa propter exortum malum. Abiectis ergo indumentis regijs & ornamentis glorioſis, induta eſt ſacco & cinere ſparſoſque crines capitis ſui impleuit cinere & puluere & afflixit in ieiunio animã ſuam cadensq; in terram ait: Domine Deus Iſraël, qui dominium habuiſti à diebus antiquis & es creator atque formator totius mundi, adiuua quæſo famulam tuam, quę pręter te non habet adiutorem alium, quia ſola habito hic, & ſola ſum in domo regis abſque patre & matre ſicut pupilla paupercula, quæ mendicans uadit de domo ad domum, ſic ego imploro miſericordias tuas de una feneſtra ad aliam in domo regis Aſſueri, ab ea die qua raptus ſum huc, uſque ad hunc diem. Nunc itaque Deus habes hic animam meam in manibus meis, ſuſcipe eam de manibus meis ſi bonum tibi uiſum fuerit, ſin tibi non placuerit accipere eam, libera quæſo oues paſcuæ tuę de leonibus iſtis qui ſurrexerunt contra eas. Nam docuit me pater meus, dixitq; mihi, quod tu tuleris patres noſtros de Aegypto & interfeceris cuncta primogenita Aegypti, eduxeriſq; populum tuum de medio eorum, & manu tua robuſta, brachióque extento ueluti equo traduxeris eos per mare in deſertum, & dederis eis panem de cœlo & aquam de ſaxo duriſſimo, atque carnem ad ſaturitatem exhibueris eis,

& percuſſeris

& percuſſeris ante conſpectum eorum reges magnos & fortes, tradiderisq; eis in hereditatem terram tuam optimam. Et cum patres noſtri peccaſſent cõtra nomen tuum magnum dediſti eos in captiuitatem, ſicut & in hunc uſq; diem ſumus in exilio.

¶ *Hanc Mordochai orationem uulgata noſtra æditio breuiter attingit capite decimotertio in fine, ubi ſic habetur: Et nunc domine rex Deus Abraham, miſerere populi tui, quia uolunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti de Aegypto. Exaudi deprecationem meam & propitius eſto ſorti & funiculo tuo, & conuerte luctum noſtrum in gaudium, ut uiuentes laudemus nomen tuum domine, & ne claudas ora te canentium. Orationem quoque Eſther eadem breuitate conſtringit, capite 14. ſic ſcribens: Eſther quoque regina confugit ad dominum, pauens periculum quod imminebat. Cumq; depoſuiſſet ueſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro unguẽtis uarijs cinere & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiunijs, omniaq; loca in quibus ante lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur dominum Deum Iſraël dicens: Domine mi, qui rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariam, quia præter te non eſt auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis eſt. Audiui à patre meo, quod tu domine tuliſſes Iſraël de cunctis gentibus, & patres noſtros ex omnibus retro maioribus ſuis, ut poſſideres hæreditatem ſempiternam, feciſtiq; eis ſicut locutus es. Peccauimus in conſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorũ. Coluimus enim deos eorum &c.*

CAPVT. IIII.

Retulit quoq; mihi pater meus, quod id prędixeris per Moſen ſeruum tuum, etiam cum adhuc eſſent in terra inimicorum ſuorum & cętera. Et nunc quidem non ſufficit eis quod dura ſeruitute premunt nos, ſed ecce dicunt quoque, quod tu non tradideris nos in manum eorum, quin magis ſculptilibus ſuis id gratum ferunt, eaq; adorant dicentes: Vos tradidiſtis Iudæos in manus noſtras. Propterea ego ancilla tua execror & deteſtor eos odio magno, ſicut homo execratur pannũ mulieris menſtruatæ, ſic ego deteſtor ueſtimenta decoris mei & coronam regni mei quę eſt in capite meo, nec habui hilarem mẽtem ab ea die qua me huc duxerunt niſi in te. Et nunc Deus noſter, pater orphanorum, ſta ad dexteram orphanæ fiduciam habentis in te, & da mihi miſerationes coram uiro illo Aſſuero, quoniam timeo eum ſicut hœdus caprarum pauet ad aſpectum leonis, tu autem humilia eum cum omnibus cõſiliarijs eius, ut ſit manſuetus & modeſtus erga me propter gratiam & pulchritudinem, quam tu Deus meus daturus es mihi. Immuta cor eius ut odiat inimicos noſtros & diligat ſeruos tuos, quia cor regum in manibus tuis eſt, & quocunque tu uis inclinabis illud. Deus magnifice, terribilis & ſublimis, libera me quæſo à timore illo quem timeo & de quo anguſtor, ut ingrediar ante conſpectum eius in nomine tuo, & egrediar à facie eius in pace. Factum eſt proinde die tertio, ut indueretur Eſther ueſtimentis ſuis ſplendidis & ornamentis decoris, & aſſumens ſecum puellas ſuas poſuit dextram ſuam ſuper puellam unam innixaq; eſt ei more regio, alia autem ancilla ſequebatur eam & ſubleuabat decoram ueſtem eius ne difflueret in terram unà cum auro quod erat in ueſtimentis illius, & multis ſpeciebus præcioſorum lapidum, qui ante illam tinnitum faciebant. His autem ornamentis tegebat mœrorem animi ſui, ueniensq; in atrium interius, ſtetit ante conſpectum regis. Porro rex ſedebat in ſolio ſuo indutus ueſte regia & circumamictus

mictus

mictus auro interlucentibus gemmis, & coruſcantibus carbunculis & alijs nobilibus lapidibus quibus fulgebat indumentum eius. Cumq; ille leuaſſet oculos ſuos, ecce Eſther ſtabat ante conſpectum eius, & indignatus eſt ualde, quod regina auſa fuiſſet diſſoluere legem eius & quod non uocata ueniſſet ante conſpectum eius. Eſther uero leuans oculos ſuos uidit faciem regis & oculos eius ardentes inſtar ignis præ furore quem in corde conceperat, agnoſcensq; mulier indignationem regis & furorem eius territa eſt uehementer & deficiens ſpiritu poſuit caput ſuum ſuper puellam cui innitebatur dextera ſua. At Deus noſter id uidẽs, miſertus eſt ſuper afflictione populi ſui, cõdolensq; miſerię Iſraëlis & tribulationi mulieris orphanę compatiens, quæ fiduciam in ſe habuit, dedit ei gratiam coram rege auxitq; uehementer pulchritudinem & decorem eius, ut etiam rex ſtupens ſurgeret è ſolio ſuo & occurreret ipſi Eſther & amplecteretur oſcularetq; eam & ſuſtentaret brachio ſuo, diceretq; ei: Quid eſt tibi? Ne paueas Eſther regina: nam lex iſta quam habemus nihil dominij habet in te, eò quod tu ſis regina & cõſors mea, accipiensq; ſceptrum aureum, dedit in manũ eius, dixitq; ei: Quare non loqueris ad me? Reſpondit Eſther: uidi te domine mi rex, & ſtupefacta eſt anima mea propter gloriam tuam & magnificentiam maieſtatis tuę.

¶ *Quæ in hoc capite ſcribũtur, pertinent ad quintum caput libri* Eſther, *ubi iſta uidẽtur omiſſa. In uulgata noſtra æditione, cap. 14. oratio* Eſther *in hũc modũ cõtinuatur:* Et *nũc nõ ſufficit eis quod duriſſima nos opprimunt ſeruitute, ſed robur manuum ſuarum idolorum potentiæ deputãtes uolunt tua mutare promiſſa & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te atq; extinguere gloriam templi & altaris tui, ut aperiant ora gentium & laudent idolorum fortitudinem & prædicent carnalem regem in ſempiternum. Memento domine & oſtende te nobis in tempore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciam domine rex deorum & uniuerſæ poteſtatis, tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu leonis, & transfer cor illius in odium hoſtis noſtri &c. Tu ſcis neceſſitatem meam quod abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei, & quod non comederim in menſa* Haman, *nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim uinum libaminum & nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc translata ſum uſq; in præſentem diem, niſi in te domine* Deus. *Die autem tertia recipiens ueſtimenta ornatus ſui, circumdata eſt gloria ſua. Cumq; regio fulgeret habitu, & inuocaſſet omnium rectorem & ſaluatorem* Deum, *aſſumpſit duas famulas, & ſuper unam quidem innitebatur quaſi pro delicijs & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens: altera autem famularum ſequebatur dominam, defluentia in humum indumẽta ſuſtentans.* Ipſa *autem roſeo colore uultum perfuſa, & gratis ac nitentibus oculis triſtem cœlabat animum & nimio timore contractum. &c.*

CAPVT V.

CVm autem illa loqueretur, auerſans caput poſuit illud ſuper puellam. Nam erat anima eius fatigata à ieiunio & mœrore. Et territus rex uehementer, fleuit ſuper faciem Eſther, miniſtri uero omnes uidentes anguſtiam regis domini ſui, rogabant reginam ut ipſa loqueretur cum rege, faceretq; animum eius hilariorem. Et poſtquam hæc geſta ſunt, fecit dominus per manus Eſther reginæ & Mordochai uiri leminęi ſalutem magnam, ſuſpenderuntque Haman & decem filios eius in ligno, & cunctos qui quærebant malum Iſraëlis percuſſerunt in ore gladij, exaltatuſque eſt Mordochai ab illa die & deinceps

deinceps in domo regis Aſſueri,& ſeruierunt patres noſtri in quiete & tran quillitate omnibus regibus Perſarum, donec ſurrexit rex Darius ſecundus. Cum enim ille regnare cœpiſſet,excitauit prelium grauiſſimum contra gentem Macedonum,& percuſſit eos cæde maxima,obtinens in eos dominiũ & durus exiſtens contra eos,donec regnauit Alexander filius Philippi, qui celebre reddidit nomen gentis Macedonum,percuſſitq; terram orientalem uſque ad extremam eius partem. Nam cum gens Macedonũ prouocata eſſet contra imperium Perſarum,egreſſus Alexander de Macedonia cum graui exercitu uenit contra Darium,& pugnans contra eum,percuſſit omnes gentes quæ fœdus habebant cum Dario. Percuſſit quoq; terram Aegypti & terram Idumæorum,ueniensq; ad littus maris percuſſit Aconem & Aſcalonem atq; Gazam,& cum direxiſſet faciem ſuam ut aſcenderet uerſus Ieroſolymã & percuteret quoq; eam,eo quod fœdus haberet cũ Dario,profectus de Gaza cum uniuerſo exercitu ſuo peruenit ad certum in itinere locum & diuerſorium,ubi tam ipſe quam exercitus eius manſit. Contigit autẽ ea nocte,ut dormiens ſuper lectum ſuum in medio tentorij,uideret uirum ſtantem iuxta caput ſuum,indutum lineis & habẽtem gladium extractũ in manu ſua, eratq; aſpectus gladij illius ſimilis fulguri micanti in die pluuię. Cumq; leuaſſet gladium ſuper caput regis, expauit rex uehementer & ait: quare dominus percutit ſeruum ſuum? Reſpondit uir ille: quoniam miſit me Deus ad ſubijciendũ tibi reges magnos & gẽtes multas,& ego pręcedo te ut auxilium feram tibi, & nunc ſcias te morte moriturum quod conaris aſcẽdere in Ieruſalem & mala inferre ſacerdotibus domini atq; populo eius. Dixit autem rex: Obſecro remitte ſeruo tuo hanc iniquitatem. Mi domine, ſi diſplicet id tibi, reuertar ad mea. Reſpondit uir ille: ne timeas,ego honoraui faciem tuam, uade & perge in Ieruſalem. Cum autem ueneris ante portam Ieruſalem & uideris uirum indutum lineis, ſicut ego indutus ſum, uirum inquam per omnia mihi conformem & ſimilem,feſtinanter cadas ſuper faciem tuam in terram & adores eum,& quęcunq; dixerit tibi facies,& non præuaricaberis uerbum eius,aliàs morte morieris in die illa.

¶ *Deſcribit Ioſephus hanc hiſtoriam libro undecimo capite octauo,paulo fuſius quam hic ſit annotata,dicitq; ſummum ſacerdotem fuiſſe Iaddum,quem occurrentẽ Alexander Magnus adorauit.*

CAPVT VI.

SVrgens uero rex perrexit uiam ſuam uerſus Ieruſalem in ira uultus ſui,timensq; ſacerdos & cunctus populus ualde,clamauerunt ad dominum & prædicauerunt ieiuniũ. Expleto uero ieiunio egreſſi ſunt Iudęi in occurſum eius rogaturi eũ ne percuteret ciuitatem. Egreſſus eſt quoq; pontifex extra portam unà cum populo & reliquis ſacerdotibus, ſtabatq; ſummus ſacerdos ante eos indutus lineis. Cumq; rex Alexander uidiſſet ſacerdotem, feſtinauit & deſcendit de curru, procidensq; in faciem ſuam adorauit eum. Quod uidentes reges ſerui Alexandri tremuerunt, dicentes ad eum: quare adoraſti uirum illum,qui uirtutem nullam habet ad bellandum? Reſpondit rex,miniſtris ſuis: eo quod uir ille qui mihi apparuit,in omnibus gentibns non habet ſimiliorem quàm iſtum quem adoraui. Poſt iſta factum eſt, ut ingrederentur pontifex & rex Alexander ſanctuarium dei noſtri, oſtenditq; ei põtifex templum

& atria

& atria eius, thesauros eius, porticus eius & locum sanctisanctorum, locum altaris atque locū holocausti & ait rex: Benedictus deus templi huius, & beati uos serui eius, qui ministratis ante conspectum eius in loco isto. Nunc itaque faciam & ego mihi in hoc loco memoriam, daturus aurum multum artificibus, qui fabrefaciant imaginem meam & erigāt eam inter sanctūsanctorum & inter templū ipsum, ut sit effigies mea in memoriā in domo dei magni. Cui dixit summus sacerdos: Aurum quod sponte offerunt labia tua, hoc potius da pro sustentatione sacerdotum dei nostri, pauperibus scilicet sacerdotibus, qui nati fuerint anno isto per uniuersam Iudeam, & in omni terra Ierosolymitana, & hi appellentur nomine tuo Alexandri, eritque tibi pro memoriali cum uenerint ut exequantur ministerium dei nostri in templo isto. Nam non licet nobis ponere in domo dei nostri imaginem aut ullam effigiem. Acquiescens ergo ei rex fecit sic & dedit aurum sacerdotibus.

¶ Iosephus in latino exemplari hanc historiam sic explicat. Phœnices & Chaldæi regem secuti, putabant quia quicquid potuisset furor imperialis permittere in ciuitatem, ipse committeret, & ut principem sacerdotum summis afficeret contumelijs. Quod è diuerso contigit euenire. Nam Alexander præuidens multitudinem uestibus albis indutam, antistites uero cum byssinis stolis & principem sacerdotum hyacinthina & aurea stola, super caput habentem cidarim, & super laminam auream, in qua scriptum erat dei nomen, adijt eum solus, & numen adorauit, & principem sacerdotum primus ueneratus est. Omnibus uero Iudæis una uoce Alexandrum salutantibus & circumastantibus, Syriæ reges & reliqui hoc facientem stupuerunt, corruptamque regis mentem putauerūt. Parmenio uero solus eum interrogauit, cur omnibus tū adorantibus ipse adorasset principem sacerdotum gentis Iudeæ. Cui ille: non hunc, inquit, adoraui, sed deum cuius principatu sacerdotij functus est. Nam per somnium in huismodi eum habitu conspexi, adhuc in Dio ciuitate Macedoniæ constitutus. Dumque mecum cogitassem, posse Asiam uincere, incitauit me ut nequaquam negligerem, sed confidenter transirem. Nam se perducturum meum dicebat exercitum, & Persarum traditurum potentiam, ideoque neminem alium in tali stola uidens, cum hunc aduertissem, habens uisionis & probationis nocturnæ memoriam, salutaui. Postquam Parmenioni locutus est, principem sacerdotum honorans, occurrentibus reliquis sacerdotibus, ad ciuitatem usque peruenit, & ad templum ascendens, sacrificauit deo, secundum sacerdotis ostensionem. Ipse autem sacerdotum principi & reliquis sacerdotibus munificenter multa donauit.

CAPVT VII.

ROgauit proinde rex sacerdotem ut consuleret deum pro se, an abiret pugnaturus contra Darium, aut desisteret. Cui dixit sacerdos: Vade, quia tradens tradetur in manus tuas, allatoque coram eo libro Danielis, ostendit ei eum locum ubi scriptum est quomodo aries triumphabat in omni plaga mundi & quomodo uenit hircus caprarum & irruit in arietem atque conculauit eum. Dixitque ei sacerdos: Tu es hircus caprarum, & Darius est aries, quem tu conculcabis in terram & accipies uniuersum regnum eius. Cumque sacerdos confortasset eum, egressus est Alexander de Ierusalem ut transiret inde aduersus Darium & pugnaret contra eum. Pertrāsiens autem terram filiorum Ammon, egressus est in occursum eius Sanballat Horonites & procidens

in terram adorauit eũ atque ſuſcepit in domum ſuam, faciens & ei & cunctis principibus eius conuiuium, & tribuens ei plurimum auri atque argenti. Rogauit etiam eum ut permitteret ædificari ſanctuarium in monte Garizim propter Manaſſen generum ſuum, qui acceperat filiam eius, & erat frater Iddo ſacerdotis magni Ieroſolimitani. Siquidem nolebat Manaſſe abijcere uxorem ſuam è domo ſua ſicut fecerant fratres eius, qui ablegauerant uxores alienigenas, atque ob id repudiauerunt eum congregatio fidelium, ne ſacerdotio fungeretur in Ieruſalem. Qui abiens cum uxore ſua ad Sanballat ſocerum ſuum, habitauit cum illo. Hæc ergo fuit cauſa quare Sanballat poſtulauit ædificari templum in monte Garizim, ut ſcilicet gener ſuus ibi eſſet ſacerdos. Ad quem ait rex: Aedifica templum ſicut petiſti, ſed caue ne forte fiat offendiculum his qui ſunt in Ieruſalem. Abeunte itaque rege in uiam ſuam & proſequente prælium, extruxit Sanballat templum in monte Garizim, dixitq́; ad Manaſſen generum ſuum. En habes templum ſecundum quod ſcriptum eſt in lege ueſtra. Offeres ergo benedictionem in monte Garizim &c. Factum eſt proinde templum illud in lapidem offendiculi & in petram ſcandali atque in ruinam templi domini quod erat in Ieruſalem & ſacerdotum eius, eò quod multi nebulones è populo noſtro abirent ad montem Garizim per ſingulos annos celebraturi ibi ſolennitates ſuas, cum decimis ſuis, ſpontaneis oblationibus ſuis atque cum pacificis ſuis, derelinquentes templum domini, quod erat in Ieruſalem. Ditatumq́; eſt templum illud ſupra modum per multos dies uſque ad tempora regis Hyrcani filij Simeonis, qui erat de filijs Haſmonai, & ſubuertit templum illud, reduxitqúe omnem cultum ad templum domini quod erat in Ieruſalem. Hic eſt Hyrcanus ille, qui circuncidit Idumæos & confœderauit eos ſibi, ligauitqúe uinculis circunciſionis.

¶ Hæc quæ in iſto capite ſcribuntur, apud Ioſephum latinum ſic habentur. Allato ei uolumine Danielis, in quo ſcriptum erat, quendam Græcorum deuicturum Perſarum potentiam, arbitratus ſeipſum eſſe quem ſcriptura ſignificabat, gauiſus eſt. Poſtera die conuocans multitudinem, iuſſit petere quas uellent donationes accipere. Principe uero ſacerdotum petente, ut liceret patrijs uti legibus, & ſeptimum annum ſine tributis eſſe mandaret, omnia conceſſit. Cumq́; ab eo poſtulaſſet, ut Iudæos in Babylone & Mediæ gente præciperet ſuis potiri legibus, promiſit libenter facere quæ poſcebat. Igitur Alexander ita diſponens Ieroſolymam, duxit ad reliquas exercitum ciuitates, & omnibus eum ad quos peruenit amabiliter ſuſcipientibus, Samaritæ metropolim tunc Sichimam nomine habentes, poſitam iuxta Garizim montem, in quo tranſgreſſores habitabant Iudæi, uidentes ab Alexandro ita magnifice Iudæos honoratos, coacti ſunt Iudæos ſe fateri. Nam huiuſmodi Samaritæ naturæ ſunt, ut in calamitatibus merſis Iudæis negent ſe eſſe cognatos, ueritatem confitentes: & cum uiderint clarum eis aliquid oblatum, tunc ſocios ſe iudaico generi profitentur, originem ſuam à nepotibus Ioſeph, Ephraim & Manaſſe recenſentes. Porro de Manaſſe ſacerdote in hunc modum ſcribit: Ieroſolymorum ſeniores indignabantur, quod principis ſacerdotum Iaddi frater, alienigenæ cohabitans uxori, ſacerdotij particeps exiſtebat. Arbitrabantur enim hoc connubium initium fieri occaſionis præſtandæ, uolentibus leges tranſgredi pro uxorũ copulationibus, quas ab alienigenis ſibi coniungere feſtinabant. Iubebant ergo Manaſſen diſiungi ab uxore, aut non introire ſacrarium. Manaſſes autem prohibitus à fratre ad altare accedere, ad ſocerum Sanballat peruenit, amare ſe dicens filiam eius Iſacham, ſacerdotalem uero

honorem maximum esse apud gentem & ciuitatem & genus Iudæorum, nec uelle se propter huiusmodi coniugium sacerdotij iure priuari. Itaque Sanballat non ei solum sacerdotium, sed etiam principatum sacerdotij & potentiam, ac honorem omnium locorum sibi subiectorum dare promisit, uolens suam apud eum filiam permanere. Dicebat etiam templum ei ædificare ad instar Ierosolymorum, super montem Garizim, qui altior omnibus Samariæ montibus apparebat, sed hoc facere cum regis Darij sententia. His promißionibus eleuatus Manaßes, permansit apud Sanballat, principatum sacerdotij arbitratus se accepturum, Dario conferente. Multis uero sacerdotibus & Israëlitis huiusmodi iunctis uxoribus, non parua seditio Ierosolymitas habebat, dum plures ad Manaßen transirent. Quibus Sanballat pecunias ministrabat & terram colendam habitationemq; deputabat, omnibus modis genero suo concordans, ueniensq; ad Alexandrum dicebat se generum habere Manaßen, fratrem Iaddi principis sacerdotum Iudææ gentis, multosq; alios cum eo præsentes ex ea gente, quos uelle aiebat sub eo tēplum locis constitutis ædificare: hoc autem & ipsi profuturum uideretur, ut in duas partes Iudæorum potentia diuisa, ne eadem concordia gens coniuncta rebellaret, aut in aliquo regibus obuiaret, quemadmodum & prius Aßyrijs contingebat. Concedente uero Alexandro, omni studio adnisus Sanballat, ædificauit templum, & sacerdotem Manaßen constituit, maximum arbitratus præmium ex filia nepotibus profuturum.

HISTORIARVM IVDAICARVM LIBRI II. FINIS.

IVDAICARVM
HISTORIARVM LIBER TERTIVS,
complectens geſta Machabæorum ſiue Haſmonæorum, extēditurq́; uſq́; ad mortē Iehudæ.
Caput I.

Factum eſt poſtquam Alexander Macedo deuicit Darium, obtinuit imperium ſuper totum Orientem. Et cum agnoſceret diem mortis ſuæ, diuiſit terram quatuor cognationis ſuæ principibus, propagatis ex Græcia ipſa. Et hi quidem deuoraſſent populum Iudæorum, niſi deus noſter ſtetiſſet in confractione & excitaſſet ſacerdotes ſuos, Tūc inquam interijſſet memoria Iudæorum. Poſtquam autem Alexander diuiſit terrā, clauſit cognationes Aquilonares uectibus ferreis & ædificijs fortiſſimis, porrectis uſq; ad mare ne unquā egreſſi perderent terram & dominium eius. Mortuo uero Alexandro in Oriente, ſucceſſerunt ei in dominio quatuor principes: & Seleucus quidem regnauit in ciuitate regia Macedoniæ, fuitq́ue uir clemens & mitis, tractans populum Iudaicum humaniter, nec ullam in eum exercuit tyrannidem. Sed abierunt quidam nebulones, impij & filij Belijaal de populo noſtro ad eum, dixeruntq́ue. En uenimus ad te, ut oſtendamus tibi diuitias templi Ieroſolymitani. Siquidem argenti, auri & lapidum prętioſorum qui ſunt in eo, non eſt finis. Et certe hæc omnia ſupra modum decorare poſſent palatium regis Seleuci. Quibus uerbis ille incitatus, miſit Ieroſolymam unum ex principibus ſuis, qui ſcilicet fuit de cognatione eius, nomine Eliodorum, ut auferret aurum & argentum atque lapides prætioſos qui erant in templo domini. Irruenti autem illi ſubito in ciuitatem Ieruſalem, dixit ſacerdos. Ob quid uenit dominus meus ad ſeruos ſuos? Reſpondit Eliodorus. Propter argentum & aurum atque lapides prætioſos, qui ſunt in ſanctuario ueſtro, quiq́ue ſunt proditi domino meo regi. Ait ſacerdos. Et quare conatur rex diripere aurū, quod eſt in domo dei magni, in cuius manu eſt omnis uiuentis anima? Non eſt aliud quippiam in ea niſi tributa, quæ obtulerunt reges Medorum & Perſarum in diebus ſuis, & quę dedit Seleucus atque alij reges in theſaurum dei noſtri, pro ſuſtentatione pupillorum & uiduarum, propter quod & nos oramus ad dominum pro uita regis atque pro filijs eius. Eliodorus uero nolens audire ſacerdotem, poſuit cuſtodes per circuitum templi uſque in diem craſtinum, & tumultuata eſt uniuerſa ciuitas, fuitq́ue fletus magnus & clamor uehementer amarus in ea. Sacerdotes uero & ſeniores utriuſque ſexus, principes & dominæ, omnes clamauerunt ad dominum & conſperſi ſunt puluere, affligentes in ieiunio animam ſuam, quod & pueri fecerunt: infantes quoque abſtracti ſunt à lacte, & unanimiter clamauerunt ad dominum, ut ille cuſtodiret theſaurum ſuum, & depoſitum in templo ſuo reconditum. Denique

uirgines sedentes in domo patrum suorum, extendebant palmas suas per domorum fenestras in cœlum ad dominum: & cum omnibus istis fuit Honias summus sacerdos puluere conspersus, stans & orans ad dominum deum suum, si fortassis misereri dignaretur. Factum est autem in crastinum, ut ingressus Eliodorus cum omnibus satellitibus suis deambularet in medio sanctuarij intraretque sanctumsanctorum. Dominus uero fecit illum & eos quos secum habuit audire uocem strepitus & uehementissimæ commotionis, quæ etiam montes frangebat & dissecabat petras, ut cuncti satellites eius fugere inciperent, abderenturque in quibus possent locis, & relinqueret Eliodorus solus. Qui cum leuasset oculos suos, uidit uirum habentem aspectum ualde horribilem, indutum ueste aurea unde micabant gemmæ pretiosæ, & accinctum armis bellicis & aureis, sedentem super equum generosum, incedentem & ingredientem, saltantem & currentem contra Eliodorum. Et percutiens eum equus pedibus suis, deiecit eum in terram & conculcauit eum: sessor autem sese erigens super illum, præcepit duobus iuuenibus, qui induti erant lineis & habuerunt flagella in manibus suis, ut uerberarent Eliodorum cæde indesinente. Stantes ergo duo iuuenes illi iuxta Eliodorum, unus ab isto & alter ab alio latere, flagellabant eum absque ulla miseratione, ut etiam loqui non posset, constitutus inter mortem & uitam. Et accurrentes pueri sacerdotum, leuabant eum in humeros suos & efferebant extra sanctasanctorum, tradideruntque eum satellitibus eius. Et cum ab eis portatus fuisset in tabernaculum suum, cecidit super lectum, iacuitque mutus, non aperiens os suum uel ad loquendum uel ad edendũ. Tunc accendentes omnes seniores Macedoniæ ad Honiam sacerdotem & flentes rogabant eum dicebantque: Obsecramus domine, ut ores pro nobis seruis tuis & pro famulo tuo Eliodoro cum quo uenimus, ut uiuamus & non moriamur. Cognouimus enim non esse deum præter deum uestrum, & omnes deos gentium uanos esse atque inanes. Deus autem uester fecit uniuersum mundum, & in manu eius est omnis uiuentis anima. Orante itaque sacerdote ad dominum & offerente holocausta atque sacrificia, uiderunt duos iuuenes flagellantes Eliodorum in sanctuario atque dicentes ad eum: surge, uade ad Honiam sacerdotem, & prosternere ante pedes eius in terram, quoniam propter eum miserebitur tui deus. Surgens uero Eliodorus super pedes suos, abijt ad Honiam sacerdotem, procidensque coram illo in terram benedixit dominũ deum Israël & sacerdotem, offerens argentum & aurum in thesaurum domus domini & sacerdoti, surgensque festinanter conscenso equo fugit in Macedoniam ad regem Seleucum. Cui cum dixisset rex, quid egisti Ierosolymis his tam multis diebus? respondit Eliodorus regi. Si habet rex hostes, qui quærunt animam eius, mittat eos in Ierusalem, ut ingrediantur templum eius, moriantur que ibi, quoniam deus ille magnus potentissimus est, qui ultionem sumit de hostibus Iudæorum & Ierusalem. Narratisque regi omnibus quæ ipse uiderat, Seleucus neminem amplius adiecit mittere Ierosolymam, qui mala inferret illi, quin magis per singulos annos misit munus ad sanctuarium cunctis diebus uitæ suæ. Sed & inter omnes ter-

ræ reges conuenit, mittere munera ad honorandũ templum Ierosolymitanũ.

¶ De monarchiæ post Alexandrum diuisione, scribitur primo Machabæorum 1. in hunc modum: Cognouit Alexander quod moreretur, & uocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti à iuuentute sua, & diuisit illis regnum suum cum adhuc uiueret. Et obtinuerunt pueri eius regnum, unusquisque in loco suo & imposuerunt sibi omnes diademata post mortẽ eius, & filij eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra. Alij uero de morte eius sic scribunt: Tumultuantes milites insidijsq; perire regem suspicantes ipse sedauit, eosq; omnes cum prolatus in editissimum urbis locum esset ad conspectum suum admisit, osculandumq; dexteram suam flentibus porrexit. Cumq; lachrymarentur omnes, ipse sine lachrymis & sine ullo tristioris mentis argumento fuit, ut quosdam impatientius dolentes consolatus sit. Et cum deficere eum amici uiderent, quærunt quem imperij faciant hæredem. Respondit, dignissimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, ut cum Herculem filium, cum fratrem Arideum, cum Roxanem pregnantem relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum nuncupauit hæredem. Cumq; hac uoce ueluti bellicum inter amicos cecinisset aut malum discordiæ misisset, omnes in æmulationem consurgunt, & ambitione uulgi tacitum sermonem & fauorem militum quærunt. Quod autem Alexander dicitur diuisisse regnum suum cum adhuc uiueret pueris suis, qui secum erant à iuuentute nutriti, non tam ipse hoc diuisit, quam illis diuidendum reliquit. Vnde & ipsi ueluti catuli opimam prædam, à magno leone prostratam, auidi discerpsere, seq; ipsos in rixam irritatos prædæ æmulatione fregerunt. Itaque Ptolemæo primo Aegyptus & Africæ, Arabiæq; pars sorte prouenit. Thracia & regiones pontici maris Lysimacho assignantur, Cassandro filio Antipatri Macedonia obuenit, Antigonus rex Asiæ declaratur, & Seleucus cognomento Nicanor rex fit Syriæ. Porro Antigoni filius nempe Demetrius, Cassandri filium interficiens, principatum illius suo regno adiecit. De Seleuco uero quidam sic scribunt. Seleucus natus princeps in Macedonia ui obtinuit Babyloniam, uicit Antigonum & filium eius Demetrium reges Asiæ, deinde percussit Lysimachum. Tunc & omnis Syria sub Ptolemæo Lagi filio, qui saluator nuncupabatur, contraria nominis eius est perpessa. Hæc de Alexandro magno & successoribus eius, nunc de Seleuco qui misit Eliodorum ad spoliandum templum. De hoc in æditione nostra nempe 2. Machabæorum tertio sic scribitur: Cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges autem adhuc optime custodirentur propter Oniæ pontificis pietatem & animos odio habentes mala, fiebat ut & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, ita ut Seleucus rex Asiæ de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin præpositus templi constitutus, contendebat obsistente sibi principe sacerdotum iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cum uincere Oniam non posset uenit ad Apollonium Tharseæ filium, qui illo tempore dux erat Cœlesyriæ & Phœnicis, & nunciauit ei pecunijs innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis & communes copias esse immensas, quæ non pertinent ad rationẽ sacrificiorum, esse autem possibile, sub potestate regis cadere uniuersa. Cumq; retulisset ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatæ erant, ille accitum Eliodorum, qui erat super negotia eius, misit cum mandatis ut prædictam pecuniam transportaret &c. Porro quarto capite sic dicitur: Post Seleuci uitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur &c. Secundum autorem ergo translationis nostræ, Seleucus iste filius fuit Antiochi magni & frater senior Antiochi nobilis, qui descenderunt à Seleuco Nicanore, qui Alexãdro magno mox successit in regno Syriæ. Nã hic est ordo regũ Syriæ & Asiæ: Seleucus Nicanor, Antiochus Soter, Antiochus Theos, Seleucus Callinicus, Seleucus Ceraunus, Antiochus Magnus, Seleucus Philopator, Antiochus Epiphanes seu nobilis, Antiochus Eupater &c. Secũdum hũc uero no

strum

strum autorem, historia Eliodori contigit sub Seleuco Nicanore, quem cur uocet regem Macedoniæ non uideo nisi fortasse erratum sit scriptoris, aut certe quod ex Macedonibus descendit, sicut & infra reges Syriæ reges Macedoniæ quoq; uocantur.

CAPVT II.

PRoinde Ptolemæus Macedo, qui super Aegyptum cōstitutus fuit rex, uir erat misericors, sapiens, prudens, & qui libenter legebat in libris. Hic præcepit duobus principibus suis, quorum nomina erant Aristeus & Andreas, ut cōgregarent libros multos. Collectis autem plurimis uoluminibus, scriptis Medorum atq; aliorū populorū linguis, dixit rex ad eos: Quot habetis libros? Responderūt ei: Nongentos & nonagintaquinq;. Et subridens rex ait ad eos: Age, apponamus adhuc quinq;, ut ascendant ad millenariū numerum. Ad quem dixit Aristæus: Obsecro domine ut attendas, quod frustra laborauimus pro libris istis, quippe in quibus nulla est utilitas: quare si regi bonū uidetur, scribat ad pontificem Ierosolymitanum, ut ille ad te mittat sapientes qui in illa sunt urbe, callentes linguam Græcam, qui tibi explicent legem suā: illa enim scriptas habet res sanctas, & omnes alij libri non habent nisi uanitatem. Fecit itaq; rex secundum illum modum, mittens scribas & munera ad pontificem qui erat in diebus illis, qui conferrent cum eo & consultarent super hac re. Tunc misit pontifex ad eum septuaginta sacerdotes, inter quos præcipuus erat Eleazarus uir grauis, qui postea Antiochi temporibus probatus est & interfectus pro domino deo suo. Cumq; uenisset Eleazarus cum septuaginta sacerdotibus & interpretibus in Aegyptum, constituit eis rex singulas domos, separans unum ab alio, & assignans unicuiq; scribas expeditos. Sacerdotes autem illi explicuerunt totam legem & reliquos biblicos libros, uiginti scilicet quatuor quos transtulerūt septuaginta sacerdotes de lingua sancta in linguam grecam, & obtulit Eleazarus scriptū eorum regi. Tunc legit rex uniuscuiusq; scriptum, ut illi transtulerant, & ecce omnium interpretum unà erat & concors expositio, idemq; sensus, de qua re letatus est rex plurimum. Et proferens argentum & aurum dedit Eleazaro & septuaginta sacerdotibus, misitq; eos Hierosolymam. Sed & Iudæos dimisit liberos in die illa, centum scilicet & quinquaginta millia, tradens singulis centum & quinquaginta drachmas aureas, & mittēs pro munere deo nostro mensam ex auro mundo factam, cuius pondus erat mille talentorum, in qua sculpsit effigiem totius terræ Aegypti unà cum Nili fluuio & diuertigio quod ex Nilo fluit, & irrigat uniuersam terram Aegypti. Adhibuit præterea mense uarios lapides preciosos, ut instar illius mensæ nemo unquam uiderit in uniuersa terra, misitque eam rex Ptolemæus in Ierusalem pro munere in domum dei magni, dei orbis.

¶ *Hic Ptolemæus qui transferri fecit legem, fuit Ptolemæus Philadelphus, rex secundus Aegypti postquam mortuus fuit Alexander magnus. Primus enim post Alexandrum fuit Ptolemæus soter Lagi filius, secundus Ptol. Philadelphus, tertius Ptol. Euergetes, quartus Ptolemæus Philopator, qui percußit Antiochum magnū, quintus Ptol. Epiphanes, sextus Ptol. Philometor, septimus Ptol. Euergetes, octauus Ptol. Phiscon siue Soter, nonus Ptol. Alexander, decimus Ptol. Lathyrus, undecimus Ptol. Aduletes, duodecimus Ptol. Dionysius, deinde Cleopatra. Porrò ordo summorum sacerdotū,*

qui temporibus illis fuerunt, hic eſt: Iaddus, ſub cuius pontificatu Alexander Magnus uenit in Hieruſalē, ſecūdus Onias ſub quo Ptolemæus Soter innumerabiles Iudæos captiuauit, quos Philadelphus rurſum dimiſit, tertius Simon iuſtus, quartus Eleazarus, quintus Manaſſes, ſextus Onias, ſeptimus Simon, octauus Onias, cuius tempore Eliodorus uoluit templum ſpoliare. Huius tamen hiſtoriæ Ioſephus latinus, nullam facit mentionem. Hiſtoriam uero huius capitis diffuſe conſcribit libro 12. Iudaicarum antiquitatum cap. ſecundo, ubi dicit centum uiginti millia Iudæorum à uinculo ſeruitutis in Aegypto reſolutos.

CAPVT III.

FActum eſt autē poſt dies multos, ut regnaret Antiochus ſuper gētem Macedoniæ, & Ptolemæus rex Aegypti apponeret ad populos ſuos, regnaretq; loco eius Ptolemæus alius. Et aſcendit contra eum Antiochus rex Macedoniæ & percuſſit atq; interfecit eum, & obtinuit uniuerſam terram Aegypti, regnans ſuper cunctā terram. In diebus illis cœperunt prælia magna & horrenda graſſari cōtra populum Iudaicum. Nam cum Antiochus regnaret in terra Aegypti, eleuatum eſt cor eius ſupra modum, miſitq; per totum dominium ſuum ad omnes populos, ut adorarent imaginem quæ ſuam exprimebat effigiem. Et conſentientibus cunctis gentibus adorantibusq;, uenerūt iniqui quidam de populo noſtro, Menelaus ſcilicet, Simeon & Alchimus atq; alij multi impij gentis noſtræ homines, & incitauerunt Antiochum ut mala inferret populo Iſraëlitico. Tunc apparuit portentum quoddam ſuper ſancta ciuitate Hieruſalem, uiſa'que eſt eo tempore per ſingulas noctes inter cœlum & terram ſimilitudo equorum igneorum, quorum ſeſſores tenebant in manibus ſuis arma bellica ſimilia auro, pugnabantq; contra ſe inuicem quadraginta diebus. Et uenientes impij gentis noſtrę ad regem Antiochum dixerunt ad eum. En apparuit prodigiū in Hieruſalem, & ipſi dicunt mortuum eſſe Antiochū, gaudentq; ſuper caſu domini noſtri regis. Et iratus eſt rex uehementer, ueniensq; ſubito in Hieruſalem, percuſſit eam in ore gladij & fecit ſtragem magnam in urbe, eduxitq; multum populum captiuū & diſperſit uniuerſum cœtum piorum uirorum qui erant in ea, qui fugientes in ſyluas comederunt herbas inſtar pecorū, latitantes quaſi beſtiæ in ſylua. Nec ſatis erat quod rex Antiochus quoſdam occidit & quoſdam captiuos abduxit, ſed dimiſit quoq; præfectos in terra Iehuda, qui affligerent populum Iudaicum, dimiſit et Philippū qui prēliū gereret aduerſus populum Iſraël. Nam præceperat ei rex dicens: Quicunq; uoluerit adorare imaginem meam quam erexi & ueſci carne ſuilla, hunc permittes uiuere, qui autem renuerit, illum abſq; ulla miſeratione interficies. Prohibuit quoque tunc ne populus domini obſeruaret ſabbatum & ne circumciderent filios ſuos. His ita geſtis, abijt rex ad ſua. Porrò Philippus erat uir animoſus, fecitq; iuxta uerba regis. Nam prohibuit fieri uniuerſam legem à populo Iudaico, fouit iniquos & impios populi noſtri, & occidit multos qui erant de cœtu piorum.

¶ Factum eſt, inquit autor huius libri, poſt dies multos, anno ſcilicet centeſimo triceſimoſeptimo regni Græcorum, ut habetur 1. Machab. 1. ubi hæc hiſtoria quoq; deſcribitur. Eo tempore regnauit in Syria poſt Seleucum fratrem Antiochus Epiphanes ſeu illuſtris, magnus tyrannus in Iudæos, ambo filij Antiochi magni, quorum ſororem Cleopatram habuit Ptolemæus Epiphanes rex Aegypti, genuitq;

tuitq; ex ea Ptolemæum Philometorem. Hunc Philometorem interfecit auunculus eius Antiochus illustris & spoliauit totam Aegyptum, ac deinde conuersus contra Iudæos, multiplici eos calamitate uexauit, ut ex sequentibus patebit. In secundo quoq; Machab. libro, cap. quinto & sexto horrenda scribuntur quæ Antiochus intulit Iudæis.

CAPVT IIII.

IN diebus illis inuentę sunt duæ mulieres quæ circumciderant filios suos. Cumq; paruuli penderent ab uberibus maternis, præcipitauerũt eos cum matribus deorsum à turri, & collisi mortui sunt. Tunc quoque apprehẽsus est Eleazar sacerdos princeps sacerdotum, Eleazar ille cuius supra mentionem fecimus, qui tempore Ptolemæi perrexit in Aegyptum, duxeruntq; eum ante cõspectum Philippi. Et dixit ad eum Philippus: Eleazar sacerdos prudens & sapiens, tu depones caniciem tuam cum sanguine in sepulchrum, nisi comederis carnes sacrificiorum meorum, quemadmodũ præcepit dominus meus rex. Respondens autem sacerdos dixit ad eum. Absit à me, ut dissoluam præceptum dei mei, qui est dominus uniuersæ terræ. Et accipiẽs eum Philippus dixit ei. Tu nosti quod diligo te, & quod parcere cupio senectuti tuæ: capiatur ergo nũc modicum de carne sacrificij uestri, quam uos comedere soletis, & comede illud in conspectu populi huius, ut ipsi uideant. Tunc enim dicturi sunt, quod de sacrificio regis comederis, & tu uiuus euades & nõ morieris. Cumq; Eleazar ista audiuisset, & à cunctis suspiceretur honor magnificentiæ eius, atque uirtus sanctitatis eius, dixit ad Philippum. Ego hodie sum filius nonaginta annorum, & ob id non cõpetit mihi ut simulem me timere deum, seducamq; populum eius, & dicãt iuniores. Eleazar uir nonagenarius dissoluit pactum dei sui, & ipsi deinde quoque preuaricentur & eant in perditionem. Absit à me, ut cõtaminem sanctitatẽ meam & puritatem senectutis meę, eneruemq; populum meum, dando ei dissolutionem manuum in lege dei mei, ut dicãt: Eleazar nonagenarius inique egit contra dominum, elegitq; seruire uanitatibus gentilium, cur ergo & nos nõ ita ageremus? Et iam quidem liberarem animam meam de manu uestra, sed non possem liberari à conspectu domini, quandoquidem nemo possit effugere cõspectum eius & eripi de manu eius, siue uiuus siue mortuus, quia dominiũ eius est super uiuos & super mortuos, ad uiuificãdum & ad interficiendum. Melius est ergo mihi ut fortiter moriar & relinquã exemplum constantiæ populo meo & adolescentibus meis post me, ut cum uiderint mortem istam tam honestam, appetant & ipsi sic agere atq; mori. Factũ itaq; est, cum audisset Philippus uerba eius, iussit ut torquerent & cęderent Eleazarum uenerandæ senectutis uirum mãsuetumq; hominem, ut uel sic uiolaret ornamẽtum uirtutum suarum. At ille cum cæderetur omni plagarum genere absq; ulla miseratione, ingemiscens pio animo aiebat: domine deus meus qui dilexisti me usque ad confessionem istam, tu scis quod potui liberare animã meam à morte, sed nolui, quia amo eam, & nunc quidẽ ingrauatæ sunt super me indesinẽtes plagæ, quas etiam ferre nequeo, at propter tuum timorem quasi nihilum sunt in oculis meis, patienterq; fero eas. Et cũ talia loqueretur integro animo clausit dies suos, dereliquitq; constantiæ exemplum populo suo.

A tribus

¶A tribus potissimum conabatur tyrannus abstrahere Iudæos, ne scilicet circumciderent filios suos, ne obseruarent sabbatum, & ne uitarent carnes suillas. Propter celebratam circumcisionem duæ mulieres cum infantibus fuerũt è turri præcipitatæ. Quæ historia etiam in nostra æditione habetur, secundo Machab. sexto. Propter obseruationem sabbati, plurimi Iudæi in speluncis, ubi celebrauerunt sabbatũ, fuerunt flammis exusti. Ad carnem suillam edendã plurimi quoq; fuerũt coacti, ut patet de Eleazaro magno sacerdote & alijs multis, quorum in sequẽtibus fit mentio. Historia de Eleazari martyrio & gloriosa confeßione, scribitur quoq; in secundo Machab. cap. 6. Sed & primo Machab. 1. in fine, succincta fit mentio eorum quæ hic ad longum describuntur.

CAPVT V.

TVnc quoq; comprehẽsi sunt septem fratres cum matre eorũ, & miserunt eos ad regem: qui omnes propter abominandam, fœtentem & detestandam carnem suillam & salitam absq; humore discerpti sunt crudeli furore, & integerrima caro eorum in partes scissa est. Siquidem uenit primus in conspectum regis & ait: Quid multiplicas erga nos uerba? Vt doceas nos? Iam docti sumus à patribus nostris. En parati sumus, ferre iugũ domini & iugũ legis eius. Iratusq; uehementer rex, iussit afferri sartaginem æneam & poni super ignem. Deinde pręcepit amputari linguã eius, manus eius & pedes eius, & projci in sartaginem igni superpositam, ne cito moreretur, sed terrerentur fratres eius & mater eius. At illi credentes in dominum inuicem se roborabant. Cumq; uiderent fratrem suum mori pro domino, dicebat unus ad alterum: En hoc est quod locutus est Moses famulus domini in cantico suo: In seruis suis consolabitur se. Sic iam consolatur se deus in nobis super omni malo quod locutus est facere populo suo, & misertus est eorum. Mortuo itaq; primo adductus est secundus, ad quem ita dictum est: Audi & fac præceptum regis, ut quid enim moriturus es in magnis cruciatibus, sicut mortuus est frater tuus? At ille ait: Accelerate gladium & ignem, & nihil minuatis ex omnibus his quæ fecistis fratri meo. Non enim deficiam à fratre meo in pietate & timore dei. Tunc præcepit rex ut amputarent omnia membra eius, projcerentq; ea in sartaginem quę erat igni imposita. Ad quæ ille ait: quare affligis animas nostras, quas tu non dedisti neq; educis eas, sed illę magis redeunt ad deum qui eas dedit? Futurum etiam est, ut ille uiuificet nos, cum excitauerit defunctos populi sui & interfectos suos. Defuncto autem secũdo adductus est tertius, qui extendens dextram suam contra illum ait: quid est tibi hostis & inimice, ut sic terreas nos? Omnia ista è cœlo nobis uenerunt, atq; ideo patienter & sponte ferimus ea, & tu quasi nihilum cõtemptusq; reputaris in oculis meis, cum è cœlis expectemus gloriã, ibi enim reddetur nobis præmium nostrũ. Miratus est proinde rex & principes eius de magnifico animo, quem habuit adolescẽs ille. Quo mortuo adductus est quartus, & ille quidem sic ait ad regem: ut quid multa tecum agam uerbis uir Belijaal? nos moriemur pro domino deo nostro, qui rursus uiuificabit nos, tibi autem nunquam continget resurrectio. Et hoc quoque mortuo adductus est quintus, qui ait: stulte & insipiens qui non intelligis opera & facta domini, ne dixeris in corde tuo, quod deus deseruerit nos: ob id enim quod me amat, perduxit me ad gloriam istam, tu autem quia impius, blasphemus & rabidus es, odit te & excitauit te contra nos, ut sic sæuias in nos, sed futurum est, ut ipse sumat de te &

te & de semine tuo ultionem, ascẽdetq́ fumus narium & in te & in omnem familiam tuam.

¶ Secundo Machabæorum septimo hæc historia in æditione nostra pulchre quoq́ describitur. Habet tamen quædam quæ hic non inueniuntur, & rursum hebraismus hic quædam habet quæ illic non habentur, ea autem patent collatione utriusq́ æditionis.

CAPVT VI.

MOrtuus est ergo quintus & adductus est sextus, dixitq́: agnosci mus impietatẽ nostrã, quia peccauimus in dominũ. Et nũc nos tradimus animas nostras in mortẽ, morimurq́ propter omnẽ populum nostrũ, tu autem impleuisti cor tuũ ut facias talia ser uis dei, impugnans deum cœli & terræ: quapropter & ipse pu gnabit cõtra te & eradicabit te de terra. Mortuo itaq́ sexto, relictus est septi mus, qui erat puer paruus, & mater eius sancta, quę uiderat septẽ filios suos trucidari die uno, non est territa neq́ pauore concussa, sed stetit uirili animo iuxta cadauera filiorum suorum interfectorum, leuansq́ uocem suam clama uit & prorupit in uocem laudis dicẽs: Filij mei ego sum mater uestra & deus est creator uester, qui spiritum et animam dedit uobis. Ipse est qui educauit & crescere fecit uos atque ossa uestra: ipse texuit neruos & obduxit desuper cu tem atq́ spirauit in faciem uestram flatũ uitę, & omnia ista quæ dedit uobis, ipse restituet uobis in futuro tempore, reddetq́ præmium laboris uestri. Bea ti estis uos filij mei propter hanc constantiam. Confusus itaq́ est rex, quod mulier uicisset eum, & ob id dixit rex: Adducite mihi septimum, si fortasse queam inducere eum, ut faciat uoluntatem meam, quoniam est adhuc puer, & non glorietur contra me mulier dicendo: uici Antiochum & cõfortaui fi lios meos, qui & pro deo mortui sunt. Præcipiente itaq́ rege, adduxerunt se ptimum, & rex conabatur eum mulcere uerbis, misertusq́ illius iurauit se da turum ei aurum & argentum, seruos & famulos, atq́ ponere eum secũdo lo co, & dominium ei tradere in uniuerso regno suo: at puer contempsit uerba regis & nolebat audire sermones eius. Vocans ergo Antiochus matrẽ eius dixit ad eam: Bona mulier, esto indulgẽtior super paruulo isto et miserere fru ctui uentris tui atque suade ei ut faciat uoluntatem meam, habeasq́ eum su perstitem. Mulier uero respondens ait: Date eum mihi, si fortassis queã per suadere eum. Dederunt ergo eum matri. Quæ cum duxisset eum paululum ab eis, osculata est eum, ridensq́ in confusionem regis & ignominiam eius, dixit ad eum: Fili mi desere omnia ista. Ego portaui te nouem mensibus & postea lactaui te tribus annis, & post ablactationem nutriui te usque in hunc diem. Ego docui te timorem creatoris, propterea fili mi intuere nunc cœ lum, aspice terram, mare, ignem & aquam, quoniam per uerbum domini cœli facti sunt, & homo quasi nihil est coram illo. Ne timeas fili mi tyran num istum, sed morere pro deo tuo. Vtinam fili mi esses cum fratribus tuis in magnifica gloria eorum, ut & ego uos simul inueniam, adsim'que uobis in die desponsationis uestræ. Adductus itaq́ puer in conspectũ regis sic ait: Quare impedis me & non sinis me uenire ad fratres meos sanctos? Nõ per suadebitis mihi ut colam uanitates uestras, quoniam non postponam domi num & sanctam atq́ immaculatam legem eius, quam dedit per manum Mo si serui sui populo suo Israëlitico & filijs seruorũ eius. Et tu uir Belijaal, pessi

mus

mus malorum inuētor, tu Antioche homo ſceleſtus, hoſtis & oſor ueritatis, quam blaſphemaſti & calumniatus es, quò ibis, aut quò fugies à conſpectu dei noſtri, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis & qui habitant in eo? Hic enim rurſum uiuificabit nos & exaltabit, ſublimabitq; ſuper omnē gētem, tu uero qui ſuperbo animo mala intuliſti populo eius, mittēs manum in ſeruos eius, nō euades manū eius, neq; ſubterfugies iram furoris eius: & certe bonū eſſet tibi, quod natus non eſſes ex inquinamento matris tuæ ſtultæ, quæ genuit iſtum ſtultum Antiochū & inſanum, qui tam male agit, contra animam ſuam in bonum noſtrum. Quod ſi modicum quid patimur & ſuſtinemus dolorem hunc in iſto mundo, ecce nos pergimus ad uitā futuri ſeculi, tu autem morieris morte uaria in plagis magnis, deſcendesq; ad infernum inferiorem & ad tenebras gehennales, ubi neq; uita eſt neque lux, ſed tenebræ & umbra mortis. Non habebis ibi requiem ullam aut lucrum aliquod, ſed tribulationem & anguſtiam, ignem & ſulphur: hæc erunt pars tua & ſors hæreditatis tuę à deo noſtro ô uir ſanguinum & iniquiſſime. Et contrà, deus noſter miſerebitur populo ſuo & conſolabitur ſanctos ſuos. Hucuſq; ira eius fuit cōtra nos, ſed deinceps non adijciet ut iraſcatur contra populum ſuum, ſed conſolabitur nos pro omnibus his quæ euenerunt nobis ab initio. Quæ autem fecit, iuſte & recte fecit, quia nos impie egimus, ſed ipſe conuerſus cōſolabitur, & reſuſcitabit nos ad uitam perpetuam. Iratus itaq; Antiochus uehementer, quod ille nollet facere uolūtatem eius, atq; ideo inflixit ei plagas exquiſitas & crudeles, iuxta omnia quæ fecerat fratribus eius. Cumq; occidiſſet hūc ſeptimum, ſtetit mulier ipſa iuxta cadauera eorum, & expanſis manibus in cœlum dixit: O deus excelſe, deus perpetue, ingrediar quæſo & ego ancilla tua cum filijs meis in locū illum quem præparaſti eis. Et cum ſic loqueretur, conſummata eſt anima eius, & exhalans ſpiritum corruit ſuper filios ſuos, migrauitq; cum eis.

CAPVT VII.

ABiens autem rex itinere ſuo in Macedoniam, præcepit Philippo & principibus qui erant in terra Iehuda, dixitq; ad eos: Delendo delebis memoriam Iehuda ab uniuerſa terra, & quicunque memoriam fecerit nominis Iudæorum, illum occidite. Qui autem uoluerit eſſe de populo noſtro, memoriam que fecerit nominis Græcorum, illum permittite uiuere. Fecit itaque ſic impius Philippus & principes qui erant cum eo, extinxitq; omnes quos deprehēdit obſeruare legem, exceptis his qui cum Mathathia filio Iohannis fugerunt in montem Modaith, illi ſeruati ſunt, quoniam Mathathias non tulit opprobriū incircūciſorum, ſed zelum habuit pro deo ſuo, & flens dixit: Heu mihi mater mea, quare me genuiſti, ut uiderem cōtritionem populi mei? Miſit autē Iehudam filiū ſuū ad omnes ciuitates Iudaicas ſecreto dicēs: quis eſt in uobis, qui eſt domini? Congregata eſt itaq; turba piorum, & dixit ad eos Mathathias. Vt quid multiplicamus uerba? Hic aliud nihil agendum, quàm orandum & præliādum. Viriliter agite. Aggrediamur rem ipſam fortiter & moriamur in prælio, ſicut ouis quę ducitur ad uictimā. Confortati ſunt itaq; omnes ex uerbis Mathathiæ, & dixit unus ad alterū. Ad tabernacula tua ô Iehuda. Iam dominiū ſibi uēdicauit in terra tua gens Macedonū & rex Antiochus. Multum

id tibi

id tibi eſt. Acue gladium tuum populo Iehuda, & ſerua animam tuam à gente Macedonum. A die enim iſta & deinceps rumpemus iugum Macedonũ à populo Iehuda. Factum eſt proinde, cum audiſſet Philippus & princepes regis uerba iſta, direxerũt contra eos militiã grauem. Cumq́ꝫ ſic procederent, en fuerũt in itinere ex populo Iudaico mille animæ, paruuli ſcilicet & mulieres, ſedentes in ſpelunca una. Et cum illi ueniſſent ad os ſpeluncę, dixerunt ad eos: Egredimini & uiolate ſabbatum, facite&ꝫ præceptum regis ut uiuatis & non moriamini. Qui reſpondentes dixerunt: non egrediemur, neq; prophanabimus ſabbatũ. Teſtes noſtri hodie ſunt cœli & terra, quod parati ſumus ad moriendum in fide noſtra. Et præcipiente Philippo attulerunt ignẽ, ponentesq́ꝫ ligna ſuper ſpeluncam excitauerunt fumum, unde mortui ſunt omnes qui in ſpelunca erant incluſi.

¶ *Dum miſeri Iudæi per præpoſitos, quos Antiochus per Iudæam conſtituerat, ſic affligerẽtur, ut etiam multi propter timorem præcepta regis ſequerentur, probatiſſimi & generoſi qui in Hebræo* חסידים *id eſt, pij appellantur, deteſtabile facinus execrantes, patrijs legibus adhæſerunt, mortem glorioſam magis eligentes quàm ignominioſam uitam, inter quos fuerunt ſeptem fratres & Hanna mater eorum, & mille illæ animæ quæ in ſpelunca fumo fuerunt extinctæ, multi laqueis ſuffocati, alij diuerſis cruciatibus fatigati, ac deinde uiui crucis patibulo affixi, &c. Quod uidentes Samaritæ negauerũt ſe eſſe Iudæos aut cognatos eorum, & templum quod in honorem dei cœli in monte Garizin ſub Alexandro Magno conſtruxerant, iam in fauorẽ Antiochi Cretæo cõſecrant Ioui. Cũ itaq; Antiochus fureret in Iudæos & conaretur eos omnino delere niſi ſuæ obtemperarẽt uoluntati, ſurrexit Mathathias ſacerdos & congregauit ad ſe omnes qui firmiter adhærebãt domino, quiq; parati erant mori pro lege dei, & conuenerunt in monte Modaith, uel ut Ioſippus habet, Modijth: noſtri autem tranſtulerunt Modin, & Iudæi noſtrates legunt Mudaith. Porrò Mathathias iſte filius fuit Iohannis, filij Simeonis, filij Haſmonei, ſacerdos de uice Iobab Ieroſolymitæ. Ab abauo ergo eius, Mathathias & poſteri eius Haſmonai plerunq; in hebraiſmo uocantur. Machabæi uero appellantur à Iuda filio Mathathiæ, qui Machabæus fuit cognominatus. Vbi notandum Mathathiam quinq; habuiſſe filios, nempe Iohannem qui cognominabatur Gaddis, Simonem qui dictus quoque fuit Mathathias, Iudam cognominatam Machabæum, Eleazarum qui & Apphus & Ionathan qui appellabatur Abaron. Hæc Ioſephus lib. 12. cap. 7. Præfuerũt autem Mathathias & filij eius Iſraëlitis in illa tyrannica perſecutione hoc ordine: primus Mathathias, ſecũdus Iudas, tertius Ionathan, quartus Simeon, quintus Hyrcanus Simeonis filius. Reliquorum regum Haſmonæorum ſucceſſionem infra explicabo.*

CAPVT VIII.

PRincipes autem regis procedentes ad Mathathiã, inuenerunt eum in monte Modaith accinctum armis bellicis, erantq́ꝫ cum eo fratres eius, filij eius & quidã alij pauci uiri ex cœtu eorum qui zelum habuerunt pro lege domini, qui abierant ut adducerent uxóres ſuas & filios ſuos in montem Modaith. Et cœperunt primum principes regis pacifice loqui cum Mathathia dicentes: Mathathia uir honorabilis in populo tuo, fac præceptum regis & uiues & non morieris. Reſpondit Mathathias magnifico ſpiritu ſuo. Præceptũ regis mei ego facio, facite & uos præceptum regis ueſtri quod ille uobis iniunxit. Et obſtupeſcentes principes regis ſiluerunt & non reſponderunt quicquam, ſed mirabãtur & inſidiabãtur Mathathiæ, quomodo caperẽt & interficerent eum,

ſicut interfecerant alios pios uiros. Reſpondeus autem unus ex Iudæis illis iniquis & filijs Belijaal qui erãt cũ principibus regis, ait: miror ego de uobis ô principes regis & milites eius, quamdiu tacere uelitis & non exequi regis præceptum atq; ſumere ultionem de Mathathia, qui indurauit faciem ſuam ne faciat præceptum regis. Cum'q; ſic loqueretur extraxit gladium ſuum & præſcidit caput porci, ſumẽs'q; illud in manum ſuam portauit ad altare quod extruxerunt in templo regis Antiochi, et poſuit caput illud porcinum ſuper ipſum, incendit'q; thymiama in honorem ſculptiliũ Antiochi. Quod uidens Mathathias cõmotus zelo dei ſui & indignatione accẽſus, exemit gladium ſuum, inſiliens'q; in Iudæum illum, qui ſacrificiũ faciebat, abſcidit gladio ſuo illius caput in ipſo collo, expoſuit'q; in ſublimi uolucribus cœli. Cum autẽ ſic decollaret eum, cecidit caput ante cõſpectum principis qui acceſſerat, ut loqueretur cum Mathathia, corpus autem truncum cecidit ſuper altare ante quod ſacrificaturus ſtabat. Hunc itaq; cum percuſſiſſet Mathathias, trucidauit & principem unum gladio ſuo, effugauit'q; reliquos qui aderant principes. Sed & multos ex ſatellitio eorum cõculcauit, & clangens tuba dedit ſignum bellicum. Ipſe ergo primus fuit qui leuauit manũ ſuam cõtra regnum Macedonum, præcepit'q; nobis ut pugnaremus in ſabbato, promittens ſe rationem redditurum pro nobis ſuper hac re. Egreſſus eſt itaq; Mathathias & filij eius cum eo, & cum eis cœtus magnus piorum uirorũ, & perſecuti ſunt tranſgreſſores, percutiẽdo atq; cõterendo eos, ut nullæ ſupereſſent reliquiæ in terra Iehuda, circũciderunt'q; omnes maſculos, & fecit dominus magnam ſalutem per manum eius.

¶ Ioſippus hanc deſcribens hiſtoriam, dicit apoſtatam illum Iudæum iuuenem fuiſſe, Mathathiam uero ualde ſenem & precatum principes præſentes, ut ſolus cum ſolo congrederetur. Quod cum omnes probarent deſcendit Mathathias & irruit in feruore ſpiritus ſui in perfidum illum hominem & amputauit caput eius iuxta altare ipſum. Et clamãs ad principes dixit: quis ex uobis uult mecum inire duellum? Tunc Philippus miſit contra eum fortem bellatorem, & quo maiorem non habuit in exercitu ſuo. Cui cum obuiam procederet Mathathias, diuertens ab eo ſubito irruit in Philippum principem & interfecit eum, fugit'q; in montem & cœperunt omnes clangere tubis, &c. Fugatis ergo Macedonibus, Mathathias ueniens in Ieruſalem purificauit templum & inſtaurauit dei cultum, præcepit'q; circumcidi omnes qui nati erant in diebus Philippi. Durauit autem imperium eius anno uno, qui ſcilicet fuit annus ducenteſimus & duodecimus à conſtructione templi ſecundi. Ioſephus latinus appellat hunc Antiochi ducem, quem Mathathias interfecit, Appollonium. Cuius interfectionem cum audiſſent iudices regis, auxilia conuocantes quæ in arce Ieroſolymorum pro cuſtodia permanebant, cõflixerunt die ſabbati. Et Mathathias docebat ſabbatis pugnare dicens: Quod ſi hoc non fecerint obſeruantes legem, ſibimetipſis erunt hoſtes, in illo die cõtra eos uenientibus inimicis. Hoc dicens perſuaſit eis, & hactenus nobis permanet conſuetudo pugnandi, etiamſi tali die bella conſurgant. Hactenus Ioſephus. Eadem fere ſcribuntur primo Machab. 2.

CAPVT

CAPVT IX.

CVm aũt appropinquassent dies mortis Mathathiæ, uocauit quinque filios suos, & confortans eos dixit: filij mei, ego noui quod magna prælia concitabuntur inter uos, eo quod deus noster suscitauit nos pro defensione populi nostri, nunc igitur filij mei zelate zelum dei uestri atq; zelum sanctuarij eius, & non formidetis mortem. Nam si mortui fueritis in bello, recipiemini ad patres nostros, eritis'que cum eis, quorum pars est in sorte iustorum. Quoniam omnes patres nostri zelum habuerunt, atque ideo dedit eis deus gratiam & gloriam. Nónne Pinehas pater noster propter zelum accepit pactum salis? Sic omnes reliqui patres nostri qui zelum habuerunt, acceperũt mercedem suam à domino. Vocans proinde Simeonem filium suum dixit ei: noui fili mi quod dominus dedit sapientiam in corde tuo, atq; ideo non debes te subtrahere à populo isto, sed eris ueluti pater super fratres tuos, & [a] ipsi obediẽt tibi ad omne uerbum, quoniam consilium & robur dedit tibi dominus deus noster. Rursum dixit: uocate mihi Iehudam filium meum. Cum'que uocassent eum & ille staret coram patre suo, dixit ei, Iehuda fili mi, nomen tuum uocaur [b] Machabęus propter fortitudinẽ tuam. Scio etiã fili mi quod tu sis uir bellicosus, & deus dedit tibi uires & robur atq; cor quasi cor leonis quod non dissoluitur, & idcirco debes honorare dominum de substãtia tua quam dedit tibi & præliari pręlia eius. Geres autem bella absq; ulla desidia, proficisceris'q; ad omnes angulos terræ tuæ, ut sumas ultionem de hostibus incircumcisis, & eris populi huius in exercitu dux, ungeris'que ad bellum. His dictis protulit cornu, cum oleo & effundens super caput eius, unxit eum ad prælia, uociferans'q; uniuersus populus et clangentes tuba dixerũt: Viuat unctus. Cum'q; desineret pręcipere filijs suis appositus est ad populos suos, & surrexit in locum eius Iehuda filius eius, qui dictus est Machabęus & adiuuerũt eũ fratres eius & omnis domus patris eius atq; uniuersus cœtus piorum uirorum. Et postquã sepeliuit patrem suũ honorifice, induit loricam ut Gigas, & succinxit se armis bellicis suis, descendens'q; contra eos qui castra posuerant per circuitum montis in quem ipsi confugerant, percussit ex eis octo millia & ducentos. Et exinde [c] iudicauit Israëlem gladio suo & conculcauit alienigenas in terrã, conturbati'q; sunt omnes operarij iniquitatis. Et cum clamaret uoce sua, resonabat uox eius instar rugitus leonis, qui rugit tempore quo inhiat prędę, & lætatus est uniuersus Israël in opere eius, quoniam turbauit reges magnos, & exiuit nomen eius usq; ad finem terræ. Et proficiscens de ciuitate in ciuitatẽ, interfecit omnes impios qui erant in populo Iudaico, qui'q; turbabant populum Israël.

¶ *Nostra translatio 1. Machab. secundo describit paulo diffusiorem Mathathiæ erga filios exhortationem, cum iam in mortis constitueretur articulo. Scribit enim in hunc modum: Mementote ô filij operum patrum, quæ fecerũt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam & nomen æternũ. Abrahã nónne in tentatione inuentus est fidelis, et reputatũ est ei ad iustitiam? Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit mãdatum, & factus est dominus Aegypti. Phinees pater noster zelando zelum dei, accepit testamentnm sacerdotij æterni. Hæc ibi. Ergo pactum salis est testamentũ æternum. Quæ enim sale condiuntur perpetuo seruantur. Num. 18. habetur* ברית מלחעולם *Pactum salis perpetuum, hoc est, pactum inuiolabile. Omitto alia exempla quæ in memorato loco scri-*

 buntur

buntur de Iehoſua, Chaleb, Dauid, Elia, Anania & Daniele. a *Ipſi obedient.*] *Hoc dicit alludens ad uocem Simeonis. Nam interpretatur Simeon auditum & obedientiam.*

b *Machabæus.*] *Propter fortitudinem & animi magnitudinem Iehudas iſte filius Mathathiæ cognominatus fuit Machabæus. Vnde autē uox ipſa deriuetur, non conſtat. Neq; enim in hebraiſmo neq; in chaldaiſmo* נבב *aut* מבב *aut* בבא *inuenitur ſignificare foritituding. Quod autem Simeon et poſteri eius uſq; ad Herodem Idumæū, Machabæi uocātur, id non eſt à Iehuda Machabæo cum ab eo non deſcenderint, ſed propter fortia & egregia facta ſua nomen illud apud noſtros retinuerunt. Hebræi conſtanter uocant eos Haſmonæos non Machabæos.* c *Iudicauit Iſraëlem.*] *Ioſephus ſcribit Iehudam patri ſucceßiſſe in gubernatione rerū anno centeſimo & quadrageſimoſexto, regni ſcilicet Græcorum. Idem habetur in uulgata noſtra æditione.*

CAPVT X.

AVdiēs uero Apollonius dux exercitus Macedoniæ omnia uerba iſta, ait: quis eſt ille & ille, qui induxit in cor ſuum, rebellare cōtra dominū noſtrū regem? Congregansq; populum multū, robuſtum & eminentem de fortiſſimis Macedoniæ, uenit pugnaturus cōtra Iſraëlitas. At Iehuda egreſſo in occurſum eius factum eſt prelium magnum inter gentem Macedonicam & congregationem fidelium. Cumq; Iehudas pugnaret & uideret Apollonium ſtantem in medio exercitus Macedonum, currēs ad eum ex feruore ſpiritus ſui & penetrans in medium belli, percuſſit ad ſiniſtram ſuam atque dexteram & ſtrauit fortiſſimos Macedonię, haud ſecus quàm meſſor deijcit manipulos ſuos & ſpicas meſſis ſuę, perueniensq; ad Apollonium percuſſit eum gladio ſuo, & mortuus eſt. Illico autē uerterunt Greci tergum & fugerūt, perſecutusq; eſt eos Iehudas & populus eius & percuſſerunt eos plaga magna ualde, acceperuntq; omnia ſpolia eorum, Iehudas autem accepit gladiū Apollonij et uſus eſt eo in bello cunctis diebus uitę ſuę. Audiens proinde Seron dux exercitus Syrię iſta dixit: Faciam mihi nomen, ibóque & pugnabo contra Iehudam. Cumq; congregaſſet omnem populum ſuum & ueniſſet uſq; ad Bethoron, nunciatū eſt id Iehudę. Et ait Iehudas, non accingemus nos, ſed abſque mora egrediamur contra eos, pręſertim cum abierint fratres noſtri de congregatione fidelium ex populo noſtro. Si enim expectauerimus donec ipſi huc uenerint, dicent hoſtes noſtri quod timidiores ſimus ipſis. Abijt ergo contra eos Iehudas tota nocte, & factum eſt in luce matutina & uiderunt populum multum atq; robuſtum, & dixerunt ad Iehudam: quomodo poterimus pugnare cōtra turmā iſtam tam magnam, nos qui pauci numero ſumus? Quibus reſpondit Iehudas: Clamate ad dominum & ſaluabimini, quoniam domini eſt prelium. Et ueniens Iehudas à latere exercitus Seronis, inſilijt ſubito in eos inijtq; pugnam cum eis. Et ſtupefactus Seron & cunctus populus eius, fugit. Perſequens autem eum Iehudas, apprehendit eum atq; percuſſit eum, & ſtrauit ex eis alios multos, quorum cadauera paſſim mortua iacebant. Ceciditq; pauor Iehudę ſuper omnes gentes, quę erant ſub dominio eorum.

¶ Consentiunt in duabus historijs istis autor noster, Iosephus latinus & uulgata æditio nostra. Dicit autem Iosephus Apollonium istum ducem fuisse Samariæ, & Seronem ducem fuisse inferioris Syriæ, collegisseq́; milites suos & transgressores Iudæos. At Iehudas congregans ecclesiã fideliũ & uidens milites suos ad pugnam propter paucitatem & ieiunium desides, hortabatur eos dicẽs: Facile est concludi multos in manu paucorũ, & non est differentia in conspectu dei liberare in mul- multis & in paucis, quoniã non in multitudine exercitus uictoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Ipsi ueniũt ad nos in multitudine contumaci & superbia, ut disperdant nos & uxores nostras & filios nostros, & ut spolient nos. Nos uero pugnabimus pro animabus nostris & legibus nostris, & ipse dominus conteret eos ante faciem nostram. Vos ergo ne timueritis eos. Quibus dictis, irruit in eos, & strauit ex eis octingentos uiros, ut habet æditio nostra, reliqui autem fugerunt in terram Philistijm. Iosephus dicit Iehudam eos sequutum usq; ad campum & occidisse octo millia, reliquosq́; fugatos ad maritima discessisse loca.

CAPVT XI.

AVdiens autem Antiochus hos rumores, congregauit uniuersum populum suum atq; omnes gẽtes quę erant sub dominio suo, populum multum & robustũ ualde, diuisitq; omnem populum suũ, & accepit medietatem exercitus abijtq; cõtra Persas cũ populo magno, qui erat ex cognatione sua & ex semine regio de Macedonia, alteram uero medietatem tradidit duci suo Lysię, dicens illi: tu nosti omnia quę fecit Iehudas filius Mathathię mihi & duobus ducibus meis & toti exercitui eorum. Nunc igitur uade & percute omnes habitatores terrę Iehuda: habes autem tecum filium meum, & ego ibo contra terram Persidis, ut euertam gentem Persicam, eo quod illa inique egit cõtra me. Abiens ergo rex Antiochus ad Persidis terram, dimisit Lysiam apud filium suum ueluti pędagogum, ut bella gereret in terra Iehuda. Elegit proinde Lysias uiros fortissimos, misitq; cum eis insidias mille electorum iuuenũ, qui bello assueti erant & septem millia equitum, quibus adhuc iunctus est omnis exercitus Syriæ atque Palestinę, & ingressi terram Iehuda cœperunt deuastare eam. Quod audientes Iehudas & cuncti seniores Israël, prędicauerunt ieiunium & induerunt cilicia, positoq; cinere super capita sua clamauerunt ad dominum. Factumq; est post expletum ieiunium, ut Iehudas numeraret uniuersum populum suum & constitueret super eos centuriones, quinquagenarios & decanos. Et egressus est in campum in occursum eorũ, contra uenientem exercitum, fecit'que prædicari in castris: Vir qui plantauit uineam, &c. qui ædificauit domum, & qui desponsauit uxorem, aut qui timido & trepido est corde, reuersi'que sunt de populo multi, & manserunt residui ex populo septem millia uirorum electorum, ex electissimis Israël. Omnes isti bellicosissimi erant, unus contra centum, qui non auerterũt faciem suam, neque retroacti sunt à facie tantę multitudinis. Profectus itaque Iehudas uenit in occursum Nicanoris: adduxerat autem Nicanor plurimos mercatores, qui emere uoluerunt ex captiuitate pueros Israëliticos, quos cogitauerat Nicanor capere in terra Iehuda. Veniente ergo eo contumaciter contra Iehudam, egressus est Iehudas de acie fidelium, & inuocans dominum ait: Deus excelse, qui à diebus antiquis usque nunc dominio potitus es & com-

pescis bella, in cuius manu uirtus & potētia est ad prosternendū & humiliandum, deprime & humilia gentem istam ante humilem populum tuum, quia tu potes nobis subijcere populos & sternere nationes sub pedibus nostris. Qua oratione completa, clanxerunt sacerdotes buccinis sacris, uociferātéq; populo irruit Iehudas in prælium & percussit Nicanorem cæde magna, persecutusq; est fugientes eundo & cædendo, & effuderunt sanguinem nouem millium inimicorum, conuersiq; diripuerunt spolia eorum, aurum & argentum, quæ attulerāt mercatores ut emerent pueros Israëliticos, & ea distribuerunt inter pauperes, feceruntq; sabbatum in illo loco, quoniam die sexta facta fuit cædes illa bellica.

¶ Audiens rex Antiochus exercitum suum apud Iudæos occubuisse, maximo furore cōmotus, omnem propriam uirtutem congregans, & multos ab insulis mercede cōducens, parabat circa ueris initium dimicare contra Iehudam. Vt uero militibus stipendia distribuens, uidit thesauros deficere, deliberabat ad Persidem ire, tributaq; prouinciæ congregare. Relinquens autem pro rerum gubernatione Lysiam, & partem exercitus & elephantes ei tradens, præcepit ei filium suum Antiochum diligenter nutrire & uastare Iudæam, & habitantes in ea ducere captiuos & euertere Ierosolymā, & genus Hebræorū omnino disperdere. Hæc cum præcepisset Lysiæ abijt ad Persidē anno cētesimo quadragesimoseptimo. Lysias uero eligens Ptolemæū Dorimenis & Nicanorē & Gorgiam uiros potentes & amicos regis, & tradens eis peditū quadraginta millia, equitū uero septē millia transiuit contra Iudæos. Superuenerūt uero eis auxilia de Syria uel à finitimis locis & multi trāsfugæ Iudæi necnon & negociatores quidā, sperantes se emere captiuos Iudæorū. Exercitū aūt aduersariorum Iehudas intendens, hortabatur suos, spem uictoriæ in deum habere, illumq; rogare pro auxilio. Quo facto, disponens eos secūdum antiquum & patrium modum per millenarios, & illos dimittens, qui paulo ante uxores duxerant, & eos qui possessiones paulo ante acquisierant, ne pro earum desiderio minus audacter contra hostes pugnarent. Hoc enim priuilegium concesserat eis deus Deu. 20. Hæc omnia descripta inuenies in Iosepho lib. 12. cap. 10. & 1. Machab 3. atq; 4. Illi tamen numerant solum tria millia à Iehuda interfecta. Iosippus in numero consentit cum autore huius libri, sed hi duo uno numero absoluunt duas pugnas quas habuit Iehudas cum hoste. In prima ceciderunt tria millia, & in secunda, quinq; millia. Porro autor secundi Machab. cap. 8. per omnia consentit cum autore nostro.

CAPVT XII.

TRansiens autem inde Iehudas profectus est cōtra Bachidem & Timotheum, initoq; cum eis prælio magno, fudit uiginti millia Macedonum: & fugientes Bachidem atque Timotheū persecutus est Iehudas, sed non apprehēdit eos, quoniam ingressi erant in Astaroth Karnaijm. Apprehendit tamen Iehudas Philippum, qui mala intulerat terræ Iehuda. Nam cum appropinquaret Iehudas, declinauit Philippus ab itinere & diuertit in domum quādam uicinam. Tunc precipiente Iehuda deiecerunt domum super eum, combusseruntque eum igni in loco illo, & ulti sunt Eleazarum & sanguinem aliorum bonorum uirorum quem effuderat Philippus: reuersique ad cadauera diripuerunt ea & miserunt spolia in Ierusalem. Fugiens autem inde Nicanor euasit. Nam extrahens uestimenta purpurea quibus indutus erat, amiciuit se uestibus uilibus sicq; incognitus factus, & euadens peruenit in Macedoniam,

am, narrauitque Lysiæ omnia quæ acciderant ei. In tempore illo reuersus est Antiochus de terra Persidis cum ignominia, propulsantibus eum uiris Persis. Factumque est cum uenisset in Ecbathanas, nunciata sunt ei omnia quæ fecerat Iehudas duobus ducibus eius, & quomodo interfecisset eos, repletusque Antiochus furore prorupit in opprobria & blasphemias dicens: Vadam Ierosolymam & faciam ex ea sepulchra mortuorum, implens eam interfectis. Congregauitque uniuersum populum suum & quadrigas atque equites & multitudinē populi grauissimam. At dominus zelum habuit pro ciuitate & templo suo, pepercitque populo suo, & requisiuit sanguinem fidelium hominum de manu Antiochi. Nam percussit eum ulcere pessimo & dolore intestinorum, tametsi ob istam infirmitatem minime humiliatus fuerit. Dixit enim: accelerate currus & equites atque militares copias, ut uadam contra Ierusalem & exequar uoluntatem meam & uerbum oris mei. Quis poterit stare contra faciem meam? Nonne mare & arida in potestate mea sunt, ut pro arbitrio meo commutem creaturas eorum, uertam mare in terram & terram in mare? Contigit autem postquam desijt loqui & iam ueheretur comitareturque exercitum suum, qui maximus erat, ut currus eius transiret contra elephantem quendam, & elephas uociferari inciperet, atque ex rugitu eius equi terrerent, calcitrarent & subuerterent currum, caderetque Antiochus de curru & cōfringeretur omnia ossa eius. Siquidem erat homo grauis, crassus & corpulētus. Et addidit dominus plagam super plagam, ut inciperet totū corpus eius fœtere instar cadaueris proiecti tempore æstatis in superficiem campi. Subleuātes tamen eum paululum in humeros suos, rursum abiecerūt eum in terram & fugerunt ab eo: quoniā nemo poterat accedere ad eum propter intolerabilem fœtorē, q exhalabat de corpore huius scelesti & blasphemi uiri atque hostis dei. Factumque est cū uniuersus exercitus eius fatigaretur fœtore eius pessimo, sed nec ipsemet illum ferre posset, ut agnosceret se flagellatū manu dei, humiliatusque & depressus diceret: Iustus est dominus humilians superbos, qui & me humiliauit, et repressit hodie impietatē meam, ob id quod plurima mala intuli populo eius & prȩsertim deuotis ministris eius: hinc inquam est quod inuenerūt me omnia mala ista. Et faciens uotum ait: Domine si sanaueris me ab ista infirmitate, ueniā in Ierusalem & implebo eam auro & argēto, atque uestes purpureas sternā per omnes plateas eius, tradamque omnes thesauros meos in sanctuariū magni dei: circūcidā prȩputiū carnis meȩ & uadā per uniuersam terrā aperta uoce cōtestando, alium non esse in uniuerso mundo similem domino deo Israël. Sed nō exaudiuit dominus orationem eius, nec aurē prȩbuit ei, qn magis in omni terra ubi uersabat crudelis ille Antiochus, quā diu inhȩrebat ei morbus, lacerabat caro eius de ossibus eius, atque tandē intestina eius quoque in terrā ceciderūt, & mortuus est ignominiose in terra aliena, regnauitque Eupater filius eius pro eo.

¶ *Ea quæ ab initio huius capitis de comprehenso & combusto Philippo scribuntur, nemo aliorum attigit, nisi quod 2. Machab. 8. breuis de eo in hunc modum fit mentio: Et Philarchen qui cū Timotheo erat interfecerūt uirum scelestū, qui in multis Iudæos afflixerat. Et cū epinichia agerēt in Ierusalem, eos qui sacras ianuas incenderunt, nempe Calisthenem, cum in quoddam domicilium refugissent incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus autem Nicanor qui mille negociātes ad Iudæorum uenditionem adduxerat, humiliatus auxilio domini*

ab his quos nullos existimauerat, deposita ueste gloriæ per mediterranea fugiens, solus uenit Antiochiam, summã infelicitatẽ de interitu sui exercitus cõsecutus. Cæterũ de interitu Antiochi Iosephus lib. 12. cap. 13. & æditio uulgata 1. Mach. 6. breuibus scribũt, illum mœrore animi interijsse, anno scilicet cẽtesimo quadragesimo. Cũ enim audißet Elimaidã ciuitatẽ Persarũ diuitijs excellere, pretiosissimumq; in ea esse Dianæ templum, omni specie ornamentorũ plenũ, insuper & arma & loricas quas reliquisse audierat Alexandrũ Magnũ, cõmotus egreditur contra Elimaidã & obsidet eã. His uero qui in ea erant pertinaciter repugnantibus, spe deceptus discessit. Deinde audiens cladẽ quã à Iudæis suscepit, maiori affectus mœrore, incurrit in ægritudinẽ. Qua diu tenẽte & crescentibus paßionibus intellexit quod moreretur, cõuocansq; amicos morbũ suũ eius atrocẽ esse indicauit, confessus hæc ideo se pati, quod Iudæorũ gentem affligens templum expoliasset, deumq; cõtempsisset. Cõuocans aũt Philippum unum ex amicis suis, tutorẽ eum regni cõstituit, & dans ei diadema & stolam & anulũ, filio suo Antiocho iussit deportare. Post hæc mortuus est. At autor secundi Machabæor, capite nono consentit cum hoc scriptore nostro, nempe quod Antiochus turpiter rediens à Persipoli urbe Persidis & ueniens in Egbathanas, cognouit quæ gesta erant erga Nicanorem & Timotheum. Et arbitrans se acceptam iniuriam in Iudæos retorquere, iussit agitari currum suum, superbeq; loquens contra deum, iudicium eius nõ euasit. Nam post emissa uerba blasphemiæ, apprehendit eum dolor dirus uiscerum & amara internorum tormenta. Cumq; adhuc ignem spiraret in Iudæos, contigit illum impetu euntem de curru cadere & graui corporis collisione membra uexari ita ut de corpore impij uermes scaturirent, ac uiuentes in doloribus carnes eius effluerẽt, odore etiã illius ac fœtore exercitus grauaretur. Et qui paulo ante sydera cœli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui uenire, diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cum nec ipse iam fœtorem suum ferre posset ita ait: Iustum est subditum esse deo, & mortalem non paria deo sentire.

CAPVT XIII.

IEhudas uero filius Mathathiæ & omnis piorum cœtus qui fuerunt cum eo, ingressi Ierusalem diruerunt cuncta altaria, quæ extruxerãt incircũcisi, & purificauerũt tẽplum à sordibus gentilium, ędificaueruntq; altare nouũ & posuerunt carnes sacrficiorum super ipsum. Cumque composuissent ligna non inuenerunt ignem sanctum, sed clamauerunt ad dominũ, & exilijt ignis è lapide qui erat altari superpositus, adijcientesque ei ligna, durauit ignis ille usque ad tertiam captiuitatem. Fecit proinde dedicationem altaris in mense kislef, die uicesimoquinto eiusdem, & posuerunt panes propositionis, accenderuntque lucernas & laudauerunt dominum octo diebus continuis. Factum est autem post dedicationem, ut abiret Iehudas ad terram Aedom, & egressus est contra illum Gorgias & exercitus eius, & cum fugerent à facie eius persecutus est eos Iehudas & cõmilitones eius, strauitq; in die illa de Idumæis uiginti milia corporum. Et fugiens Gorgias peruenit ad Timotheum in terram Arabiæ, ille enim constituerat eum regem super omnem terram occidentalem. Et egressus Timotheus cum centum & uiginti milibus armatorum, quos ex Macedonibus & Arabibus collegerat, profectus est in terram Manasse & Gilead, occiditque in die illa multos de populo Iudaico. Illi uero miserunt epistolã ad Iehudam dicentes: Ascende & salua nos, quoniam

am lędit nos gladius Timothei. Rurſum uenit alia epiſtola ex Galilęa, quæ ſic continebat: aſcende & ſalua nos, quoniam perdunt nos uiri Tyrij & Zidonij & Macedones, qui ſcilicet ibi habitabant. Factumqûe eſt cum audiſſet Iehudas ſermones iſtos, prędicauit ieiunium & orationem, elegitqûe ex omnibus fortibus fidelium exercitum, & feſtinans abijt & traiecit Iordanem. Simeon quoque acceptis tribus millibus ex fortiſſimis Iehudæ, abijt in Galilæam initôque pręlio magno ſtrauit in terram octo millia & ſaluauit fratres ſuos in Galgal. Accepit quoque omnia ſpolia & redijt in Ieruſalem. Iehudas aũt conſecratus ad bellum, tranſito Iordane uenit in Gilead, ad Timotheũ, inuenitq; eũ oppugnantẽ ciuitatẽ, quæ ſita erat in monte Gilead, & inierunt utrique prælium magnum, ſtantibus iſtis aduerſum illos. Habebat autem Timotheus ſecum populum multum & robuſtum, Iehudas autem habuit paucos uiros. Et clamans ad dominum de profundo certaminis, eleuanſqûe oculos ſuos, uidit quinque iuuenes ſedentes ſuper equos, quorum indumẽta erant aurea, & duo ex eis ſtabant pro Iehuda, unus ſtans ab illo & alius ab alio latere, defendentes eũ clypeis ſuis, & tres pugnabant aduerſus Timotheum. Factum itaque eſt, cum uidiſſet eos Iehudas, cognouit eos è cœlo miſſos pro auxilio fidelium, & confortans adoleſcentes ſuos uim fecit exercitui Timothei, percuſſitqûe de excercitu eius uiginti millia & quingentos. Fugienteqûe inde Timotheo per uiam Iordanis, perſecutus eſt eum Iehudas, inſequendo & cædendo. Et cum hinc quoq; fugeret ad littus maris, peruenit ad Gazam, ubi & ſtationem firmauit inſtaurauitqûe prælium, quoniam collectæ ſunt ad eum omnes copiæ Paleſtinæ. Iehudas uero appropinquãs loco illi, irruit in eum more leonis qui irruit in greges ouium, & uertens Timotheus tergum ſuum ad fugam, diſperſi ſunt ab eo omnes milites eius, quos inſequentes bellatores Haſmonaim, percuſſerunt eos atque contriuerunt eos uſque ad internitionem. Ingreſſus uero Timotheus urbem Gazæ, clauſit portam poſt ſe & pugnauit è muro: Iehudas uero & electi milites Haſmonaim accedentes ad ciuitatem pugnabant contra eam quinque diebus. Et factum eſt in die quinto, ut aſcenderent milites Timothei ſuper turrim magnam & maledicerent atque exprobrarent duci exercitus, proferrentqûe blaſphemias quæ non ſunt à nobis narrandæ. Tunc Zelo accenſi uiginti electi milites ex genere Haſmonaim contra conuitia illa, acceperunt clypeos in ſiniſtras ſuas atque gladios in dextras, & currentes contra murum, aſcendit unus & poſt illum alius, applicuerant enim ſcalam muro, & tranſcenderunt murum, & obſtacula quęque amouerunt pro ſocijs ſuis. Aſcendentes itaque uiginti illi in ciuitatem & deſcendentes in plateam ciuitatis, uociferati ſunt & ſtrauerunt quoſdam interfectos in terram, currenteſqûe ad portam pugnauerunt pro porta, & capta eſt tandem Gaza. Sed & blaſphemi illi uiui deprehenſi ſunt, qui conuicia iecerant in principem conſecratũ ad bellũ, & cõbuſſerunt eos igni. Percuſſerũt deniq; Gazã in ore gladij, & interfecerũt in ea omnem maſculum, duobus diebus non ceſſantes ab interficiendo, fugienſqûe Timotheus abſcondit ſe in uno lacuum, nec inueniri potuit. Inuenerunt tamen fratrem eius Chęreã & Apollophanẽ, & duxerunt eos ad Iehudam, pręcipienteqûe Iehuda abſciſa ſunt capita eorum.

Deinde tulerunt spolia ciuitatis & reuersi sunt in Ierusalem cum cantico & hymno atq; cum gratiarum actionibus, laudantes dominum iuxta cãticum Dauid regis Israël, quoniam in æternum misericordia eius.

¶ Toties uictis Antiochi regis ducibus, suasit Iehudas ut post tantas sibi donatas uictorias ascẽderent Ierosolymam, templumq; ab idolis expiarent, & legittimas hostias immolarent. Qui dum cum tota multitudine ad Ierusalem peruenisset, templum desertum inueniens, & incensas portas, & syluas in templo pullulasse, elegit milites qui expugnarent eos qui arcem custodiebant, dum ipse templum à ruinæ fœditate purgaret. Quod diligenter emundans, introduxit noua uasa, candelabrum & mensam & aram ex auro factã. Reposuit & uela in ingressu, & ianuas ipsas reconstruxit. Deponens quoq; altare, de lapidibus nouis aliud ædificauit. Deinde 25. die mensis kislef accẽderunt lumina super candelabrum & adoleuerunt, & holocausta in nouo altari obtulerunt. Hæc autem facta sunt post tres annos, eodem die quo mutata est eorum religio ad prophanam idolorum consuetudinem, anno scilicet 148. Celebrauit autem Iudas cum ciuibus suis dedicationem templi diebus octo, & posuit legem ut posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent. Eadem ferè habentur 2. Machab. 10. de purgatione & dedicatione templi, & item 1. Machabæorum quarto. Cæterum mensis kislef est tertia lunatio ab æquinoctio autumnali. Reparato itaque templo, gentes finitimæ Iudæis suam felicitatem inuidentes, undiq; surrexerunt, & multos Iudæorum per incursiones & insidias opprimebant. Aduersum quos frequẽter bella Machabæus educẽs, ab incursionibus & à malis, quæ Iudæis inferebant, eos arcere tentabat. Vnde Idumæos domuit, & Ammonitas habentes magnum exercitum, quorum dux erat Timotheus, humiliauit. Describitur autem hæc historia obiter 1. Machabæor. 5. ab initio capitis. Habes quoq; ibi quomodo Simeon in Galilæam missus, strauerit tria milia hostium, & residuos fugauerit usque ad portas Ptolemaidis. Proinde 2. Mach. 10. scribitur mox sequẽs pugna, qua Iehudas rursum superauit Timotheum. Dicitur tamen ibi, aduersarijs apparuisse de cœlo quinq; uiros in equis, Iudæis ducatum præstantes, ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circumseptum incolumem cõseruabant, in aduersarios autem tela & fulmina iaciebant, sicq; interfecti fuerunt uiginti milia quingenti peditum, & equites sexcenti. Effugiens uero Timotheus in Gazam ad fratrem suum Chærean, expugnato præsidio, & per biduũ quæsitus atq; repertus, peremptus fuit unà cum fratre.

CAPVT XIIII.

FActum est proinde cum audisset Antiochus rex, qui & Epiphanes & Eupator dictus est, filius Antiochi illius qui afflixit Ierosolymam, quique occidit bonos & probos uiros, & qui mortuus est in plagis magnis, ut supra scripsimus, misit Eupator ipse Lysiam filium patrui sui cum exercitu octoginta miliũ equitũ & cũ octoginta elephãtis atq; populo multo & robusto, ut irruentes in Iudæã oppugnarẽt Ierusalẽ atq; Bether. Extruxit ergo Lysias cõtra eã ꝓpugnacula per circuitũ, & cœpit quatere eam arietibus ferreis & lapidibus iaculatorijs, Iehudas aũt & omnis exercitus Hasmonaim habitabãt in syluis & montibus propter Græcorum aciem. Dixitq; Iehudas ad expeditos suos.

Age

Age preoccupemus faciem domini dei nostri in ieiunio & obsecrationibus, & tunc procedamus cōtra aciem Grecorū oppugnātium castellum Bether. Expletoq́ ieiunio clanxit tuba & dedit signum, abieruntq́ cunctus populus & electi iuuenes eius cum eo, ut auxiliū ferrent fratribus suis qui erant in Bæther. Et cum uenissent in Ierusalem ingressi sunt in sanctuariū, offerētes sacrificia & holocausta & inuocātes dominum. Deinde egressi sunt Ierosolymā, pugnaturi contra castra Græcorum. Dixitq́ Iehudas ad milites suos. Viriliter agite, ut fortiter stemus pro populo dei & pro fratribus nostris, moriamurq́ fortiter ne uideamus mala quę inueniunt populum nostrum. Factum itaq́ est, cum loqueretur uerba ista leuauit oculos suos & uidit inter terrā & cœlum uirum aurea indutum ueste & sedentem super equum, eratq́ similitudo equi instar flammei aspectus: in manu autem uiri erat hasta, uertebatq́ tergum suum uersus aciem Hasmonaim, facie autem sua respiciebat castra Grecorum, habebatq́ manum extētam ad percutiēdum castra Græcorum. Et ait Iehudas. Benedictus dominus qui misit angelum suum ad saluandum populum suum & ad percutiendum aciem hostium ipsorum. Festinantesq́ inde uenerunt ad Bether & irruerunt in medium castrorum Macedonum, terrentes castra & prosternētes ex Macedonibus undecim milia peditum atque mille & trecenta quadrigas. Conuersus itaque Lysias & omnis exercitus eius, cœperunt turpiter & ignominiose fugere: agnoscensq́ Lysias deum pugnare pro Israëlitis, percussit fœdus cum Iehuda. Sunt autem hæc uerba fœderis & epistolæ quam misit Lysias dux exercitus & secundus à rege Antiocho. Duci Iehudæ & cūcto populo eius pax. Notum sit uobis quod epistolas uestras accepi de manu Iohannis & Absalomi nunciorū quos misistis ad me, respōditq́ Iohanni & Absolomo, sed & nūcio meo quem misi ad uos cōmisi, ut uobiscum loqueretur uerba pacis. Est proinde hic tenor epistolæ quam misit rex Antiochus ad Lysiam filium patrui sui. A rege Lysiæ fratri meo salus. Notum sit tibi quod epistolam quam misisti mihi de Iudęis accepimus & legimus cum uoluptate. Et quidem pater noster uiam uniuersæ terræ ingressus est, cessans conuersari inter homines, assumptus ad angelos, & ego quęro pacem per totum regnum meum, conorq́ cōpescere prelia & firmare pacem. Audiens uero quod Iudęi noluerunt acquiescere patri meo & derelinquere legem suam, sed magis arripuerunt gladium & interfecerūt meliores quosq́ & honorabiliores quos habuit pater meus, ob id digneris nobis dare dexteram tuam ut ineamus fœdus cum eis, & ipsi cognoscant q̄d me sciente & benigne consentiente permittam eos dominari, uiuere & seruare legem suam iuxta placitum ipsorū. Istud quoque est exemplar epistolæ q̄ misit rex Eupator ad Iehudam belli ducem & ad reliquū populum. Salus: Notum sit uobis quod euulgaui decretum per omnes prouincias, & per omnes populos qui sunt sub dominio meo de Iudæis, ne quisquam affligat eos, sed libere custodiant legem suam. Omnia autem quæ egit pater meus à principio, errando fecit. Parcite nobis, si & nos aliquando errauimus. En mittimus Menelaum, qui loquatur uobiscum pacifice.

¶ Vt iam supra memorauimus à principio huius libri, Antiochus Magnus duos habuit filios, Seleucum Philopatorem & Antiochum Epiphanem. Antiochus Epiphanes seu nobilis unum reliquit filium, Antiochum scilicet Eupatorē, qui & Epiphanes aliquādo appellatur, & de hoc agit caput istud. Porro historia huius capitis scribitur 2. Machab. undec. ubi sic habetur: Lysias procurator regis & propinquus grauiter ferens ea quæ acciderant, congregatis octoginta milibus & equitatu uniuerso, ueniebat aduersum Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam gentibus habitaculum facturum, templum uero in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra gentium habiturum, sicq; mente effrenatus in multitudine peditum & in milibus equitum & in octoginta elephantis confidebat. Ingressus autem Iudæam & appropinquans Bethsuræ, quæ hic Bæther appellatur, quæ erat in angusto loco ab Ierosolyma interuallo quinq; stadiorum, illud præsidium expugnabat. Quod ut Machabæus cognouit, cum lachrymis dominum rogabat, ut bonum angelum mitteret pro salute Israël. Cumq; armatus cum suis procederet ut fratribus auxilium ferret, apparuit præcedens eos eques in ueste candida, armis aureis hastam uibrans. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem dominum, & conualuerunt animis, non solum homines sed & bestias & muros ferreos parati penetrare. Irruentes autem in hostes prostrauerunt ex eis undecim milia peditum, & equitum mille sexcentos & reliquos in fugam uerterunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit, & intelligens inuictos esse Hebræos auxilio dei, misit ad eos promisitq; se consensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ in omnibus, utilitati consulens. Et quæcunq; Lysiæ scripsit de Iudæis, ea rex concessit. Exemplar utriusq; epistolæ habetur in memorato loco.

CAPVT XV.

IN diebus illis cœpit sub Iehuda regnum quartum post regnum tertium, nempe regnum Romanorum, quod excitatum est post regnum Græcorum. Et creuit nomen Romanorum super omnia regna, fuitq; designatum per bestiam quartam, quam uidit Daniel uir desideriorum, quę scilicet comedebat, cōminuebat & residuum pedibus suis conculcabat: sic gens ista Romanorum ascendit ad dignitatem & inualuit plurimum in militia, donec deuorauerunt & cōminuerunt omnes reges cūctorum regnorum. Ipsi quoq; pugnauerūt contra Antiochum regem Græcorum, qui in exercitu suo habuit centum & uiginti elephantes atq; populum multum & ualidum, equos & currus plurimos, sed deuicerunt eum Romani atq; coëgerunt eum ad dandum ipsis tributa. Humiliauerunt deniq; superbiam Annibalis regis Aphricę, qui præfuit urbi Carthagini, uenitq; cum populo graui & multo instar arenæ, quę plurima est in littore maris, habens secum omnem militiā barbarorū, omnes armigeros Aethiopum & Libyę, atq; alias plurimas gentes, & [a] transiens strictum mare, quod est inter Aphricam & Hispaniam, ueniensq; in Hispaniam humiliauit superbiam gentis Gothorū, & recedens inde [b] perambulauit omnē Germaniam, quæ est terra occidentalis, & subegit Britannos habitantes in mari oceano. Proficiscensq; inde uenit in Italiam & pugnauit conta Romanos. Egredientes autem Romani in occursum eius, inierunt cum eo prelium magnum & prostrati sunt in eo certamine innumeri Romani. Instaurantesq; Romani aciem pugnauerunt iterum contra Annibalem, sustinentes in decem annis decē & octo pugnas, nec poterant stare ante Annibalem. Demum uero educentes uniuersum fortissimorum uirorum exercitum, & preficientes illis duos strenuos duces, quorum unus uocabatur Aemilius & alter Varus, pugnam

parabant

parabant contra Annibalem, inueneruntq́ eum oppugnantem [c] Cannas urbem magnam. Cumq́ instruxissent aciem iuxta fluuiū Aufidum, cōmissum est ibi prelium, magnū & durum, prostratiq́ sunt ex Romanis quadraginta milia fortissimorum militum. Percussus est & Aemilius fortissimus Romanorum dux, claudens diem suum in congressu illo: Varus uero fugiens euasit, uenitq́ [d] ad Pæstum ciuitatem sitam inter montana & terram planam. Sed & ex uiris Annibalis prostrati sunt in bello illo mille, & persecutus est Annibal Romanorū exercitum usq; ad portas Romanas, & oppugnauit urbē decem & octo annis, extruens domos ante portas & uexans urbem. Tunc dixerunt senatores Romani ad inuicē: age, aperiamus portam & seruiamus Annibali, percutiamusq́ fœdus ut uiuamus & nō moriamur. Cōsentientibusq́ eis ut ita agerent, surrexit iuuenis quidam è medio ciuitatis nomine Scipio, qui dixit ad uiginti tres urbis senatores: Absit à nobis ut sic agamus cum Annibale. Cui illi dixerunt: quid ergo faciemus, cū iam in decimumseptimum annum stare nequeamus coram Annibale? Respondit eis: cōueniamus quęso & date mihi quinq; legiones militum, ut uadam & irruam in terram eius, depopulerq́ eam, si forte recedat à uobis & occurrat mihi, eripiens terrā suā de manibus meis, uosq́ quietos relinquat. Cui illi annuentes, tradiderunt triginta quinq; millia fortissimorum Romanorum: cum quibus ipse abiens in Africam patriam Annibalis, occidit Asdrubalem fratrem eius in bello, & abscindēs caput eius portauit illud Romā, uocansq́ Annibalem dixit ad eum. Quare concupiuisti terram nostram, & non potius abiisti ut eriperes terram tuam de manibus meis, quam ego perdidi? Vidésne caput fratris tui? Proiecto autem capite ante illum, agnouit Annibal caput fratris sui, & fremēs spiritu atq; confortans cor suum instaurauit aciem, iurans ait: Non desistam donec capiam urbem istam. Oppugnauit itaq; denuo urbem multis diebus.

¶ *Quæ hic occasione translatæ monarchiæ in* Romanos *scribuntur, diffusius & diligentius à* Tito Liuio *libris multis decadis tertiæ, &* à Lucio Floro *libro secundo capite sexto notata sunt.* Locus *ab initio capitis ex* Daniele *citatus, habetur septimo capite eiusdem.* *a* *Transiens strictum mare.*] *Mare illud angustum, ubi breuissimus est traiectus ab Africa in* Hispaniā, *uocatur fretum* Herculeum & *Strictum Sibiliæ.* *b* *Perambulauit* Germaniam.] *Quod* Annibal *perambulauerit* Germaniam, *peruenerit́q; ad* Britannos, *nemo* Latinorum *unquam scripsit: sed omnes dicunt illum ex* Hispania *rectà per* Galliam Narbonensem *superatis cum magna difficultate alpibus peruenisse ad* Italiam. *c* *Cannas urbem magnam.*] Non *magna fuit urbs sed insignis facta est magnitudine cladis, cum ibi* 40. *milia* Romanorū *cæsa referātur à scriptoribus.* Alioqui *Cannæ ignobilis* Apuliæ *uicus fuit, ut scribit* Florus *memorato loco, &* Liuius *lib. secun. decadis tertiæ.* *d* *Ad Pæstum.*] Vocis *hebraicæ incerta est pronuntiatio:* Videtur *quoq; eam per scriptores fuisse corruptam.* Apud Liuium *iam citato loco sic legimus:* Consul *alter seu forte, seu consilio, nihil fugientium infestus agmini, cum quinquaginta ferè equitibus* Venusiam *profugit.* Sic *ergo hebraica uox* בסתיאה *ut ego illam scriptam inueni in exemplari* Constantinopolitano, *scribenda esset* בנוסיאה Venusia. Ptolemæus *utriusque loci meminit &* Cannarum & Venusiæ *libro tertio capite primo in fine.* Vocat *tamen* Cannas Canusium.

CAPVT XVI.

ABiens autem rursus Scipio in Africam, deuastauit uniuersam regionē illā, pergensq́ cōtra Carthaginē, obsedit eam. Mittentes ergo ciues nuncios Romā ad Annibalē dixerūt: ut qd appetis terrā alienā, & finis terrā tuā eripi de manu tua? Nisi illico ueneris & liberaueris nos de manu Scipionis, cogemur aperire portam & tradere in manū eius urbē & uniuersam familiā tuā. Lectis itaq; Annibal literis istis, & dimissa Roma uenit in Epirum ubi stabant naues. Interfecit autē ibi innumeros Romanos, uiros & pueros, quos captiuos apud se habuit. Cumq́ transfretasset, occurrit ei Scipio, commissoq́ prælio magno, deuicit eum Scipio & in fugam egit, occidens in illo certamine animas plurimas, nempe mille uiros. Tribus uicibus percussit eum in prælio, fugientemq́ue Annibalem insecutus Scipio uenit in Aegyptum, & tradidit eum Ptolemęus rex in manum Scipionis. Quem Scipio secum ducens, rediit cum magna gloria in Africam. At Annibal cum uenisset in Africam hausit mortiferum uenenum, sepultusq́ est in ea terra. Scipio uero subegit totam Africę terram & etiam omnem locum ubi erant uenæ auri & argenti, creuitq́ nomen Romanorū supra omnes gentes terrę. Et hoc est quod preuidit Daniel uir desideriorū: Comedit & cōminuit, residuumq́ pedibus suis cōculcauit. Ipsi siquidē sunt, q deuorauerunt populū Iudaicum & deuastauerunt Ierusalem.

¶ *Quæ in hoc capite de superato Annibale & deuicta Africa compendio scribuntur, omnia à Latinis historicis clariora & uериora traduntur.*

CAPVT XVII.

CVm itaque audissent senatores Romani robur quod dominus concesserat Iudæis, inito consilio fecerunt societatem cum eis. Est autem hic tenor uerborum epistolæ, quam miserunt Romani ad Iehudam filium Mathathiæ. Quintius Memmius, T. Scipio Manlius principes Romani, Iehudæ consecrato ad prelium & cunctis aliis senioribus Israël salutem. Notum sit uobis quod audiuimus de fotitudine bellorum uestrorum & lætati sumus: & cuncta quę scripsimus de Iudæis, ea quoq; scribemus per uniuersam terram nostram. Et certe proderit uobis quod estis socii nostri magis quam Græcorum, qui uos afflixerunt. Et nos quidem constituimus bellum mouere contra Antiochiam, & ob id festinanter mittite nobis epistolam, ut sciamus qui sint hostes uestri. Hæc sunt uerba fœderis quod percusserunt Romani cum Iehuda. Si imminuerit bellū Romanis, Iudæi iuuabunt eos & non offerent arma bellica hostibus eorum, neq; triticum aut ullum uictum, id quod statuit Consul & trecenti atq; uiginti consiliarii eius. Et rursum si bellum surrexerit contra Iudæos, iuuabunt eos Romani pro uirili sua, & non tradent hostibus Iudæorum arma bellica, aut triticum aut ullum uictum. Et quando Iudæi uenerint ut ipsis opem ferant in tribulatione, non adiicient isti super illos neque subtrahent quicquam, quemadmodum statuit Consul & consiliarii eius. Post hęc factum est, ut terra quiete frueretur quasi octo mensibus. In diebus illis cœpit Iehudas iudicare impios de medio populi sui. In tempore quoque illo habitauerunt in omnibus ciuitatibus Iehuda & in littore maris à Gaza usq; ad Aconē Iudęi & Macedones pa-

nes pariter. Viri Iapho & Iabne facientes malum magnum, deceperunt Iu/
dæos qui erant in medio eorum, ſuadentes ut ingrederentur naues ſuas cum
uxoribus & liberis, abeunteſq; luderent cum eis in mari. Porro illi credentes
eis abierũt. Cumq; ueniſſent ad locum profundum, ſubmerſerũt ex eis in ma
ri ducentas animas. Quod cum nunciatũ eſſet Iehudę, fleuit, & prædicans ie/
iunium abijt ad Iapho & obſedit eam, tradiditq; eam deus in manum eius. Se
parans autem de medio eius Iudęos, percuſſit totam ciuitatem in ore gladij, à
uiro ad mulierem, & à paruulo ad infantem, & cõbuſſit ciuitatem. Sic quo/
que fecit Iabnæ. Incẽdit deniq; omnes naues ciuitatum Iapho & Iabnę, & ap
paruerũt flamma & fumus incendij Ieroſolymis per [c] ducenta & quadragin/
taſex ſtadia, ſicq; uindicta ſumpta eſt de ſanguine puerorum & mulierum, q
ſubmerſi fuerant in mari. Abiens autem inde & perueniens ad deſertum Ara
biæ, percuſſit gentem Arabiæ, ſtrauitq; multos in medio eius, & impoſito eis
tributo, reuerſus eſt ad terram Iehuda.

¶ *Primi Machab. octauo & apud Ioſephum lib. 12. cap. 17. ſcribitur, Iudæos audiße uirtutem Romanorum & uictorias eorum, & propterea deliberauerunt cum eis amicitias copulare, mittentes Romam Eupolemium & Iaſonem. Cumq; uenißent Romam, ſenatus libenter eos excepit & ea quæ petierunt celeriter annuit. Facienſq; ob hoc ſenatuſconſultum, exemplum quidem ad Iudæam tranſmiſit, ipſum aũt tabulis æreis ſcriptum in Capitolio collocauit. Erat autem huiuſmodi ſenatuſconſultum de auxilijs & de fide circa gentem Iudæorum. Neminem ſubiectorum Romanis, bellare contra gentem permittimus Iudæorum, nec alicui bellanti præbẽdum cenſemus triticum, aut naues, aut pecunias: & ſi quis contra Iudæos putauerit eße bellandum, ſciat eis nos auxilia præſtaturos. Et rurſus ſi Romanorum quilibet inuaſerit terram, Iudæos eis modis omnibus obſtaturos. Et ſi quid de hoc pacto gens Iudæorum uoluerit uel addere uel auferre, cõmuni ſententia populi Romani faciendum eße conuenit. Porrò ſub quibus conſulibus hoc ſenatuſconſultum fuerit conditum, neq; Ioſephus neq; primus Machab. exprimit liber. In ſecundo uero Machab. in fine undec. capitis exprimuntur nomina conſulum conformia nominibus hic ſcriptis, niſi quod autor noſter addit Scipionis nomen.* a *Gaza.*] *Hanc urbem Hebræi Azam uocant. Acon uero alio nomine uocatur Ptolemais, ambæ in littore maris ſitæ.* b *Viri autem Iapho.*] *Duæ ciuitates iſtæ à noſtris uocantur Ioppe Iamnia, deſcribiturq; hæc eadem hiſtoria 2. Machab. 12. Ioſephus uero eius non meminit.* c *Ducenta quadraginta ſex ſtadia.*] *Faciunt hæc 246. ſtadia circiter decem millia Germanica, hoc eſt, iter duorum fere dierum. Porro hiſtoriam de ſuperatis Arabibus translatio noſtra memorato loco ſic explicat: Inde cũ abißent nouẽ ſtadijs & iter facerent ad Timotheum, commiſerunt cum eo Arabes quinq; millia uiri & equites quingenti. Cumq; pugna ualida fieret & auxilio dei proſpere ceßiſſet, reſidui uicti Arabes, petebãt à Iehuda dextras ſibi dari, promittentes ſe paſcua daturos & in cæteris profuturos. Iehudas autem arbitratus uere in multis eos utiles, promiſit pacem, dextriſq; acceptis diſceßere ad tabernacula ſua.*

CAPVT XVIII.

HInc perrexit contra ciuitatem munitiſſimam, cuius nomen erat
Caſpin, in qua multę habitabant gentes, habẽteſq; fiduciã in ſe
metipſis maledixerũt Iehudę, & multa loquuti ſunt cõtra popu
lũ Iſraël, q non cõueniunt ut à nobis narrent. Et ait Iehudas: De
us omnipotẽs, q dediſti Iericho in manũ Iehoſuæ ſerui tui p uo/
cẽ clangoris populi tui, da hodie in manus noſtras ciuitatẽ iſtã, ut ulciſcamur
opprobria qbus blaſphemauerũt populũ tuũ et deũ eius. Accipienſq; in ſini/
ſtrã ſuã clypeũ ſuũ & extrahẽs gladiũ ſuũ trãſiliẽdo cucurrit ad portã ciuitatis

ſequutiq́ʒ ſunt eum cuncti adoleſcentes de genere Haſmonęorũ, & obliniuẽ runt portam cum pice, admouentes ſpinas ex deſerto. Et mittentes incenderunt portam, ignem adhibentes pici & ſpinis deſerti. Incenſa autem porta, cecidit illa in terram, tradiditq́ʒ deus ciuitatem illam in manum eorum, & fecerunt tantam ſtragem in ea, quantam non conſtat factam ab antiquis diebus. Nam per duo ſtadia in longum & latum diffluxit ſanguis, egrediens de ciuitate in modũ ſtagni aquæ decurrentis. Profectusq́ʒ inde ſeptingentis & quinquaginta ſtadijs, uenit contra eum Timotheus cum populo multo: Iehudas uero inuocato domino procedens cum decem millibus electorum ex Iehuda uirorum, inijt prælĩu magnũ cum eo, ſtrauitq́ʒ Iehudas de exercitu Timothei triginta millia, qui omnes interfecti corruerunt in terram. Conuerſusq́ʒ dux exercitus & Soſipater, & digrediẽtes à militibus Iſraël, ceperunt Timotheum uiuum, adduxeruntq́ʒ eum ad Iehudam. Et cum pręcepiſſet Iehudas ut auferreẽ caput eius ab eo, fleuit Timotheus & cum magno lamento orauit Iehudam dicẽs: Obſecro domine ut non interficias me. En habitant multi Iudæi in regione mea, & ego iuro tibi me benefacturum eis cunctis diebus uitæ meæ. Cumq́ʒ iuraſſet ei miſertus eſt Iehudas illius & non interfecit eum, ſed dimiſit eum. Et ab eo tempore Timotheus non adiecit amplius inferre mala Iudęis cunctis diebus uitæ ſuæ, ſed iuramentum à ſe factum conſeruauit. Proficiſcens autem Iehudas abijt in deſertum Arabiæ, & irruens in exercitum regis Macedonum, ſuperueniensq́ʒ ueſperi percuſſit eos & in fugam conuertit, proſternens in terram uigintiquinq́ʒ millia. Et hinc abiens contra ciuitatẽ magnam nomine Ephron, obſedit eam, tradiditq́ʒ eam deus in manũ ſuam, & fudit in ea mille uiros. Diſcedensq́ʒ hinc abijt ſexcẽtis ſtadijs contra Scythopolim, & perterriti ualde Scythopolitani exierunt in occurſum eius & cũ fletu atq́ʒ obſecrationibus dixerunt: interroga domine dux militiæ, Iudæos q̃ habitant apud nos, ſi non benefecerimus eis in diebus Antiochi crudelis, qñ multi Iudæi ſaluati ſunt apud nos, & nos uitam illorum ſuſtentauimus. Id autem & Iudæi qui habitabant inter illos conteſtati ſunt. Quaproter Iehudas benedixit eis, deſerensq́ʒ eos uenit Ieroſolymam tribus diebus ante ſolennitatem pentecoſtes.

¶ *Hiſtoria de Caſpin expugnata urbe, eleganter deſcribitur in ſecũdo Machabæorũ capite 12. Vbi dicitur eam firmam fuiße, põtibus & muris circunſeptam & incolas fiduciam habuiße in ſtabilitate murorum & apparatu alimoniarum, quapropter remißius agebant, laceßentes iniurijs Iehudam. At Machabæus inuocato magno principe mundi, qui ſine arietibus & machinis tempore Iehoſuæ præcipitauit Iericho, irruit ferociter in murum, & capta ciuitate tantam in ea cædem fecit, ut adiacens ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis ſanguine interfectorum fluere uideretur. Sic noſtra habet æditio. Porro alteram & mox ſequentem hiſtoriam ſic deſcribit: Inde autem diſcedentes per ſtadia 750. tranſierũt in Characa ad eos qui dicuntur Tubiaẽni. Et Timotheũ quidẽ his in locis non cõprehenderunt infecto negotio, tunc à locis regreßum, relinquentem autem præſidium in quodam loco & ualde firmum. Doſitheus aũt & Soſipater ex his ducibus qui circa Machabæũ erant exeuntes peremerunt à Timotheo relictos in præſidio plures decem mille uiris. At Machabæus ordinans ſuũ exercitũ per cohortes cõſtituit eos in turmas, & in Timotheũ impetũ fecit, habentẽ circa ſe centũ uiginti millia peditũ, equitumq́; duo millia quingẽtos. At aduentũ cognoſcẽs Iehudæ, præmiſit Timotheus uxores & filios & reliquũ apparatũ ad præſidiũ quod dicitur Carnion. Erat enim difficile obſeßu & acceßu difficile caſtellũ ob omniũ locorũ anguſtiã. Vide memoratũ libri Mach. locum.*

Caput

CAPVT XIX.

POst solennitatē aūt rursum egressus, ꝓcessit cōtra Gorgiā prin-
cipē militię Aedom, educēs cōtra eum tria millia peditū & qua
dringētos equites. Cumq́ꝫ cōgressi fuissent, ceciderunt quidam
ex fortissimis Hasmoneis in die illo. Nam uulneratus fuit Dosi
theus princeps militię & ꝑcussus in humero suo, & parū abfu-
it q̄n retrocessissent electi milites Hasmonęorū. Vidēs ergo Iehudas stragē
militū suorū orauit ad dominū, confortatisq́ꝫ militibus suis ꝑcussit ex castris
Gorgię plurimos fuditq́ꝫ in terrā, & clamās ait: Ad te ô Gorgia. Trāsiliensq́ꝫ
ad eū extēdit dexterā suam ut illū percuteret, at Gorgias cōuersus retrorsum
fugit à facie Iehudę, proiectisq́ꝫ armis suis bellicis à se euasit, & non est ultrà
cognitus uiuus uel mortuus. Sunt tamen qui dicunt illum mortuum in de-
serto Aedom. Iehudas uero cōuersus percussit uniuersam terram Aedom &
subuertit cunctas ciuitates eorum, adegitq́ꝫ ad tributum. Tunc inuenta sunt
sculptilia gentilium sub uestimentis militum Iehudę, qui interierant in bello,
& cognouit Iehudas quod propter istam iniquitatem cecidissent, dixitq́ꝫ: Be
nedictus dominus qui reuelat secreta: & cōfortans populum ad seruiendum
deo in sanctitate & puritate, reuersus est in Ierusalem.

¶ Hic primum monendus est hebraicæ linguæ studiosus, literam lamed numeralem referendam ad idē substantiuū, nempe ad מאות *ad quod refertur litera daleth. Cōstituit autem trigesies centum, tria millia. Cæterū historia ipsa describitur quoq; 2. Mach. 12. Addūtur tamen ibi nōnulla quæ hic in hebræo non sunt, potissimū in fine subijcitur, quod oratio uiuorum pro defunctis facta prosit mortuis ipsis in alia uita. Id cum in alio scripturæ loco non inueniatur, neq; Iudæis in hunc usq; diem in usu sit, orare pro his qui iam sunt sub iudicio dei, uidetur coronis ista per audaculum aliquem adiecta. Et ne quisquam hic garriat, me fidelem hebraismi interpretem non extitisse, hunc ego ad exemplar Constantinopoli à Iudæis impressum mitto, quod passim hodie apud Iudæos nostrates inuenitur, quodq; ego sequutus sum, & ibi inueniet, me alia nō reddidisse quā quæ in codice illo inueni.*

CAPVT XX.

FActum est proinde cū audiuisset Eupator filius Antiochi om-
nia bella quę gesserat Iehudas & ciuitates quas ceperat, dissol-
uit pactū q̄d inierat cū Iehuda, uenitq́ꝫ cū exercitu magno instar
arenę, quę plurima est in littore maris, habens secū currus & eq
tes atq́ꝫ elephantos uiginti duos, atq́ꝫ Lysiam filiū patrui sui &
populū ualidū, & ingressi terrā Iehuda obsederūt Bethar. Clamātes aūt Iehu
das & omnes seniores israël ad dominū in ieiunio et obsecrationibus, obtule
rūt holocausta & sacrificia pacificorū. Factumq́ꝫ est in nocte, & accepit Iehu
das secū omnes milites Hasmonęos, irruensq́ꝫ nocte in castra regis occidit de
fortissimis regis quatuor millia, sed & grādiorē interfecit elephantū. Cumq́ꝫ
mane illuxisset ordinauit rex aciem contra Iehudam, & factum est pręliū ma
gnū. Vidēs aūt Iehudas unū ex elephātis nitescentē lorica aurea, q̄ cęteros ele
phātes magnitudine excellebat, suspicatus est regē insidere ei, idcirco excla-
mauit dicens: Quis est in uobis ô pueri? Et assiliens Eleazar frater eius, unus
ex militibus Hasmoneis, cucurrit cōtra elephantū, sternens in terrā omnes q̄
ei obuiā uenerūt ex fortissimis regis, percutiēs ad sinistrā & dexterā, cadēti-
bus ante ipsum interfectis hinc & hinc. Immergēs itaq́ꝫ sese in mediū ꝓfundi
belli, uenit inter pedes elephāti, & fixo in umbilicū eius gladio suo, cecidit e-

lephas super eum, mortuusq́ʒ est coram domino & coram populo suo, relinquēs nomen & exemplum fortitudinis atque luctum apud populum suum. Ceciderunt præterea in bello illo de excellentioribus regis octingenti tantum, de reliquo autem populo plurimi & desistens rex à prælio abijt ad tabernaculum suum. Tunc nunciatum est ei à dicentibus: Ecce Philippus rebellionē mouit in terra tua, sed & Demetrius filius Seleuci uenit ab urbe Roma, habēs secum exercitū ualidum, conaturq́ʒ eripere regnum de manu tua. Quo audito fecit rex pacem cum Iehuda & inijt fœdus cum eo, & osculans eum iurauit tam ipse quàm Lysias filius patrui eius, dixeruntq́ʒ ad eum: Non adijciemus ultrà impugnare Ierusalem cunctis diebus uitę nostræ. Et proferens rex plurimum auri, obtulit munus in domum domini, quæ est Ierosolymis, cepitq́ʒ Menelaum uirum Iudęum qui induxit Antiochum patrem eius, ut ueniens in Ierusalem faceret omnia mala illa quæ fecit. Idem etiam incitauit regem ipsum Eupatorem. Iratus ergo rex contra eum dixit. Apprehendite eum. Fuit autem turris in loco illo, habens altititudinem quinquaginta cubitorum, & iuxtam eam erat immensa congeries cineris & fauillarum. Pręcipienteq́ʒ rege duxerunt Menelaum super turrim & ligatis manibus eius deiecerūt eum, submerseruntq́ʒ in profundos cineres, ubi & mortuus est propter crudelitates & iniquitates atqʒ peccata sua. Nā supra modū impie egit, faciēs abominationes plurimas ante altare domini, cuius & cinis & fauilla sancta sunt. Punitus itaqʒ est impius ille & suffocatus in cinere, eo quod iustus sit dominus, qui & reddidit ei iuxta uias eius atqʒ iuxta fructum studiorum eius. Abeunte autem rege in uiam suam in Macedoniam, cœpit Iehudas iudicare populum suum & facere iustitiam atqʒ iudicium.

¶ Multi sunt qui describunt historiam huius capitis, nempe Iosephus, Iosippus, autor secundi Machabæorum, idq́; capite 13. & autor primi Machabæorum capite sexto. Causam belli dicit Iosephus fuisse, quod Iehudas conabatur deuastare custodiam arcis Ierosolymitanæ, in qua Macedones & transfugæ Iudæi delitescentes, inuadebant illos qui immolaturi ascendebant in templum. Vnde multi ex arce egreßi uenerunt ad Antiochum, petentes non debere se despici, dum à contribulibus suis atrocia paterentur, quæ ideo sustinerent, quoniam religione sua relicta, patris eius imperijs obedißent, & nunc pericula sustinerent per Iehudam & uiros eius, necnon & custodes à rege deputati, nisi aliquod ab eo præsidium mitteretur. Hæc audiens adolescens Antiochus ualde iratus est, conuocansq́; duces congregauit exercitum centum millia peditum, equitum uero uiginti millia & elephantos ducentos & trigintaquinque. Et cum obsedißet Bethsuram ciuitatem munitißimam, proceßit contra illum Iehudas Machabæus, non territus ab elephantis gestantibus turres excelsas, à clypeis auro & ære nitentibus, à clangore tubarum & frementi hostium uociferatione, sed fortiter excipiens inimicos, ex eorum præcursoribus usque ad sexcentos occidit. Eleazarus autem frater eius Mauro cognominatus uidens sublimiorem elephantum, ornatum loricis regalibus, & putans in eo sedere regem, acceßit ad eum omni uirtute, & multos circa elephantem perimens & sub uentrem ingreßus elephantis, eum percußit. Qui mortali plaga percußus, moriens cecidit, & Eleazarum suis compreßum ponderibus interemit. Iudas autem fortitudinem hostium contemplatus disceßit ad Ierosolymam & obsidioni neceßaria præparabat. Antiochus autem partem exercitus in Bethsuram misit eamq́; in deditionem accepit, cum reliqua autem uirtute Ierosolymam profectus, obsedit diu Iudæos qui ad templum confugerant. Reliqua uide primo Machabæorum 6. in fine.

Caput

CAPVT XXI.

IN tempore illo uenit Demetrius filius Seleuci habens secũ exercitum Romanorũ & pugnauit cõtra Eupatorem Antiochũ, interfecitq́; exercitũ eius & Lysiam filium patrui eius, & regnauit ipse in Antiochia quæ est in Macedonia. Veniens autem ad eum Alkimus sacerdos, uir impius, qui comederat carnes porcinas in diebus Antiochi crudelis, dixit ad Demetrium: Viuat rex. Quousq; non facis iudicium seruis tuis qui sunt in terra Iehudę? Nam inualuit gladius eius in terra, quã occupauit Iehudas filius Mathathiæ, cui adhęrẽt Iudæi qui uocantur Hasidęi. Is occidit nos propterea quod rebelles extitimus legi eorum, & subiecimus nos legi uestrę. Huiuscemodi Alkimus usus mendacijs, flexit illis Demetrij mentem. Mittens namq; Demetrius principẽ militiæ suę & grauissimũ exercitum, nempe centum currus, elephantos & pedites sine numero, destinauit illum in Ierusalem, demandans Iehudę uerba pacifica, dicensq́;: Veni & uideamus nos mutuo in amicitia & colloquamur de pace. Quibus uerbis Iehudas non est territus, sed iuit ad Nicanorem, & Nicanor egressus est in occursum eius, amplexãsq́; eum, salutauit cũ pacifice. Cumq́; attulissent sedes, collocauerunt eas in cõspectu eorum, & sedentes super eas cœperunt loqui de pace. Porrò Iehudas præceperat militibus filijs Hasmonęis, ut afferrent arma sua bellica. Dixit enim, ne forte irruant in nos subito hostes. Astiterũt itaq; ei milites Hasmonęi, sicut pręceptũ erat eis. Surgẽtes autem è solijs, reuersi sunt in Ierusalem Nicanor & Iehudas, & non prouocabant sese ad prælĩũ, quin magis Nicanor diligebat Iehudam, dixitq́; ad eum: Decet ut uir qualis tu es, accipiat uxorem & gignat filios. Accepit ergo Iehudas uxorem & genuit filium. Porro Alkimus uidens amicitiam eorum abijt ad regem, & retulit ei uerba ista. Tunc scripsit rex Nicanori & ait: Nisi miseris mihi Iehudam filium Mathathię uinctum catenis æreis, scias te moriturũ. Quod audiens Iehudas abijt & fugit, egressusq́; est noctu ab urbe. Abiens autem clanxit tuba, dans signum pro bello, & collectus est ad eum omnis Hasmonęorum exercitus atq; cuncti milites [a] Hasidęi, pergensq́; in Samariam mansit ibi. Nicanor uero ingressus in sanctuarium domini, dixit ad sacerdotes: Educite uirum ad me, ut illum mittam ad regem. Et iurauerunt sacerdotes dicentes, non uenit huc neq; uidimus eum ab heri & nudiustertius. Ille autem conuicia dicens in templũ domini, spuensq́; contra ipsum ait: ego subuertam templum & nõ relinquam in eo lapidem super lapidem, suffodiamq́; & euertam omnia fundamenta eius, quibus dictis, abijt furẽs. At sacerdotes plorauerunt inter uestibulum & altare, dixeruntq́;: Deus qui habitasti in domo ista à diebus antiquis usque nunc, ubi est solium tuum & scabellum pedum tuorũ, atq; omnis cultura tua, en Nicanor impleuit cor suum, ut blasphemare ausus fuerit domum tuam & ornatissimum sanctuarium tuum, sume quęso uindictã de eo, ut sciant cunctę gentes, sicut locutus est stulticiam ita moriatur ut Nabal stultus.

¶ *Habuit Antiochus Magnus duos filios, nempe Seleucum* Philopatorem, *&* Antiochum Epiphanem, *& uterq; habuit filium. Seleucus enim habuit* Demetrium, *&* Epiphanes *reliquit* Antiochum Eupatorẽ. *Moriente autem Seleuco filius eius* Demetrius *non successit patri in regno, sed pa-*

truus eius Seleuci frater usurpauit regnũ, & post eum filius eius Antiochus Eupator. Quod uidens Demetrius concesßit Romã, ut Romanorũ auxilio auitũ assequeretur regnũ. Cumq́; ibi nihil egisset, fugiens inde & perueniens ad Tyrũ imposuit sibi diadema, & colligens quosdã mercede cõductos satellites ingressus est aulam, omnibus libenter eum suscipientibus. Comprehendentes uero Antiochum regem cum Lysia, iubente Demetrio interemerunt eos, cũ regnasset Antiochus annis duobus. Conuersi autẽ ad eum multi Iudæorũ maligni uel transfugæ, cũ quibus erat Alchimus princeps sacerdotum, accusabant gentẽ Iudæorũ & Machabæũ, dicentes quod omnes amicos regis interfecissent, omnesq́; eius fautores perdidissent, & seipsos extorres proprio solo factos, &c. Quibus uerbis cõmotus Demetrius, misit ducẽ exercitus Bachidẽ & Alkimũ, præcipiens perimi Iehudã & eos qui cum illo erant. Veniens ergo Bachides, misit ad Iehudam quasi loquuturus cũ eo de amicitia uel pace, reuera autẽ dolo uolens eum capere. Ille uero minime credidit, uidẽs eum cum tãta exercitus multitudine adesse. Nihil autẽ Bachides efficiens sed sæuiens inter Iudæos interfectis aliquot redijt Antiochiã ad regem. Tunc Demetrius destinauit Nicanorẽ fidelisßimũ amicũ cum exercitu, qui cum eo à Romana ciuitate fugerat, præcipiens ei, ut nullatenus parceret genti Iudæorũ. Nicanor uero perueniens ad Ierosolymã, pugnare aduersus Iehudam minime decreuit. Dolo autẽ opprimere eum cupiẽs mittit ei uerba pacifica, sed cũ Iehudas insidias intellexisset, exiliuit & ad suos confugit. Quod uidens Nicanor, pugnam præparans conflixit cum eo. Sed Iehudas uictum cõpulit ad arcem Ierosolymorũ confugere. Cui descendenti ab arce ad templum, occurentes aliqui sacerdotũ et seniorũ salutabãt eum, & immolationes ostendebant, quas pro rege deo se offerre dicebãt. At ille interminatus est eis templũ deponere, nisi redeunti sibi traderent Iehudã. Et hæc quidem interminatus exijt ab Ierosolymis. Hæc copiosius inuenies 1. Mach. 7. & 2. Mach. 14. a *Hasidæi.] Vox est heb. et nõ latina, ut Nicolaus de Lira exponit, quasi asßidue cultui diuino uacãtes. Significat enim* חסיד *piũ in deum et proximũ, & sic Hasidæi uocabantur illi Iudæi, qui cõstantes manserunt in obseruãtia legis diuinæ, & nullis minis tyrannorũ poterãt hinc auelli, sicut ecõtra* רשעים *id est, impij, uocabãtur trãsfugæ Iudæi & filij Belijaal, qui gentiliũ ritibus cõsentiẽtes à lege dei recedebãt.*

CAPVT XXII.

PORRO Nicanor quęrebat Iehudã in cũctis domibus Ierusalem, misitq́ cohortẽ quingẽtorum militũ ad domũ Ricasij senis, qui fuit unus ex uiris Hasidæis, probatus in diebus Antiochi & integer inuentus: nam susceperat in corpore suo plagas & passiones plurimas, uocatusq́ fuit pater Iudæorũ & iudex Ierusalem. Factum est proinde cum Nicanor conaretur ostẽdere inimicitias cordis sui cõtra Iudęos, misit ut adducerent senem illum ad se. Et cum nũcij circũdarent domũ ut illum comprehenderent, accepit senex festinanter gladiũ & fixit illum in uentrẽ suum, pręcipitauitq́ se in mediũ militum Nicanoris. Fugientibus autem militibus & spacij locũ dantibus, cecidit ille in terrã & rursum cõsurgens super pedes suos & pertrãsiens militũ corhortẽ stetit super lapidẽ quendã magnũ, & ob nimiũ à se effusum sanguinẽ amẽs factus, apprehendit manibus suis propria intestina & proiecit super milites, inuocatoq́ domino mortuus est et additus populis suis. Et cũ Iehudas audiisset huiuscemodi sermones, succẽsus furore misit ad Nicanorẽ dicens: quãdiu accingis te? Egredere in agrũ & ostendam tibi uirũ quẽ etiã intra penetralia quęsiuisti. En is expectat te in cõualle et planicie. Congregans ergo Nicanor omnes copias suas, abijt in occursum Iehudę die sabbati. Iudæi autem qui comitati fuerãt Nicanorem dixerũt ad eum: Obsecro domine, ne quid temere agas, da gloriã ei qui instituit diẽ sabbati. Ait Nicanor, & quis instituit eum? Responderũt: Deus cuius sedes est in cœlis, &

lis,& qui dominatur in uniuerſo mundo. At Nicanor blaſphemans loque-batur uerba execrabilia,quæ ſcribi non conuenit. Quod cum audiſſet Iehudas ait ad commilitones ſuos: quouſq; ocio torpemus & nõ procedimus ad bellum,ſumentes ultionem de conuiciatore & blaſphemo illo? Quis eſt canis ille mortuus & abiectus, qui audet opprobria dicere in eũ qui eſt robur & decus Iſraëlis? Proficiſcens itaq; Iehudas uenit contra Nicanorem in ira & zelo magno,& Nicanor quoque egreſſus eſt in occurſum eius cum populo graui & manu robuſta, & clamans Iehudas ad dominũ ait:Domine deus meus, tu miſiſti angelum ad caſtra Sanherib extra ciuitatem,qui te blaſphemauerunt, & percuſſiſti ex eis centum octogintaquinque millia ad internitionem,& percuſſorem quidem non uidimus uſq; in hunc diem. Et nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante faciem noſtram, ut illi timeant qui uenerũt cum blaſphemia contra ſanctum populum tuum. Quibus dictis cõgreſſi ſunt ipſa die,factumq; eſt certamen magnum,ualidum & uehemẽs, & uidit Iehudas in ipſa pugna Nicanorẽ habentẽ in manu ſua gladium euaginatum,clamansq; ait: contra te ô Nicanor. Et cum curreret contra illum in uirtute feruoris ſui,auertit Nicanor humerum ſuum & fugit à facie Iehudæ. At Iehudas apprehendit eũ percuſſitq; gladio ſuo & diſſecuit in duas partes,deijciẽs ipſo ictu in terram. Proſtrati ſunt quoque in illa pugna de populo Macedonum triginta millia, & qui reſidui manſerunt fugerunt, perſecutusq; eſt eos Iehudas eundo & tuba clangẽdo. Et egreſſi Iſraëlitæ de ſingulis ciuitatibus in occurſum eorum, percuſſerunt eos atq; contriuerunt, ut ne unus quidem ex eis reliquus maneret. Venientes autem ut ſpoliarent cadauera,inuenerunt aurum & lapides precioſos atque purpuram in copia, & abſcindentes caput Nicanoris & brachium eius quod ille extẽderat contra templum, ſuſpenderunt ea contra portam:unde & porta illa denominata fuit Porta Nicanoris uſque in hunc diem, lætatusq; eſt populus ualde & laudauerũt dominum per manus Dauid regis Iſraël, quoniam bonus, quoniam in æternum pietas eius. Sed & à die illa & deinceps obſeruauerũt diem illum feſtiuum & iucundum per conuiuia, tertiadecima ſcilicet die menſis Adar,die uno ante Phurim, id eſt, urnarum. Iudicauit proinde Iehudas uniuerſum populum ſuum faciens iudicium & iuſticiam in terra.

¶ *Prima pars huius capitis habetur quoque ſecundo* Machabæorũ 14. *in fine, appellaturq; ibi ſenex ille qui ſeipſum interfecit* Razias, *de quo in hũc modum ibi ſcribitur:* Cum *per feſtinationem non certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrumperent, audacter recurrens ad murum, præcipitauit ſemetipſum uiriliter in turbas, quibus locũ uelociter dantibus caſui eius, uenit per mediam ceruicem.* Et *cum adhuc ſpiraret accẽſus animo ſurrexit.* Et *cum ſanguis eius magno fluxu deflueret, grauiſsimisq; uulneribus eſſet ſaucius: curſu turbam pertranſijt, & ſtans ſupra petrã quandam præruptã, & iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua, utriſq; manibus proiecit ſupra turbas.* Huius *hiſtoriæ non meminit primus* Machabæorum, *neq;* Ioſephus *neque* Ioſippus. Quæ *autem ſequũtur de expugnatione* Nicanoris, *ea ab omnibus deſcribuntur, primo ſcilicet* Mach. 7. & 2. Mach. 15. & *apud* Ioſephum *lib.* 12. *antiquitatum cap.* 16. In *numero tamen interfectorũ diſcordant.* Et *cum omnes in hoc cõſentiant,* Iehudam *interfeciſſe* Nicanorem, *ſolus* Ioſippus *ſcribit illum uiuum cõprehenſum & ſub fœdere dimiſſum, reuerſumq; cum confuſione faciei ad regem.* Per *menſem* Adar *intellige lunationem proxime æquinoctium uernum antecedentem.* De Phurim, *id eſt, urnis, habes ſupra in hiſtoria* Eſther.

CAPVT

CAPVT XXIII.

FActumq; est post reuolutum annum, ut appropinquarent dies mortis Iehudę & prępiperet dominus Iehudæ ut clauderet diẽ suũ, colligereturq; ad populos suos Hasidæos. Obruit autem eum Bachides cum triginta millibus fortium Macedonię, subito scilicet irruens in Iehudam, habitantem in Lęsem & habentem secum quasi tria millia uirorũ. Et cum fugeret omnis populus à Iehuda, remansit ipse solus & fratres eius atq; octingenti electi milites, qui nõ auerterunt facies suas, neq; cõuerterunt ceruicẽ suam ad fugam, sed erant omnes probati milites, adhęrẽtes Iehudæ in omnibus certaminibus quę fecit cũ gentibus. At Bachides uenit cum quindecim millibus, dextrũ tenẽs prælij latus & ad sinistrũ latus ordinauit reliquas copias, nẽpe alia quindecim millia, canentesq; tubis cõtra Iehudã, à dextra & sinistra terruerũt Iehudã. Cumq; immineret Iehudę graue bellũ à fronte & à tergo, & cognosceret quod Bachides staret ab ista parte & fortissimi milites eius secũ, tenentes cornu dextrum clangentesq; tubis, transilijt in medium eorum, adhęserũtq; ei quidam ex ijs qui in Hasmonęis animosiores erant, & pergẽs contra Bachidẽ ingrauatum est bellum supra modũ. Et à principio quidẽ pręlij fusi sunt interfecti in terrã duo millia. Et cũ Iehudas in ipso certamine uidisset Bachidem, stans in medio bello intra turbam, cucurrit in uirtute feruoris sui ad eum, & cædens milites illius strauit innumeros in terrã, pręsertim eos qui cõtra se ueniebant, gladium uibrãs ad dextram & sinistrã, muliplicatusq; est numerus interfectorũ quos Iehudas interemit in die illa, ita ut cogeretur Iehudas super eos incedere & calcare eos ueluti iter. Accedens autem Iehudas ad Bachidem, habebat gladium acutum, latum, euaginatũ & plenũ sanguine, timensq; Bachides faciem eius, nam erat facies eius ueluti aspectus leonis in die quo inhiat prędæ suę, quando scilicet tremor & horror paret ex facie eius, & uertens Bachides ceruicẽ suã, fugit per uiã Asoti. Persequens autẽ eũ Iehudas, percussit in ore gladij omnes qui ex quindecim millibus cum illo erant, sternens eos in ipso certamine. Bachides aũt fugiẽs saluatus est in Azoto, & excercitus qui erat à tergo Iehudę, deprehendit illũ fessum & lassum, & Bachides rursus egressus de ciuitate, instaurabat undique bellum, & ceciderunt plurimi interfecti, quin & Iehudas filius Mathathię cecidit in die illa inter plurimos illos quos ipse interfecerat. Accipiẽtesq; eum Simeon et Ionathã fratres eius, sepelierũt eum in monte Modaith, & planxerunt eum omnes Israëlitę multis diebus.

¶ *Demetrius nũciata sibi morte Nicanoris, rursum ad Iudæam Bachidem cum exercitu destinauit. Bachides ergo alacriter cõtra Iehudã festinauit cũ peditũ 20. millibus & equitũ duobus millibus. Iehudæ uero fuerũt omnes duo millia. Sic enim habetur 1. Mach. 9. et apud Iosephũ. Milites uero qui erant cũ Iehuda, uidentes Bachidis multitudinẽ, reliquerũt tentoria & fugerũt omnes præter octingentos, cum quibus Iehudas non dubitabat pugnã cõtra Bachidem cõmittere. Et quãquam illi quoq; suaderẽt discedendũ & uitandũ periculũ, non hoc, inquit Iehudas, uideat solis aspectus ut terga mea hostibus nudẽ, sed licet omnimodo immineat perire pugnãtem, fortiter stabo, omnino uiriliter perferẽs futura pericula. Post hæc ambobus cõstanter certãtibus, prælũ usq; ad occasum solis extẽsum est. Vidẽsq; Iehudas Bachidẽ in dextro cornu, inuadit illã partẽ exercitus, ordinẽ eorũ disruptũ & medios ad fugã cõuertit. Quod uidẽtes ij qui erãt in cornu sinistro, circũuenerũt Iehudã ut effugere non posset. Ille aũt ab hostibus circũseptus, stans pugnabat cum suis, multosq; interficiens*

aduersariorum

aduersariorũ & tandem percussus interijt. Et talis quidem finis inuenit Iehudam, uirum fortem & magnum, bellicosum & mandatorum patris sui memorem, & omnia pro libertate ciuium & facere & pati paratum. Tali ergo uirtute plenus magnam sibi gloriam & monumenta seruauit, liberãs gentem suam à Macedonum seruitute. Tenuerat autem cum ducatu sacerdotij principatũ tribus annis. Secundum Iosippum regnauit super Israël sex annis.

HISTORIARVM IVDAICARVM LIBER QVARTVS, EXplicans gesta Machabæorum siue Hasmoneorum à morte Iehudę usq; ad Antipatrum alienigenam & Iulium Cæsarem. *Caput I.*

FActum est autem post mortem Iehudę ut multiplicarentur undiq; hostes contra populum domini, & potitus est Ionathan principatu fratris sui, functusq; simul sacerdotio septẽ annis. Veniens enim Ionathan in Ierusalem suscepit principatum fratris sui, & inde abiẽs cum uiris paucis uenit ad Iordanem. Quod uidẽs Bachides persecutus est eum cum graui exercitu. Venit namque contra eum [a] in die sabbati & coëgit eum in angiportum iuxta Iordanem. At Ionathan uidens se cogi à Bachide ad aquas, transnatauit aquas, ipse & uiri eius. Cumq; prȩuenisset eum Bachides & uniuersus exercitus eius, & cõclusissent eum, cœpissentq; pugnare contra eum ex omni parte, extendens Ionathan manum suam ut percuteret Bachidem, adegit eum retrorsum, cedereq; fecit. Et per hunc modum [b] penetrauit Ionathan castra Bachidis, & fugiens uenit [c] in Beerseba quȩ est in deserto, & instaurauit ruinam ciuitatis. Sed Bachides erigens cõtra illum fortalicium excelsum, obsedit ciuitatem diebus multis oppugnauitq; uehemẽter habitatores eius. Tunc dixit Simeon: Quàm diu uolumus pati uitam istam malam? Quare nõ magis eligimus mortẽ & egredimur cõtra hostes nostros? [d] Egrediẽs itaq; Ionathan noctu, irruit in tabernaculũ Bachidis & interfecit [e] Adarahan & fratres eius qui fuerũt cum Bachide. Simeon uero aperuit portam, & stipatus manu ualida, militibus scilicet Hasmonȩis, egressus percussit castra Bachidis cȩde magna & combussit arietes & cunctos aggeres. Fugiens autẽ Bachides euasit in desertũ & persequẽs eum Ionathan atq; fratres eius, apprehendit eum. Et precatus est eos Bachides, promittens se redditurum ea quȩ captiua abduxerat, iurauitq; eis. Tunc dimiserunt eum, & ille restituta captiuitate non adiecit redire in terram Iehuda. In tempore illo confirmatus est principatus in manu Ionathan, iudicauit'que populum suum, habitãs confidenter & bella gerens per circuitum contra hostes suos. Egressus namque est cõtra Antiochum regem, & separato populo in angulum alium, circumambulabat ipse, & uenerunt [f] principes Antiochi contra eum in loco quodam medio inter Simeonem et filios eius, percussit'que Simeon omnem exercitum Antiochi magnum qui uenerat contra se, & non est saluatus uel

unus ex eis. Habitauit ergo Iſraël cõfidenter cunctis diebus Ionathan, unuſquiſqꝫ ſub uite & ficulnea ſua. Et [g] mortuus eſt Ionathan atque collectus ad populos ſuos, functusqꝫ eſt ſacerdotio Simeon frater eius & pręfuit principatui ipſe & filij eius.

¶ *Amiſſo ſtrenuo duce Iehuda Machabæo noua mala quatuor integris menſibus ſurrexerunt contra Iudæos. Nam transfugæ Iudæi, tranſgreſſores patriæ legis, uenerunt contra eos & undiq; peßime uaſtabant. Adiuuabat maliciam eorum fames, quæ tunc omnem occupauit prouinciã, ut multi propter inopiam neceſſariorum transfugerent ad Macedones. Qui autem pij erant in populo, adeuntes Ionathan, ducem illum ordinauerunt. Quod Bachides audiens, & timens ne regi uel Macedonibus pericula cõcitaret Ionathan, ſicut olim Iehudas, dolo eum interficere ſtatuit. Quod cum Ionathan non lateret fugit cum ſuis in deſertum ad lacum Aſphar, miſitq; inde Iohannem fratrem ſuum ad Nabathæos Arabes, qui amici Iudæorum erant, ut apud ipſos deponerent ſuppellectilem. Sed Iohannes per inſidias in itinere captus, interfectus eſt cum omnibus ſocijs ſuis atque direpta omnia quæ portabãt. Hæc hiſtoria ſcribitur primi Machab. nono: ubi etiam habetur quomodo Ionathan ultus eſt fratrem ſuum Iohannem, interficiens filios Amarei in ciuitate Medaba.*

a In die ſabbati.] Obſeruabat hoſtis diem ſabbati, & tunc uenit contra Ionathan tanquam non in ea pugnaturum propter legem. b Penetrauit caſtra.] Non ſine hoſtium damno. Nam ut dicitur 1. Machab. 9. Ceciderunt de parte Bachidis in die illa mille, ſecundum Ioſephum uero, duo millia. c Beerſæba.] Translatio noſtra uocat locũ illum Bethbaſem, Ioſephus uero appellat Bethalagam uillam. d Egrediens noctu.] Ionathan furtim egreſſus in prouinciam, congregauit manum multam, & nocte Bachidis inuadit exercitum, occiſisq; multis Simonem fratrem fecit cognoſcere aduentum ſuum. e Adarahan.] Noſtri uerterunt, Odomiram. f Principes Antiochi.] Quod Ionathan arma mouerit contra Antiochum deleueritq; exercitum eius, neq; in primo Machabæorum neq; in 13. libro Ioſephi habetur. Id quidẽ habetur 1. Machab. 10. in fine quod Ionathan et Simeon frater eius percuſſerint exercitum Apollonij ducis Demetrij cæde magna, ſternentes fere octo millia.

g Mortuus eſt Ionathan.] Poſt multa ſcilicet egregia facta, quæ deſcribuntur primi Machab. 10. 11. & 12. hic autem omittuntur. Quomodo autem mortuus & interfectus fuerit inſidijs & fraudibus Tryphonis, qui regnare cupiebat, patet ex fine duodecimi capitis primi Machab. Ne autem uarietas nominum regum tibi imponat, uolo hic ob oculos ponere ſucceßionem eorum ab Antiocho Magno.

a Antiochus Magnus genuit	*b Seleucum Philopatrem, filius eius*	*e Demetrius, cuius filius*	*g Demetrius cognominatus Nicanor*	*i Antiochus filius uel ſecundum Ioſephũ frater Demetrij Soter & Pius cognominatus*
	c Antiochum Epiphanem ſeu nobilem, cuius filius	*d Antiochus Eupator, cuius filius*	*f Alexander Epiphanes ſeu nobilis cuius filius*	*h Antiochus, cuius dux Tryphon*

Literæ oſtendunt ordinem regnantium. Antiocho enim Magno ſucceßit Seleucus primogenitus, & quanquS is haberet filium cui regnum debebatur, repellebatur tamen filius per patruum Antiochum nobilem, tyrannum maximum, cui ſucceßit filius eius Antiochus Eupator. Quo amoto, Demetrius occnpauit regnum: Demetrium uero interficiens Alexander, auitum recuperat regnum, fitq;

gener

gener Ptolemæi regis Aegypti. Sed paulo post Ptolemæus ablatam filiam tradidit Demetrio Demetrij filio, & Alexandrum in exilium pellit, ubi & capite truncatus est. Antiochus ergo filius eius adolescens rediens in regnum imponit sibi diadema, quem tamen dux & tutor eius Tryphon occidit & conabatur loco eius regnare 1. Machabæorum 13.

CAPVT II.

PTolemæus aũt gener Simeonis occidit Simeonem in cõuiuio, tollensq; uxorẽ eius & duos filios eius ligauit eos catenis æreis. Dies autem quibus præfuit Simeon populo domini fuerunt septem anni, mortuusq; positus est ad populũ suum. Reliqua uero gesta eius, prælia eius & bella fratrum eius, nónne hęc scripta sunt in libro Hasmonæorũ atq; in libro regum Romanorum? Cæterũ epistolas quas miserunt ad Romanos & ad gentem Persarum non curauimus adscribere. Cum aũt Ptolemæus occidisset Simeonem, misit ut etiam occiderẽt Iohannem filium Simeonis, qui cognominabat̃ Hyrcanus. Is enim cum occidisset Hyrcanum regem quẽdam magnum tẽpore Simeonis patris sui, uocauit Simeon nomen Iohannis filij sui Hyrcanũ, ob robur & uirtutẽ eius. Cum itaq; Hyrcanus audisset interemptum patrem suum, fugit in Gazam, & persecutus est eum Ptolemæus, perueničq; ad portas ciuitatis Gazæ. At Gazitæ claudentes portas non intromiserunt Ptolemæum, ne quicquam mali faceret Hyrcano. Recedens ergo Ptolemæus uenit ad Digonam, mansitq; ibi. Post hæc factum est, ut susciperet Hyrcanus principatum patris sui, & oblatis holocaustis atq; sacrificijs eduxit exercitum contra Ptolemæũ sororium suum, deuicitq; eũ in certamine. Et cũ Ptolemæus clausisset ciuitatẽ nomine Digonã, accessit miles & oppugnauit ciuitatẽ armis bellicis, ariete ferreo, catapultis & alijs multis atrocibus instrumentis, uenitq; ciuitas in obsidionẽ. Quod uidẽs Ptolemeus duxit matrẽ Hyrcani & fratres eius super murũ, q erat iuxta turrim, & ligãs eos in oculis eius, flagellauit eos atq; omni generę uerberũ durissime torquebat eos. Quod cũ uidisset electus iuuenis Hyrcanus, cõmota sunt uiscera eius erga illos, flensq; planctu magno & sopiẽs incendiũ belli cessauit oppugnare ciuitatẽ. Mater uero extẽdens manus suas precabat̃ filiũ suũ, non ut indulgeret aut misereret̃, sed ut foueret flammã belli, ędaret sonitũ buccinę, reduceret arietẽ, erigeret propugnaculũ, multiplicaret & fortificaret fundas, extẽderet arcus, spargeret sagittas, interficeret animas, suffoderet & deijceret murũ, caperet hostẽ atq; sumeret ultionẽ. Dixit præterea: ego in morte mea uindictã faciã in illo hoste meo, nec cupio cõmutare mortẽ istam pro morte alia. Age igitur uiriliter fili uteri mei & fili uoti mei, instaura bellũ cõtra ciuitatẽ istam, subuerte eam & ulciscere patrẽ tuũ in genero suo hoste pessimo, & ne obliuiscaris ꝓpter matris tuę cõmiseratiõnẽ occisionis sancti patris tui, neq; sic parcas matri tuę ut obliuiscaris patris tui & peccati cõmissi in deum tuum. Factum itaq; est, cum audisset Hyrcanus clamorem matris suæ & uerba eius, succensus est furor eius, præcepitq; militibus ut clangerent tubis, strepitum fortem excitarent, clamorem resonarent, arcus extenderent, spicula emitterent, fundas multiplicarent, extruerent machinamentum atque erigerent propugnacula. Adducto itaque ariete concusserunt murum & turrim, ita ut ciuitas minaretur ruinam, cœpitq; populus uociferari ex ciuitate. Sed & Ptolemæus ualde angustiabatur, ducensq; matrem

Hyrcani & fratres eius super turrim illã quæ ariete quatiebatur, flagellabant eos uerberibus duris, dixitq́ȝ se illos præcipitare extrà, nisi Hyrcanus desisteret à ciuitate. Videns itaqȝ adolescens plagas & uerbera matris suæ, commota sunt uiscera eius ad fletũ. Et ait rursum mater eius: Ne fleueris, sed urge bellum tuum, & nõ languescat cor tuum. Quod si commouentur uiscera tua super matre tua, quare nõ magis commouentur affectiones præcordiorũ tuorum, & recordaris interfectionis patris tui, sumis'que ultionem eius de hoste eius? Et quidem dum adolescens recordaretur patris sui, succẽdebatur in eo furor eius, & zelo incitatus oppugnabat ciuitatem manu excelsa: & rursum cum matrem suam aspiceret atqȝ fratres in afflictione positos, retrahebat manum suam ab inferenda obsidione & perditione, matris & fratrum cõmiseratione illum ad id urgente, sicq́ȝ nesciebat quid ageret. Cum recordaretur patris feruebat ira, & cum aspiceret matrem cruciabatur ab intra, in corde grauius sustinens bellum quàm foris contra ciuitatem. Nam dixit apud se: in me redũdat omne malum quod hostis facit matri meæ. Cõtigit autem in diebus illis ut adueniret annus septimus, annus remissionis, quẽ Iudæi celebrem dicunt, obseruantes eum sicut diem septimum, & idcirco soluit Hircanus obsidionem & uenit Ierosolymam. Tunc inualuerunt in Ptolemæo crudelitates eius supra modũ, nam fecit occidi matrẽ Hyrcani & fratres eius, fugitq́ȝ ipse in Philadelphiam.

¶ Quomodo Simeon fuerit institutus dux Iudæorũ & summus sacerdos, habetur 1. Mach. 14. & quomodo se gesserit in principatu, declaratur capite 15. & in principio capitis 16. in cuius fine quoq; signatur quomodo dolo circũuentus perierit. Hic magnificus princeps uicinos Iudæorum aduersarios feliciter superauit, Gazaram, Ioppen & Iamniam ciuitates deuastauit, arcem Ierosolymitanam, quã tot annis hostes Macedones & transfugæ Iudæi inhabitauerãt, deposuit, ne forte inimicis ut antè refugiũ fieret. Quod cum fecisset, utile putauit etiam montẽ super quẽ arx cõstituta erat destruere. Quo omnes ingreßi, montẽ destruebant, & nec die nec nocte cessantes per tres annos, deposuerũt eum ad solum, campumq; planißimũ fecerunt, ita ut eminentius templũ excelleret arce uel mõte depositis. Hæc Iosephus cap. 9. libri 13. Hic itaq; Simeon cũ annis octo principatũ sacerdotij tenuisset, moritur in conuiuio per insidias Ptolemæi generi, qui uxorẽ eius cũ duobus filijs capiẽs & uinctos habens, misit tertiũ Iohannem, qui & Hyrcanus uocabatur, ut occideretur. At ille id sentiens euasit periculũ & ad ciuitatẽ festinauit, confidens de populo propter patris sui beneficia, Ptolemæiq; odiũ. Properantẽ uero per aliam portã Ptolemæũ intrare, populus expulit, nam iam Hyrcanũ receperat. Hinc Ptolemæus ad quoddã castellum nomine Dago in Hiericho discesit. Accipiẽs autem paternũ principatũ Hyrcanus, deum hostijs placauit, & ita cõtra Ptolemæi militiã produxit exercitum. Et cum ad locũ peruenisset, in alijs omnibus hostem circũueniens præualebat, uincebatur tamen matris & fratrum amore, quos super murum Ptolemæus trahens in prospectum eius torquebat, & præcipitare minabatur si non ab obsidione discederet.

CAPVT III.

POrrò Antiochus retinẽs inimicitias cõtra Simeonem, quod occidisset duces eius, & congregans populum multũ instar harenę, processit contra Iudæam manu extenta anno quarto regni sui, qui fuit annus primus Hyrcani regis Iudæorum. Et clausit Hyrcanus urbem. Antiochus uero oppugnauit eam, nempe Ierusalem, multis diebus, nec quicquã potuit efficere propter murorũ altitudinem atqȝ munimenta Ierusalem & propter obsessorum robur atqȝ uirtutem.

Extinxit

Extruxit autē Antiochus ab Aquilone turres numero cētum triginta, tectis illorū in altitudine æquales, disposuitq́ꝫ super eas ordines militum suorū, & suffodiēs murū Ierusalem, deiecit eum in terram. Tunc Iudęi dantes signum magni clangoris & uersi contra ruinam muri, percusserunt omnes Macedonum milites, qui ausi fuerant ingredi urbem. Et egredientes per muri rupturam, bellū gesserūt cōtra Antiochi exercitū, strauerūtq́ꝫ plurimos de castris eius, & fugere coēgerūt eos ex castris regis & turres deiecerunt quas Antiochus fecerat, ut etiam Antiochus coactus fuerit recedere ab urbe uiginti stadijs, & in alio loco sua cōstituere castra. Et cū festi dies tabernaculorū uenissent, quos populus domini celebrare & obseruare tenebatur & offerre holocausta, sacrificare hostias, & immolare uictimas, atq́ꝫ laudare deū cum quatuor arborū speciebus, misit Hyrcanus nūtios ad Antiochū dicens: da nobis inducias octo dierū, ut celebremus solēnitatē domini dei nostri. Respondēs aūt Antiochus ait: celebrate solennitatē uestrā, & cōcedite mihi quoq́ꝫ partē apud uos. Et destinauit munus domino, taurū scilicet, cuius cornua auro uestiuit, & pocula argētea & aurea plena aromatib. & totū istud munus in templum domini missum acceperūt ianitores & obtulerūt sacerdotibus, sacerdotes autē leuauerūt ipsum in sanctuario. Fuit ergo rex iste Antiochus multo beneficentior impio Antiocho Epiphane. Ille enim cum obtinuisset Ierusalem, ueniens in templum domini in nulla re beneficus fuit, sed porcum iugulauit in tēplo domini & inquinauit altare carne suilla, proiecitq́ꝫ eā in omnes angulos templi, quapropter & dominus percussit eum. Mortuus est enim in infirmitatibus pessimis, sicut supra scripsimus. Iste uero Antiochus, pius uocatus, non fecit sic Israēli, sed honorauit templum. Vnde & rebelles extiterūt Iudæi Epiphani, & nō seruierūt ei sicut isti qui pius fuit uocatus. Fuit etenim uir misericors. Videns ergo Hyrcanus quod Antiochus ex corde coleret dominum, misit ad eum nūcios, qui cum eo percuterent fœdus, quibus ille consentiens inijt fœdus. Et accipiētes eum secū in Ierusalē, fecit ei Hyrcanus atq́ꝫ seruis eius conuiuium maximum, donauitq́ꝫ ei trecenta auri talenta. Ille uero egressus abijt in terrā suam. Et Hyrcanus quæsiuit atq́ꝫ scitatus est thesauros aureos & aperuit unum ex sepulchris Dauid regis Israēl, & sustulit inde tria millia talenta aurea, sed multo plus ibi relinquens.

¶ *Antiochus iste cuius in hoc cap. fit mētio, descēdit à Seleuco, quartus ab eo in ordine. Vide supra cap. 1. Reliqua omnia eisdem ferè uerbis scribuntur apud Iosephum cap. 15. libri tredecimi.*

CAPVT IIII.

Rex autem Antiochus discedens à Ierusalem profectus est contra Arsac regem Persię, abijtq́ꝫ cum eo rex Hyrcanus. Sic enim inueni. Sunt & alij historici qui sic scripserunt, & præsertim sic scriptū inueni in libro Nicolai Damasceni. Egressus igitur rex Antiochus ut pugnaret cōtra Arsac, habuit secum Hyrcanum, uenientesq́ꝫ ad Lycū fluuiū pugnauerunt cum Adanino duce exercitus Arsaces in prælio regis Persarū, fugantesq́ꝫ eum percusserunt plurimos de exercitu Persarū. Vnde & Antiochus extruxit ibi ad sui ostētationem ædificium magnum, nomē fortitudinis post se relinquens. Profectiq́ꝫ sunt inde, ut irent contra Arsacen, sed Hyrcanus egressus, biduo morā fecit in itinere propter sabbatum & propter solennitatem Pētecostes, quæ mox secuta est sabbatū,

ob hunc inquam causam fecit morã duobus diebus. Antiochus uero solus cum exercitu suo progressus, noluit secum habere Hyrcanũ, ne ille sibi asscriberet uictoriã contra regẽ Persię. Irruens itaq; Antiochus in Arsacen regem Persiæ, iniijt pręlium cum eo, cecideruntq́; multę gentes de Gręcis in conflictu illo. Sed & rex Antiochus clausit diem suum in pugna illa. Hyrcanus autem uidens Antiochum mortuũ, destitit progredi contra Arsacen, sed expeditionẽ parauit in Syriã Zoba, ueniens cõtraq; [a] Medabam obsedit eam sex mẽsibus, & deus tradidit eã in manũ eius, & facta est ei seruiens sub tributo. Inde uero proficiscens cõtra Sangar, obsedit & cepit eam. Hinc abiens uenit contra Sichimã & percussit eam, eo quod non aperuisset ei. Percussit quoq; montem Gerizim & subuertit tẽplum quod fecerat Sanabalat [b] socer Manassis sacerdotis fratris Iddo principis sacerdotum, & subuertit ipsum, anno ducentesimo postquã conditum fuerat, ex fundamentis. Percussit prӕterea Cuthæos de monte Samariæ, & proficiscens inde uenit in terram Aedom & percussit [c] Debiram atq; Maresam ciuitates Idumæorũ, humiliauitq́; superbiam Aedom, subijciẽs eos seruituti tributi usq; ad tempus captiuitatis. Vinxit enim & ligauit eos, cõpedibusq́; circumcisionis cõstrinxit eos, circumcidens carnẽ prӕputij eorũ, & ab illa die & deinceps fuerũt circumcisi & obseruabant legẽ Iudæorũ usq; ad tẽpus captiuitatis. In hũc modũ fecit rex omnibus gentibus quas deuicit. Cum itaq; deus prosperum faceret iter eius, misit Romam nuncios ad innouandũ fœdus cum principibus Romanis. Hæc aũt sunt uerba fœderis quę miserũt principes Romani ad Hyrcanũ filiũ Simeonis regẽ Iudæę: Fannius filius Marci, Lucius Manlius filius Memmij, Caius Sempronius filius Falerni, principes Romani ex [d] senatu nostro, Hyrcano regi Iudæę pax. Notum sit tibi quod epistolas tuas accepimus & amicabiliter legimus, atque de salute tua interrogauimus legatos tuos Dositheum & Apolloniũ & Diodorum, uiros bonos & prudentes, honorauimusq́; eos & collocauimus eos iuxta nos in senatu, & quicquid postulauerunt à senatu id concessum est eis à senatu & à nobis, nam omnes terræ, quas rapuit Antiochus, cuius gesta cassanť, & ciuitates quas cepistis in prælio, uestræ sint. Scripsimus quoq; epistolã ad omnes gẽtes, ut suscipiãt nuncios uestros honorifice quos misistis ad nos, misimusq́; cũ eis nunciũ nostrũ Fanniũ, & dedimus ei literas. Cõmisimus etiã ei quędã, quę uerbotenus loquatur ad uos, præsertim uerba pacis, quę demandauit cõsul & trecẽti atq; uiginti cõsulares eius.

¶ *Arsaces qui hic rex uocatur Persidis, apud Iosephum uocatur rex Parthiæ. Ducem uero regis Parthiæ qui hic Adaninus appellatur, idem Iosephus Indathim nominat.* a Medabam.] *Hyrcanus cognita morte Antiochi, statim ad Syriæ ciuitates expeditionem parauit, arbitratus eas imparatas & desertas pugnatoribus defensoribusq; inuenire, quod etiam euenit. Nam sexto mense cepit Medabam, deinde Samogam, quæ hic Samgar uocatur.* b Socer Manaßis.] *Indicauimus supra libro secundo, capite ultimo, quod Alexandri Magni mandato Sanaballat dux condidit templum in monte Garizim propter Manaßen generum suum fratrem Iddo (hunc Iosephus appellat Iaddi) principis sacerdotum.* c Debiram.] *In Iosepho est, Aboram. Porrò hic qui & apud Iosephum Cuthæi uocantur, à Iosippo* מינים *id est, hæretici seu schismatici appellantur.* d Ex senatu nostro.] *Sicut Latini à sene uel senio senatum faciunt, ita Hebræi usurpant dictionem* ישיש *aliquando pro principe senatus & nonnunquam pro senatu ipso.*

CAPVT

CAPVT V.

IN diebus illis fuit pugna inter regē Macedoniæ & fratres eius: Hyrcanus uero & totus exercitus eius castra posuerat cōtra Samariam, obsidebatq; eam, extruens per circuitū eius propugnacula, & fuit tanta fames in Samaria, ut Samaritæ & Cuthæi ederent cadauera in uiam abiecta. Abiens autem rex Hyrcanus uenit in Ierusalem propter ieiunium propitiationis ut expiaret populū domini, nam fuit rex & sacerdos, & reliquit duos filios suos in oppugnatione Samariæ, quorū unus uocabatur Antigonus & alius Aristobulus. Cōtra hos ergo ascēdit Antiochus rex Macedoniæ, ueniens ut opem ferret liberaretq; Samariam de manu filiorū Hyrcani, initoq; cū eis conflictu & bello ingrauescēte fugit Antiochus rex à facie filiorū Hyrcani & peruenit in urbem Scythopolim. Interim aūt fuit Hyrcanus in sancto sanctorū orans pro populo Israëlitico. Et cū recordaret̄ filiorū suorū sollicitusq; esset ne forte caderēt in gladiū Antiochi, audiuit sonū uocis clamātis & dicētis intra sanctū sanctorū: Ne timueris neq; contristeris aut sollicitus sis de filijs tuis ô sacerdos Hyrcane, sed perfice hodie ministeriū tuū, quoniā ingressus es in pace & egredieris quoq; in pace. Egressus itaque Hyrcanus de loco sancto, audiente populo retulit omnia uerba ista, sed populus nō credidit. Mittētes aūt equites in Samariam ad exercitū, deprehenderūt uerba Hyrcani esse uera, ut ipse retulerat. Porrò Cuthęi miserunt pro auxilio ad filiū Cleopatrę reginę Aegypti, cui adiuncti Callimāder & Epicrates principes Macedoniæ, uenerunt ut eruerent Samariam de manu filiorū Hyrcani. Et egressus Hyrcanus de Ierusalē cōtra exercitū Aegyptiorū, percussit eos cæde maxima, strauitq; ex eis plurimos, quin & Callimāder occubuit ibi, reliqui aūt fugerūt & euaserūt. nec adiecerūt denuo reges Macedonū & reges Aegyptiorū opē ferre Cuthæis & Samaritis. Cōuersus itaq; rex uenit in Samariā, obseditq; eam anno uno, et tradidit eam deus in manum eius. Qua obtēta, percussit in ea omnes masculos, & euertit cūcta habitacula eorū. Sed & Cleopatra regina Aegyptia mouit principes Aegypti ab exercitu suo, & fecit duces exercitus sui Helkiam & Hananiā. Nā peccauerat cōtra eam Lathyrus filius eius. Et relinquētes Aegyptij reginam, sociati sunt Lathyro. Egressus autē Hanania & Helkia, inierūt pugnā cū eis strauerūtq; eos, & fugiens Lathyrus uenit in insulā maris Cyprū, mansitq; ibi. Porrò Hyrcanus pugnās cōtra omnes hostes suos per circuitum humiliauit eos, habitauitq; Israël cōfidenter in diebus Hyrcani, unusquisq; sub uite sua & sub ficulnea sua, crescentes, augescētes & ualde inualescētes tēpore illo quo rex Hyrcanus sedit sup soliū regiū q̄d erat in Ierusalē urbe sancta.

¶ *Pugna illa quæ fuit inter fratres regis Syriæ describitur paulò explicatius à Iosepho lib. 13. cap. 17. Et ne tot Antiochorum nomina tibi obscuritatem aliquam pariant, en libuit hic seriem regum Syriæ extendere post illa quæ suprà capite primo commemorauimus.*

Fratres { *l* *Demetrius* / *k* *Antiochus Pius & Soter* } *Cleopatra utriusq; uxor* { *m* *Antiochus Grypus* / *o* *Demetrius* / *n* *Antiochus Cyzicenus* }

i { *Seleucus* / *filius* / *Antiochus* }

{ *Antiochus* / *Antonius pius* }

¶ Iosephus sic sentit, Demetrium & Antiochũ Pium fuisse fratres, & Pium quidem genuisse Antiochũ Cyzicenũ, quo apud Parthos interfecto, Demetrius frater eius accepit Cleopatrã uxorem eius & peperit Antiochũ Grypi cognominatũ. Mortuo autẽ Demetrio, duorũ fratrũ & unius matris filij diu pugnauerunt inter se & disceptauerunt de regno. Porrò is quem Aristobulus in Samaria fugauit, fuit Antiochus Cyzicenus, à Samaritis in auxilium uocatus.

Ordo successionis Hasmonæorum.

Mathathias dux primus { *Iudas Machabæus secundus* / *Ionathan tertius* / *Simeon quartus* } — *Iohannes qui & Hyrcanus quintus* — { *Antigonus* / *Aristobulus sextus* / *Alexander septimus, & uxor eius Alexandra octaua* }

Quomodo ab Alexandro septimo duce & rege propagata sit Hasmonæorum posteritas, ostendam infrà capite 17.

CAPVT VI.

FEcit autem rex Hyrcanus conuiuium magnum omnibus principibus & ministris suis, totiq; militiæ Iehuda & Beniamin, & sedit iuxta mensam cum sapientibus Israël, qui interpretabantur legem, quorũ discipulus fuit Hyrcanus. Factumq; est cum Hyrcanus hilarior factus esset à uino, ut diceret sapientibus, nempe Pharisæis: Vos scitis me uestrum esse discipulum. Si ergo uidetis me declinare à uia recta, uestrum est ut me arguatis, reducatisq; ad uiam rectam, sic enim decet agere. Respondentes autem Pharisæi dixerunt: absit à nobis, ut tale quid in te aduertamus. Testes sumus hodie quod iustus es et per uiam rectam incedis, cum & rex & sacerdos existas. Lætatusq; est Hyrcanus ex responsione eorũ. Sedebat autem ibi quidam ex Pharisæis nomine Eleazar discordiarum seminator, uir malus & impius, & hic dixit: Viuat rex Hyrcanus in æternum. Si cupis esse iustus, ut dixisti, relinque sacerdotium & contentus esto regno. Cui dixit rex. Quare? Respondit Eleazar: quoniam mater tua iuit in captiuitatem tempore Antiochi, pollutaq; fuit, & ob id non conuenit tibi ut intres in sanctum sanctorum. Irritato autem rege uehementer, cõuersum est gaudium eorum in luctum & discordiam, atq; amicitia eorum uersa est in inimicitiã. Adfuit etiam uir quidam magnus & diues ex Sadducæis nomine Ionathan, & hic ait: Nonne dixi tibi ut nõ crederes eis, quãdoquidem mendacia uersentur in ore eorum. Ipsi sunt qui instituerũt Eleazarum ut malediceret tibi. Et ait rex ad Pharisæos: uos iudicate uerbum istud, quo Eleazarus maledixit mihi. Qui respondentes dixerunt: Dignus est ut uerberibus afficiatur, & hoc satis tibi esse debet. Nam Pharisæi neminem iudicãt ad mortem. At Ionathan respõdit: nonne iam dixi tibi, quòd ex animo & suggestione eorũ processerit ista maledictio? Ab illa ergo die & deinceps Hyrcanus pessime uoluit rebus eorum, factusq; est Sadducæus & emisit mãdatum per uniuersam terram Israël, quod omnes illi qui filios suos instituerent iuxta legem Pharisæorum, interficerentur. Occidit autem ipse Hyrcanus multos ex

populo

populo, per quod magnam sibi & filijs suis conflauit inuidiam apud populum in diebus illis. Sed iam postulat locus ut aperiam causam, quare & unde pullulauerint in populo domini discordiæ & sectæ. Et quidē Pharisæi sic docebant: Obseruanda est lex, quam nobis tradiderunt patres nostri, & quemadmodū illi exposuerūt eam. Et hi confusi fuerunt in diebus illis ab alia secta Saducæorū, qui noluerūt acceptare ullā traditionē & expositionē, sed nudę legi Mosaicæ fidem tantum adhibuerunt. Fuit & alia Essenorū secta. In diebus itaq; illis insurrexrunt prælia & altercationes inter istas sectas, effusumq́ est in populo domini multū sanguinis. Nam populus tenuior adhæsit Pharisæis; ditiores autem & potētiores stabant à parte regis, quē Saducęi iuuabāt.

¶ *De tribus hæresibus seu sectis Iudæorum Iosephus in multis locis scribit. Euangelia uero duarum duntaxat faciunt mentionem. Prima autem secta fuit Pharisæorum, qui leges populo tradiderunt, quæ non sunt inter leges Mosaicas conscriptæ, & hæ uocantur traditiones seniorum, quibus irrita faciebant mandata dei, ut Christus illis sæpe improperauit. Imponebāt hominibus grauia onera, at ipsi nec digito ea mouere uolebant, nisi quæ ad sui ostentationem faciebant. Ieiunabant, exterminabant facies suas & prolixas faciebant orationes in angulis & publicis locis, decimabant minima quæq; ut iusti apparerent coram uulgo. In summa, omnia opera sua faciebant ut uiderētur ab hominibus. Animas immortales docebant & fato seu dei prouidentia geri omnia credebant. Nō tamen liberum arbitrium hominis auferebāt. Docebant animas quasdam æternis retrudi carceribus, alias autē facultatē reuiuiscendi percipere, & ob hæc populis erāt acceptabiles credibilesq;. Quantacumque etiam ad culturam dei pertinebant, orationum celebrationes, templorum cōstitutiones, expositionibus suis facienda esse prædicabāt. Et ob id Expositores à populo appellabantur. Id enim significat uox פרושים Qui autem eos פְּרוּשִׁים uocant, quasi separatos, ob uitæ religiosioris sequestrationem ita appellant. Secundum ordinem tenebant Saducæi, hebraice Zedukim, id est iustificati. Et hi fatum omnino negabant, & deum extra omnem mali patrationem inspectionemq; constituebant. Traditiones patrum expellebant, & nullas præter legem custodiebant obseruationes. Aduersus doctores philosophiæ suæ certare & reniti, gloriosum annumerabant. Animas mortales existimabant, simulq; cum corporibus interire. Vnde & animarum generaliter uel supplicia denegabāt uel honores. Sed ad paucos admodum doctrina eorum peruenit. Nam diuites eos sequebātur, populares uero Pharisæos unanimiter adiuuabant. Tertiū ordinē tenebant חַשָּׁאִים Esseni, seu ut quidam Hebræorum uocant חֲסִידִים Hasidæi, id est, pij qui cuncta ad deum redigebant, immortalem animam dicebant, & iustitiam rem preciosam, pro qua etiam usque ad mortem pugnandum esse prædicabant. Ipsi præter cæteros uoluptates quasi maleficia uitabāt: continentiam uero seruare, neq; cupiditati succumbere, uirtutem maximam ducebant, uxores non ducebant neque seruos habebant, sed semotim apud semetipsos uiuebant mutuas sibi uicißitudines ministrantes. Alienos tamen filios, dum adhuc molles erant, eruditioni traditos, pro cognatis habentes, suis moribus diligenter instituebant: non quia coniugia uel humani generis succeßionem censerent perimendam, sed quia cauendam putabant intemperantiam fœminarum, nullam earum uni uiro fidem seruare credētes. Omnes illorum opes in medio erant, poßidebanturque omnia communia, & nihil amplius inter eos ditior fruebatur, nihil pauperior defraudabatur. Vnde & legem sibi dixerunt, ut qui disciplinam suam sectari uellent, bona contubernio publicarent. Ita enim fore, ne uel paupertatis humilitas, uel diuitiarū dignitas appareret, sed permixtis facultatibus uelut inter fratres, unum esset omnium patrimonium. Reliqua uide apud Iosephum libro secundo de bello Iudaico capite septimo. Ibi inuenies de alijs Essenis qui uxores non uoluptatis sed liberorum causa ducebant.*

CAPVT VII.

COnſuluit in diebus illis rex Hyrcanus ſciſcitatusq́; eſt oraculũ
domini de filijs ſuis, quis ſcilicet eorum poſt ſe ſederet ſuper ſo-
lium ſuum. Habuit autem tres filios, quorum primus Ariſtobu
lus, ſecundus Antigonus, prædilecti à patre eorũ, & tertius Ale
xander uocabatur, & hunc odiebat execrabaturq́; pater eius, &
abijciebat eum à ſe in Galilæã, ne uideret faciẽ patris ſui. Factũ itaq; eſt cum
Hyrcanus cõſuluiſſet deũ, reſpõdit ei deus nocte per ſomniũ & ait: Leua ocu
los tuos & uide filiũ tuũ, qui regnaturus eſt poſt te & ſeſſurus ſuper ſolium
tuũ. Cumq́; leuaſſet oculos ſuos, ecce uidit filiũ ſuum Alexandrum ſtantẽ iu
xta ſe. Et euigilãs Hyrcanus à ſomno ſuo, fleuit, cõſuluitq́; deum rurſum, ſed
deus nõ reſpõdit ei uice illa. Poſt hęc rex Hyrcanus collectus eſt ad populos
ſuos, cũ ſcilicet regnaſſet annis triginta & uno. Reliqua uero geſta eius, forti
tudo eius, bella quæ geſſit, ciuitates quas eripuit Syris, & robur quo cõcuſſit
Macedones, et humiliauit Idumæos, cogẽs eos ad circũciſionem, nonne hęc
ſcripta ſunt in libro regũ Romanorũ? Regnauit uero Ariſtobolus filius eius
pro eo, & ipſe appellatus fuit rex magnus, eo ꝙ plurimum dilatauerit termi-
nos, expugnauerit Tyrũ & Sidonẽ, ſtrauerítq; animas innumeras & circũci
derit carnẽ pręputij deuictorũ, ſubieceritq́; eos Iudæis donec uenit Põpeius
princeps militię Romanorũ. Hic Ariſtobolus repudians & abijciens ſacer-
dotiũ, poſuit diadema regiũ ſuper caput ſuum. Cumq́; ſederet in ſolio regni
ſui factus eſt ualde ſuperbus, cœpitq́; agitari æmulatione magna & ualida, ut
ex nimia dementia & æmulatione animum cõciperet crudelẽ. Nam cõſtrin-
xit matrẽ ſuã atq; fratres ſuos abſq; ulla miſeratione cõpedibus, & nõ eſt re-
cordatus honoris quẽ debebat parẽtibus. Nam odio habuit matrẽ & fratres
ſuos propter regni affectationẽ. Amabat tamẽ Antigonum fratrẽ ſuũ mino-
rem, eumq́; ſolum, & induit eum purpura, decorauitq́; honore magno. Miſit
etiã eum ad bellum cum exercitu militũ ſuorũ, ut pugnaret cõtra gentẽ, quæ
peccauerãt in regẽ Ariſtobolũ. Abiẽs aũt Antigonus cõtra omnes rebelles
qui leuauerãt manũ ſuã contra regem, proſtrauit plurimos, protriuitq́; innu
meros homines, & reuerſus uenit Ieroſolymam cum manu ualida. Aegrota
uit autẽ tunc Ariſtobolus, inualuitq́; morbus in eo uehemẽter: quod audiẽs
Antigonus in itinere doluit plurimum, feſtinauitq́; redire in urbem. Cum au
tem iuuenis ueniſſet in urbem non perrexit ad domum regis, ſed intrauit in
domũ domini ut oraret pro ſalute fratris ſui. Nam affligebatur animus eius
propter fratris morbum. Erat etiam tũc dies & ſolennitas tabernaculorum,
in qua Iudæi conſueuerant laudare deum, & honorifice geſtare quatuor ſpe-
cies arborum, conueneratq́; populus multus ex plebeis Iſraẽl, per quos An-
tigonus unà cum militibus ſuis tranſiens in ipſo templi atrio, accinctus ar-
mis bellicis & indutus lorica, ornamentisq́; argentets, fuit omni populo con
ſpicuus propter pulchritudinem aſpectus ſui. Aderat autem uir quidam no
mine Iehudas ex probatioribus [a] Haſidæis, qui cũ leuaſſet oculos ſuos & ui
diſſet Antigonum euntem per atrium templi, dixit ad diſcipulos ſuos: quis
det ut ego hodie moriar, & non uideam mortem huius adoleſcentis Anti-
goni? Vtinam contingat me mori, ne uideam mortem eius. Nam ego ui-
deo, hodie moriturum Antigonum in loco qui appellatur [b] Stratonis. Ad
quem dixerunt diſcipuli eius, Mendacia dicis ô magiſter noſter: nam turris

Stratonis

Stratonis de qua dicis, longe abest à Ierusalem, itinere quingentorum stadiorũ, & ecce iam effluxit meridies, & quomodo fiet istud quod tu dixisti? Qui respondens dixit illis: Filij mei, quis det ut uerbũ istud mendacium sit in ore meo? Et cum hæc dixisset cecidit in terram, iacuitq; immobilis quasi somno oppressus, & quasi fessus atq; fatigatus prę nimio mœrore cordis sui.

¶ Defuncto Hyrcano, Aristobolus filius maior uolens magistratum quem prædecessores sui in populo tenuerant, transferre ad regiam dignitatem, primus sibi diadema imposuit, post quadringentos octoginta & unum annos & menses tres, ex quo de captiuitate Babylonica populus liberatus ad propria remeauit. Amans autem fratrem suum secundum Antigonum, simili dignitate eum ornauit, alios uero uinculis tenebat astrictos. Inclusit etiam matrem de magistratu altercantem: nam illam Hyrcanus dominam esse reliquerat, qui ad tãtum crudelitatem perductus est, ut uinculis eam penuriaq; consumeret. Addidit insuper matri etiam Antigonum, quem amare uidebatur, & communis regni habere consortem, accusationibus alienatus ab eo, quibus primum quidem non credebat, aliqua amore non admittens, aliqua uero per inuidiam arbitratus dicta. a Hasidæis.] Hunc Iosephus appellat Iudam Essæum genere. Fuit enim de secta Essenorum. b Stratonis.] Turris Stratonis, quæ postea maritima Cæsarea est nuncupata, distabat à Ierusalem stadijs quingentis aut sexcentis. Cumq; diei plurima transisset pars, cœperunt aßistentes dubitare de uaticinatione huius Hasidæi, non aduertẽtes illum locutũ de alia turri simili nomine appellata, quæ stabat in Ierusalem haud procul à regia mansione.

CAPVT VIII.

INterim uero factũ est, ut peruersi quidã accederent ad regem & dicerẽt illi in hunc modũ: Ecce Antigonus frater tuus uenit ut occidat te, manetq; in atrio tẽpli accinctus armis & indutus ornamẽtis bellicis, paratus cum satellitio suo ut subito irruat in te, & uinculis constringat te & totam domum tuam. Perterritus uero rex stupore maximo, collocauit custodes in portis, in plateis & in omnibus uicis, per quos iter patebat ad ædes regias. Pręcepit autem custodibus dicens: Quicunque uoluerit ingredi ad me & fuerit accinctus armis bellicis, non interrogabitis eum nec respondebitis ei uerbum, sed extractis gladijs uestris illico perimetis eum. Reliquũ autẽ populum, qui fuerit sine armis bellicis, non interficietis, sed arcebitis eos ne ingrediantur ad me morbo uexatũ, excepto solo Antigono fratre meo, illum permittetis uenire ad me, ut illum interrogem scruterq; illum de rumore quem audiui, ut sciam an uerus sit uel mentitus. Itaque sicut rex præceperat custodibus in diebus illis, sic illi omnes fortes & docti ad prælium excubias egerunt. Postea mittens rex uocauit fratrem suum Antigonum dicẽs: Exue te loricam & depone arma tua bellica, festinesq; absque mora uenire ad me. Regina autem uxor Aristobuli & impij consiliarij eius uerterunt commissionem regis in crudelitatẽ. Nam uocauit regina nuncium regis & dixit ei: Cum ueneris ad Antigonum, loqueris ad eũ secundũ uerba ista. Audiuit frater tuus quod indueris ornamenta bellica, & accinxeris arma prælijs idonea, cupitque ea in te uidere, & idcirco pręcepit ut sic indutus atq; accinctus ingrediaris ad eum. Nũcius uero abiens loquutus est ad Antigonũ omnia quę pręceperat regina uxor Aristobuli. Et cũctans iuuenis tandẽ cõfidenter ingreditur, nam habuit fiduciam in amore

amore fratris sui regis. Factumq́ꝫ est cum incederet per uias angustorum locorum & festinaret ingredi ad regem fratrem suũ, indutus ornatu bellico & accinctus armis bellicis, ecce erat in uia in ipsis angustijs turris quædam, Stratonis habens nomen instar illius turris, quæ longa abest à Ierosolyma quasi sexcentis stadijs: sic inquam Ierosolymis erat turris, idem cum illa habens nomen, coniuncta palatio regio. Hunc locum cum præteriret Antigonus, insilierunt in eum custodes regis, & percutientes eum effuderunt sanguinem iuuenis innocentis, qui non peccauerat nec iniquum quid gessit: innocentem inquam & iustum occiderunt in loco illo, id quod prædixerat sapiens ille Iehudas, unus ex probatioribus Hasidæis. Cum'que factum istud innotuisset Aristobulo, scilicet quod frater suus occisus esset, commota sunt uiscera eius super fratre suo, & uociferans magno & acerbissimo eiulatu, percussit utroque pugno suo proprium pectus & præcipitauit seipsum in terram, ut frangerentur præcordia eius, aperirentur'que uenæ pectoris eius, & euomeret per os suum sanguinem. Et dum sic cõtinuo sanguinem spueret illumq́ꝫ colligeret in craterem, tradidit craterem ministro ut offerret sanguinem medico regio. Minister itaq́ꝫ ferens craterem & transiens per locum ubi frater regis interfectus fuerat, ecce fuit adhuc ibi super pauimentum marmoreũ sanguis, quin & totum pauimentum rubrum fuit à sanguine Antigoni. Et cum pedes ministri in lubrico loco nutarent, subuerso cratere effudit sanguinem regis super sanguinem fratris eius interfecti. Clamantesq́ꝫ satellites regis expostulauerũt cum ministro dicentes: tu pessime & stulte minister, in quo nulla est prudentia, quare sic egisti, ut effunderes sanguinem regis super sanguinem fratris eius interfecti? Respondit minister & ait: Non libens id feci, sed cum nutarẽ super marmore, euersus est crater in manu mea, effususq́ꝫ est sanguis ut uidetis.

a vici.] Sunt במצרים *angustiæ uel angusti transitus. Iosephus exposuit tenebrosum locum. Patebat enim iter angustum & tenebrosum per turrim Stratonis, ubi insidiæ latitabant.*

CAPVT IX.

AVdiens uero Aristobulus uocẽ clamoris populi, interrogauit dicens: Quę est uox huius clamoris, & quæ uox correptionis & expostulationis quã ego audio? Tacuerunt milites eius atq́ꝫ eunuchi, qui stabant ante eum & nullum responderunt uerbũ. Cumq́ꝫ tacerẽt, suspitio regis magis ac magis augebatur de ea re quæ contigerat, interrogauitq́ꝫ rursum instanter & ait: indicate mihi, quæ fuerit uox clamoris populi. Quod si nõ indicaueritis mihi, scitote quod morte interibitis. Illi ergo respondẽtes indicauerunt regi totum quod factum fuerat, quomodo effusus esset sanguis eius super sanguinem fratris sui. Et ingemiscens rex clamauit dicens: Benedictus iudex iustitiæ & iudex ueritatis, & benedictus qui ulciscitur sanguinem innocentem, quique fudit sanguinem impij super sanguinem iusti sine causa interfecti. Loquutus est proinde rex ad corpus suum, usquequo improbum corpus detines intra te animã, & non permittis eam egredi & abire ad animas populi sui? Si eijcis, non eijcias cum sanguine meo. Effunde prius sanguinem in libamen, tradasq́ꝫ eum lingendum dęmonibus qui adhęrent satanæ, quoniam ipsi incitauerunt atq́ꝫ impulerunt

pulerunt

pulerunt me ad facinus istud, ut taliter agerem & interficerem fratrē meum. Cumq́ꝫ hos & alios huiusmodi sermones loqueretur reddidit animam collectusq́ꝫ est ad populos suos. Porrò dies quibus regnauit, fuit annus unus integer. Fleuerunt aūt eum omnis Iehuda, quoniā dilexerūt eū Iudęi, eo quod dilataret terminos. Nam deuicit gentem magnam, nempe Ituręos, & circumcidit præputiū eorum, subiecitq́ꝫ eos potestati Iudęorū. Appellauerunt autem eum Gręci φιλέλλην, id est, amatorem Grecorum. Reliqua uero gesta eius atque uictoria, nonne hęc scripta sunt in libro Regū Romanorum, & in libro Strabonis Cappadocis & Thimaginis Ierosolymitani? Regnauit proinde Alexāder frater eius pro eo, ille nēpe Alexander, quē odiuit pater eius Hyrcanus, regnauitq́ꝫ sicut loquutus fuerat ei deus in somnio nocturno. Nam cū soluissent eum à fascibus, quibus frater eius cōstrinxerat eū, sedit super solium regni eius, & produxit exercitū cōtra Ptolemaiden. Habitatores enim Ptolemaidis & Gazę præuaricati sunt in diebus illis contra Iehudam. Proficiscens ergo rex Alexander cum exercitu contra Ptolemaiden obsedit eam, qua in obsidione posita, miserunt uiri ciuitatis [a] ad Lathyrum filium Cleopatræ dicentes: Veni & libera nos de manu Alexandri regis Iudæorū qui oppugnat nos, & erimus serui tui. At Lathyrus noluit uenire, timens agere contra Iudæos, memor adhuc cędis qua Hyrcanus rex Iehuda percusserat eū in bello, quando auxilium ferre conabatur Cuthęis qui erant in Samaria, ob id inquam timuit & recusauit uenire in auxilium eorum. Cui dixerunt ciues Ptolemaidis: non formidet cor tuū uenire & subuenire seruis tuis. Si enim tu ueneris & sociatus fueris nobis, habebimus & alios reges adiutores, nēpe Zoilum regem Sidoniorū atq́ꝫ alios reges, qui nobis opem laturi sunt. Audiens itaq́ꝫ ille uerba huiuscemodi, quibus Ptolemaitę spem eius excitauerunt, adnauigauit, adiunctusq́ꝫ est eis, & fuit totus exercitus eius triginta millia hominum. Alexander uero cessauit ab expugnatione Ptolemaidis propter Lathyrū, eo quod ille uenisset cum exercitu ad Ptolemaidam. Et ingressus uir quidam sapiens nomine [b] Demeresus, loquutus est in auribus seniorū Ptolemaitarum dicens: nonne melius uobis esset, ut ferretis iugum Alexandri Iudæi, quàm ut sinatis in uos dominari uirum alienū? Cumq́ꝫ in hunc modum loqueretur cum eis, persuasi sunt & non susceperūt Lathyrum, ob quod territus Lathyrus misit ad Zoilum regem Sidoniorum dicens: Veni ut coniungamur & pariter proficiscamur contra Alexandrum regem Iehuda. Quod cum ille noluisset facere, misit rursum Lathyrus nuncios ad Alexandrum dicens: Sit fœdus inter me & inter te, & non feras opem Zoilo regi Sidoniorū hosti meo, ut sit pax inter me & inter te. Misit quoque munus quatuor millium talentorum auri. Alexander ergo non excludens amicitiam Lathyri, [c] perrexit contra Zoilum regem Sidoniorum, & confligens cum eo strauit de exercitu eius plurimos. Et cū Zoilus fugeret à facie eius, accepit Alexander totam illius terram, & rediens uenit Ierosolymam cum fortitudine & uictoria.

¶ *Quæ in hoc capite scribuntur de Aristobuli morte, hæc eisdem ferè uerbis habētur apud Iosephum, nisi quod in fine de Aristobulo sic concludit: Erat autem Aristobulus naturæ ualde modestæ & pudoris ingenui, sicut testimonium præstat Strabo, nomine Timagenes, et cætera. Defuncto autem Aristobulo, Salome uxor eius, quæ apud Græcos Alexandra nominabatur.*

soluens

soluens fratres eius, quos ligatos Aristobolus tenebat, Iamneũ qui & Alexander dicebatur regem ordinauit, ætate maiorem, qui nunquam ad faciem patris uenit. Hic ergo cum ad regnum uenisset, interfecit unum è fratribus, nitentem regnum præsumere: alterum uero uolentem innocenter uiuere, honorabiliter tractabat. Cumq; principatum suum, sicut ei uidebatur utile, disposuisset, expeditionẽ cõtra Ptolemaidem egit. Nam ex ciuitatibus maritimis, Ptolemais & Gaza solæ ut subijcerentur, restabant, unà cum turre Stratonis & Dora, quas Zoilus tenebat. a Ad Lathyrum.] Hic Ptolemæus Lathyrus cum à matre depulsus è regno fuisset, Cyprum habitabat.

b Demeresus.] Apud Iosephum legimus sic: Per idem tempus Demænetus orator eloquentißimus, persuasit eis sententiam permutare. c Perrexit contra Zoilum.] Iosephus scribit, Ptolemæum subegisse Zoilum.

CAPVT X.

POst ista factum est, ut mitteret Alexãder ad Cleopatram matrem Lathyri secreto dicẽs, ecce Lathyrus filius tuus præuaricatus est contra te, & ipse aduersatur quoq; mihi. Quare si tibi placet, uenias celeriter cum exercitu tuo, & ego quoq; egrediar cum tota militia mea & capiam eum iuxta desiderium animæ tuæ. Quod cum Lathyrus audisset, ira commotus irruit in Galilæam ipsa die sabbati, & cepit ciuitatem Galilææ [a] Sachan, fuitq; populus ex ipsa in captiuitatem ductus uiginti duo millia animæ. Proficiscens uero hinc adijt Sephorim, in quo loco multi ex uiris Lathyri prostrati sunt. Diuertentes ergo ab ea ciuitate occurrerunt Alexandro cõflicturi cum eo. Nam cum ille audiuisset quod gestũ erat congregauit quinquaginta millia militum Iudęorũ, ex quibus elegit [b] sex millia propugnatorũ, qui æreis clypeis utebantur, uocabanturq; hecatontamachi, id est, contra centum pugnantes, seu unus contra centum. Egressus itaq; rex Alexander in die illa cum magnificentia & manu ualida, occurrit Lathyro iuxta Iordanem, monẽs suos milites in hunc modum: Irruamus subito in eos, nam habent fluuium à tergo & nos à fronte ut fugere nequeant, nec patet illis uia per quam euadant, nisi à parte nostra fugere uelint, at nos fortissimi sumus et bellis assueti. Moriantur ergo omnes necesse est, ut ne unus quidem residuus maneat. Cõfisus itaq; est Alexander magis in fortitudine sua quàm in domino deo nostro. Timuit tamen Lathyrus & uiri eius non modicum propter Alexandri exercitum. Quod uidens uir quidam sapiens & [c] in bellis exercitatus, nomine Philostephanus, diuisit Lathyri milites interim quo Alexander adduxit exercitum suum contra exercitum Lathyri. Inito uero pręlio, plurimi prostrati sunt de exercitu Lathyri, pugnatumq; est à mane usq; ad meridiẽ, & superiores fuerunt Iudęi, ceciditq; de exercitu Lathyri magna multitudo. Nam percussit Alexãder medietatem exercitus Lathyri, quę ei in frontẽ steterat, & permãsit residuus Philostephanus cũ medietate exercitus, quã seorsum collocauerat & ad bellũ procedere nõ permiserat, donec meridies aduenit. Tũc enim accessit Philostephanus cũ illa medietate & impetum faciens in Iudæos & Alexandrum, quos fessos inuenit, fecit in eis cædem magnam, prostratiq; sunt in die illa ex Iudæis [d] triginta millia uirorum qui omnes fortissimi fuerant, qui autem residui manserunt fugerunt in montem. Fugiens quoq; Alexander ex bello & euadens uenit in Ierusalem. Porro strages illa ob id euenit Iudæis, quod non habuerunt fiduciam in deo patrum suorum. Cumq; aduesperasceret uenit Lathyrus in uillam quãdam, in

qua mulieres & pueros inuenit, & illos iussit occidi, quosdā uero [e] iussit cōqui in caldario, ut sic terreret populum Iudaicum, illiq́; dicerent, eos carnibus uesci humanis. Eodem tempore egressa est regina [f] Cleopatra ut pugnaret contra Lathyrum filium suum. Cui occurrens Alexander, iunxit copias suas cum exercitu eius, ut sic pariter expeditionem pararent contra Lathyrum. At ille hoc audiens, fugit à facie eorum, & euadens nauigio uenit in Cyprum, relinquens multos de exercitu suo in littore maris, quos occiderunt Helkias atque Hananias Iudæi, duces exercitus Cleopatræ. Regina uero reuersa est in Aegyptum, & rex cum exercitu suo proficiscens inde, irruit in planiciem Syriȩ, obseditq́; Geraram ciuitatem decem mensibus, quam & cepit cum uiculis eius. Et hinc digressus uenit contra Hamath, posuitq́; castra circū eam. At Theodorus nocte erūpens ex urbe cū militibus suis in Iudȩos, interfecit & fudit in terram de exercitu eorum decem millia. Iudæi ergo mane consurgentes pugnauerunt contra Theodorū, & fugantes eum fecerunt in exercitu eius cædem maximam. Cumq́; ille fugisset à conspectu eorum, cepit rex urbem Hamath & uiculos eius. Et profectus inde castrametatus est contra Raphiam, cepitq́; tam eam quàm uiculos eius: & inde progressi expugnauerunt [g] Anthedonem, & postea reuersi sunt in Ierusalem.

¶ a Sachan.] Iosephus uocat ciuitates istas Asochiton & Sephoram, asserens posteriorem à priori paruo distare spacio. b Sex millia.] Iosephus numerat octo millia pugnatorum, qui æreis scutis utebantur. c In bellis exercitatus.] Erat is Philostephanus stratagematorum peritus. d Triginta millia.] Timagenes retulit quinquaginta millia, reliquos captos, paucos uero ad suam fugisse prouinciam. e Iußit coqui.] Hoc simulauit tyrānus, ut hi qui fugerant à pugna putarent hostes suos carnibus humanis uesci, & exinde eos ualde metuerent. f Cleopatra.] Parauit mater contra filium exercitum, ne ille propter uirtutē suā amaretur ab Aegyptijs, & matrem priuaret regno. g Anthedonem.] Hæc postea ab Herode Agrippias fuit denominata, ciuitas maritima.

CAPVT XI.

REuoluto autem anno rursum egressus rex cum exercitu obsedit & oppugnauit Gazā, memor malorū quæ Gazȩi & Lathyrus intulerant Iudȩis, afflixitq́; Gazæos implens passim itinera interfectis eorum. Extruxit etiam munimētum per circuitū, & cincta est urbs obsidione. Tunc miserūt Gazȩi ad Aretham regem Arabiæ dicentes: ascende & libera nos de manu Alexandri atq́; Iudæorum qui oppugnāt nos, & erimus serui tui. Venit ergo Aretha rex Arabum cum omni populo suo ut auxilium ferret Gazȩis. Et audiēs Alexander Aretham contra se hostiliter uenire, dimisit ducem unū qui Gazȩ obsidionē continuaret, ipse autem egressus est, cū militibus suis in occursum Arethæ regis Arabum, initoq́; congressu Alexander uictor euasit. Aretha autem fugiens à facie eius reuersus est in terram suam, ad Petram deserti, amissis ex populo suo plurimis interfectis, qui prostrati fuerunt in terram. In tempore illo reuersus est rex contra Gazam & oppugnauit eam integro anno. Eodem tempore surrexit Lysimachus & interfecit fratrem suum Apollodotum ducem Gazæorum, consurgentesq́; contra eum ciues ut illum occiderent, cucurrit Lysimachus ad portam, aperiensq́; portam Gazȩ aduocauit Alexādrum & Iudȩos. Qui tubis clangentes uenerūt ad portā & ceperūt urbem, ingressusq́;

Alexander ciuitatem pręcepit militibus suis ut interficerent omnes habitatores urbis absq; ulla miseratione. Percussi itaq; sunt omnes masculi in ore gladij, præter Lysimachum & totam familiam eius, quos uiuere permiserūt. Fugerunt tamen quingenti primates ad templum Apollinis. Quod cum nunciatū fuisset Alexandro, mittens eduxit eos de templo, præcepitq; eos interfici in medio ciuitatis: templum autem & omnes sacerdotes eius iussit cōcremari igni. Sed & idolū Apollinis, quod erat imago aurea, iubente rege proiecerunt in mediū ignis, & post aliquot dies collegerunt aurum in ipsis fauillis. Inde autem rex discedens redijt Ierosolymam, seditq; super solium suū in securitate. Factumq; est deinde in solennitate tabernaculorum, ut ascēderet rex ad altare iuxta morem sacerdotum, & inciperent Pharisæi, qui & sapientes, ludere cum pomis citreis & surculis palmarū, corde læto & iucūdo. Nam mos erat Iudæis, ludere cū fructu arboris amœnissimæ & cum palmis. Tunc quidam ex Pharisęis deliberato animo proiecit citrū in regem, quod ægre ferentes satellites eius, dixerunt ad Pharisæos: Quare sic contemptui habetis regem, proijcientes in eum citrū & uirgā palmæ? Responderunt: id nō fit ex contemptu, sed est cōsuetudo nostra ut sic agamus. Opprobrijs proinde afficientes regē, dixerunt eum filium esse prophanæ mulieris, atq; ob id sibi non competere sacerdotiū. Vnde iratus plurimū rex, diuertit ab altari & ait: gladius, gladius. Extrahentes ergo milites regis gladios suos, prostrauerunt ex Pharisæis in terram sex millia, totum templi atrium occisis implentes. Præcipienteq; rege ædificauerūt parietem de lignis Setim inter altare & reliquam domū, ut sic ab illa die & deinceps paries ille prohiberet populum ne ingrederetur in templum, sed stantibus uulgaribus in atrio templi, soli sacerdotes ingrederentur more suo in templum.

¶ *Cum Alexander obsideret Gazam, Apollodotus dux Gazæorū cum duobus millibus peregrinis & decem millibus ciuiū in exercitum irruit Iudæorū, & quamdiu nox erat Gazæi uincebant, arbitrātibus Iudæis rursum Ptolemæū superuenisse. Postero autē die facto, cognoscentes Iudæi ueritatem, reuersi Gazæos inuadunt & prosternūt mille. Exhortabatur autem Gazæos rex Arabū Aretha, qui sperabatur in auxiliū eorū uenturus. Sed cōtigit antequam ueniret, Apollodoto perempto ciuitatem capi. Nam Lysimachus frater eius inuidens, quod ei tam magna gloria à ciuibus præbebatur, interfecit eum, militaremq; congregans phalangem, ciuitatem Alexandro prodidit.*

CAPVT XII.

POst hæc factum est, ut Alexander congregaret totum exercitum & populum suum, abiretq; contra petram deserti, quæ est in Arabia, & percuteret gentem Arabicam, caperetq; in ea regione urbes munitas. Ac inde proficiscens uenit contra Medabam & cepit eam, percussitq; Moab & fecit eum tributarium. Tunc preuaricante [a] Hamath abijt rex & subuertit eam, & Thiarū qui erat in Hamath occidit, reuersusq; rex uenit in Ierusalem. Et surrexit prelíū inter Alexandrum & Pharisęos, durauitq; bellum illud sex annis, & occidit Alexāder in annis illis quinquaginta millia Iudæorum qui astiterunt Pharisæis, & tandem uocans uniuersum populum dixit ad eos: Purificate cor uestrum & abijcite odium cordis uestri, & nolite amplius odire me, sed quodcūq; statueritis de me faciam. Respondentes autem Iudæi dixerūt ad regem. Non purificabimus cor nostrum nisi tu prius mortuus fueris, quoniam uir mortis tu es, &

es, & iudicio mortis obnoxius. Preuaricati ergo in regẽ Alexandrũ abierũt [b] ad Demetriũ. Qui aduocatus uenit, & posuit castra in Sichem. Habuit autem Demetrius [c] exercitum quadraginta millium equitum fortissimorũ de Macedonia & tria millia. Videns autẽ Alexander Iudæos præuaricãtes contra se, cõduxit sex millia fortissimorũ Macedonum, & accepit uiginti millia militũ Iudæorũ, qui sibi fauebant. Quod uidẽs Demetrius, misit nũcios qui deciperẽt Iudæos existentes cum Alexandro: & similiter Alexander misit uiros qui seducerent Iudæos existẽtes cum Demetrio, initumq; est prælium magnum, & ceciderunt milites Alexandri, & relictus est Alexander ipse solus. Nam corruerunt omnes milites eius in die illa, & multi quoque ex militibus Demetrij. Siquidem steterunt usq; ad mortem & non auerterunt facies suas, sed mortui sunt in uniuersum, effugitq; Alexander solus in montem, destitutus cunctis uiribus: & [d] collecti sunt ad eum sex millia fortissimorum Israël, sed & multi Iudæorum qui fuerant cum Demetrio iuncti sunt copijs eius, & uisum fuit ei rursum pugnam excitare contra Demetrium. At Demetrius fugit à facie eius, quoniam defecerunt à se plurimi Iudæi, Alexandro adhærentes. Postea iterum ortũ est bellum inter ipsum & Phariseos, persecutusq; est eos fugientes [e] in Bethsæmes. Et capiens ciuitatem apprehendit octingẽtos præcipuos Pharisæos & duxit eos ad Ierusalem. Cumq; sederet in conuiuio cum uxoribus & concubinis suis in loco præcellenti, præcepit octingentos illos seniores Pharisæos crucifigi, quapropter & Iudæi appellauerunt eum, Alexãdrum Crucidam. Regnauit enim tyrannice super Iudeos. Postea congregans omnem populum suum, oppugnauit & cepit [f] Diam, & inde proficiscens contra Hasmonam, cepit eam manu extenta. Exinde contra Gaulam & Seleuciam pergit, easq; oppugnãs capit. Cepit & Gasalam & collem Antiochi, ipsa fuit ciuitas magna, & occidit Demetrium in loco illo. Reuersusq; est in Ierusalem à fine anni tertij postquam emigrauerat ad prælium, & susceperunt eum Iudei cum honore magno, saltantes more Græcorum propter uictoriam eius. In diebus illis fuerũt Iudæi potentes per omnem terram Syriæ dominiumq; habuerunt in regio Palatio terræ Aedom, & in uniuersa terra Moab atq; Ammon, & in omni terra Arabie usq; ad Petrã deserti. Sunt autem ista ciuitatum nomina, quas rex Alexander non subuertit quãdo expugnauit eas. Quæ situm habebãt in littore maris hæ sunt: Turris Stratonis, Apollonia, Azotus, Gaza, Anthedon, Raphia & [g] Rhinocura. In Idumæa uero hæ: Hebron, Maresa, Scythopolis, Gadara, Seleucia & terminus Moabitarum, Hesebon, Medaba, Behoron, Megan, Enzara, Colicũ, Olan & Pelan. Hæ inquam sunt ciuitates quas Alexander non subuertit, sed percusserunt cum eo fœdus & circumciderunt carnem præputij sui, habitantes in urbibus suis. Reliquas uero Syrie ciuitates subuertit rex.

a *Hamath.*] *Iosephus hanc urbem appellat Amathuntam, & Thiarum ducem eius uocat Theodorũ.* b *Ad Demetrium.*] *Supra cap. 5. ostendi quis sit Demetrius iste, frater scilicet Antiochi Cyziceni. Fuit autem Demetrius iste dictus Eucerus, quẽ Ptolemæus Lathyrus regem in Damasco cõstituit. Porrò frater eius Philippus rex quoq; fuit in aliqua Syriæ parte. Fuerunt enim quatuor fratres, Antiochus Grypus, Demetrius, Antiochus Cyzicenus & Philippus. Et duo quidem Antiochi fratres in magna discordia regnauerunt. Antiocho Grypo successit filius eius Seleucus, qui & patruũ suum Antiochum Cyzicenũ interfecit. Seleucũ & fratrem eius Antiochum*

 interfecerunt

interfecerunt filij Antiochi Cyziceni, nempe Antonius Pius & Antiochus. c Exercitu quadraginta.] *Est locus iste corruptus, id quod ex Iosepho latino patet, qui sic habet: Demetrio equites fuerũt tria millia, pedites uero quadraginta millia.* d Collecti sunt ad eum.] *Misericordia ruinæ eius flexi Iudæi, colliguntur ad eum sex millia.* e In Bethsæmes.] *Iosephus habet sic: Postea Iudæi iterũ cõtra Alexandrũ bella mouentes, superãtur ab eo, multiq; eorum in pugna extincti sunt. Quorũ etiam potẽtißimos in Bethomis ciuitate cõclusos obsedit. Cumq; cepisset ciuitatẽ, & tenuisset eos, duxit ad Ierosolymã, & crudelißimã in eos pœnã exercuit. Hic & Iosippus habet Bethsæmes non Bethomis.* f Diam.] *Hanc Iosephus uocat Dion, & Hasmonam Essemon. Gaulam uero appellat Galilæam, sed puto uitium esse scriptoris. Item pro Gasala apud illũ legimus Gamala.* g Rhinocura.] *Cosmographia Ptolemæi habet Rhinocorura, & Iosephus Rhinocolura, sed est error scriptoris. Itẽ pro Hesebon in Iosepho est Sebon, & pro Behoron Lembaoron, & pro Enzara Onzora, & pro Colicum Cilicũ, & pro Olan Aulon, atq; pro Pelan Pellen.*

CAPVT XIIII.

IActum est proinde ut caderet rex Alexãder in infirmitatẽ, in febrim scilicet quartanã, & quamuis illa triennio uexauerit eum, nõ tamen destitit à prelio, sed eduxit exercitũ cõtra Ragabam Gerasenorũ, oppugnans eam diebus aliquot & habens secũ in castris uxorẽ atq; cõcubinas suas. Cumq; appropinquaret dies mortis eius accedens regina Alexandra uxor regis Alexãdri ait ad eum: Tu nosti quas inimicitias habeas cum Pharisæis, & filij tui paruuli sunt, destitutorq; ego nũc omni auxilio tuo. Et dum fleret Alexãdra regina, ait ad eam rex: ueni & dabo tibi consilium quod nunquã intermittes, & erit tibi & filijs tuis bene post me. Cum enim mortuus fuero, abscõdes corpus meum ne ab ullo homine huius populi uideatur, donec ceperis ciuitatem istam. Cum autem expugnaueris ciuitatẽ, cõdies corpus meum aromatibus ne fœteat, portabisq; me in Ierusalem locum sanctũ quasi hominem ęgrotũ, nec reuelabis arcanũ istud nisi eunuchis quos sciueris esse tibi fideles. Et postquã ueneris in Ierusalem, conuocabis Pharisæos hostes meos & reuelabis eis secretũ, tradesq; corpus meũ in potestatẽ eorum & dices ad eos: En Alexãder hostis uester mortuus est. En corpus eius, agite cũ eo quodcũq; libuerit uobis. Si sic locuta fueris ad eos, scio q; plurimũ te honoraturi sunt, & me quoq; sepeliẽt honorifice. Noui enim cogitatũ eorũ quod hostilẽ animũ non seruabũt, sed magis misericordes erunt, cooperabũturq; tibi in regno. Nam obediet populus uerbis eorũ, cum ipsi habuerint potestatẽ in populum domini, et faciẽt iuxta arbitriũ eorum. Tu ergo fac omnia quę illi mãdauerint tibi, et ne deflectas à cõsilio eorũ ad dextrã uel ad sinistrã, regnabisq; sic super ciuitatẽ donec pueri grandescãt. Fecit autẽ regina sic. Nam capta ciuitate redijt in Ierusalẽ, conuocatisq; Pharisæis dixit ad eos omnia quę præceperat ei Alexander. Pharisæi quoq; cõuocantes populum sepelierunt regẽ cum magno honore, & audiente populo [a] cõstituerunt Alexandrã uxorẽ Alexandri reginã super uniuersum populum Iudaicũ. Porrò dies quibus regnauit Alexãder rex fuerũt anni uigintiseptẽ, mortuusq; est & collectus ad populũ suum. Reliqua uero uerba eius & uictoriæ eius, nónne hęc scripta sunt in libro regũ Romanorũ? dormiuit itaque rex cum patribus suis, et regnauit Alexandra uxor eius pro eo. Cum autem ipsa sederet in solio regni sui, uocauit multos Pharisæos & dedit

dedit eis potestatẽ super omnem populum, mittensq́; adduxit Pharisæos ex omnibus locis ad quæ fugerant timore Hyrcani soceri sui & Alexandri mari ti sui. Videns proinde regina quod duo filij sui inciperent grandescere, tradi dit Hyrcano sacerdotium, nam ille fuit mansuetus & humilis spiritu: Aristo/ bulum autem filium suum minorem fecit ducem exercitus, eo quod ille esset elegãti forma, pulchróque aspectu & agilis pedibus, ob id præfecit eum Sa/ ducæis & constituit principem militiæ. Misit quoq; & eduxit de carceribus omnes qui ex Phariseis uincti detinebãtur, & cõfirmauit omnes traditiones eorũ, quas irritauerat Hyrcanus socer eius atq; Alexander maritus eius. Rur sum misit regina ad omnes reges quos subiugauerat Hyrcanus socer eius at que Alexander maritus eius, & accepit domos eorum pulchriores, maiores & excelsiores pignoris loco.

¶ *Causam morbi in quẽ Alexander incidit, dicit Iosephus fuisse nimiã crapulam.* a *Con stituerunt Alexandram reginam*] *Nomen regium ipsa ferebat, sed Pharisæi omnem poßidebant potestatem. Nam & transfugas reducebant & ligatos soluebant, & nihil à dominis differebant.*

CAPVT XIIII.

REgnauit autem regina ipsa cum tranquillitate & quiete, nec sur rexit in diebus eius aduersarius aliquis aut hostis nocens. Mise runt præterea omnes reges qui erant per circuitum, munera ar/ gentea & aurea reginæ, idq́; per singulos annos & cunctis eius diebus: & fuit pax atq; ueritas in diebus Alexãdræ, propter ex/ cellentem sapientiam eius & optimam ordinationem, quam sano suo con/ stituerat consilio. Solum præcipui Pharisęi excitabant discordias & conten/ tiones aduersus principes Saducæorũ, uenientesq́; ad reginã unà cum Hyr/ cano filio eius, locuti sunt ad eam in hũc modum: Viuat regina & præualeat in æternum. Trade nobis principes Saducæorum, qui fuerunt Alexandri re/ gis consiliarij, nostri autem hostes, quiq́; dederunt ei pessimum istud consi/ lium, ut suspenderet octingentos Pharisæos: maritus inquam tuus Alexan/ der id fecit. Quibus respõdit regina: facite quodcũq; uobis placuerit. Abeun tes ergo præcipui Pharisæi occiderũt a Dionũ principẽ Saducæorũ & mul/ tos alios cũ eo. Tunc uenientes principes Saducæorũ ad reginã unà cũ Ari/ stobulo filio eius minori, dixerũt ad eã: Ne obliuiscaris sancta regina omniũ molestiarũ, quæ uenerunt super nos in diebus regis Alexandri mariti tui, & omnium tribulationũ quas perpessi sumus cum eo in bellis magnis & hor/ rendis, quæ confecimus cum eo, ponentes animas nostras in manibus no/ stris pro uita eius, & prælĩãtes prælia eius, eripuimusq́; eum de manu omniũ quærentium animam eius. Nunc ergo quare morimur ueluti ouis quæ duci/ tur ad uictimam absq; peccato & iniquitate manuum nostrarum, dum tu ex/ tollis hostes Alexãdri mariti tui & hostes tuos, & opprimis amicos eius? En dum nos humilias exultãt inimici tui, & Aretha rex Arabię, qui experti sunt robur nostrum & bella nostra. Certe quum quis recordabatur nominis no/ stri coram Aretha & coram hostibus tuis, contremiscebant & dolebant præ timore in locis habitationum suarum, quanto magis cum uiderent nos à fa/ cie? Id quidem longe abest à nobis, ut uelimus præuaricari præcepta tua aut

rebelles exiſtere tibi, quia tu es regina. Id tamen noueris ô regina, quod nequaquam feremus ultrà iugum Phariſęorum inimicorũ noſtrorum, neq; moriemur per manum eorum ueluti ouis quæ ducitur ad uictimam. Si igitur placet tibi egrediemur Ieroſolymam, & diuertemus ad reliquas urbes Iehuda, uiuemusq; in planiciebus, ne uideamus ultrà populi noſtri malum. Hæc dicentes leuabant uocem ſuam & fleuerunt, commouentes & reginam ad fletum. Tunc aperiens Ariſtobulus os ſuum, locutus eſt ad matrem ſuam uerba maledictis plena oſtendẽs & proferens omnes cogitationes quas in corde ſuo habuit. Regina uero agens more mulierum, & nullum ſanum captãs conſilium dixit ad eos: Exite de urbe & eligite uobis alias ciuitates in Iehuda in quibus habitetis, ne ſimul in Ieruſalẽ habitetis uos & Phariſæi hoſtes ueſtri. Quod illi facientes egreſſi ſunt de Ieruſalem, principes ſcilicet Saducæorum unà cum his qui duces fuerant exercituum, & apprehenderunt urbes in quibus habitauerunt.

a Dionum.] *Apud Ioſippum legimus Dogrum, & apud Ioſephum Diogenem. In quo autem exemplari rectius ſcribatur, incertum eſt.*

CAPVT XV.

EOdem tempore recuſauit Damaſcus ſoluere reginæ tributum ab anno in annũ, & ob id miſit regina Ariſtobulum filiũ ſuum cum exercitibus populi qui erant ex Pharſęis: militia uero Saducæorum non erat cum eis. Et egredientes de Ieruſalem uenerunt contra Damaſcũ, ſed reuerſi ſunt cum confuſione & ignominia. Eodem tempore egreſſus Tigranes rex Armenię cum trecentis millibus armatorum, cum populo multo & graui, poſuit faciem ſuam contra terram Iudæorum. Territa eſt autem regina & populus plurimum à conſpectu Tigranis, deſtinatisq; nũcijs & munere in occurſum eius, inuenerũt eum oppugnantẽ Aconẽ, quæ eſt Ptolemais. Et mittens Tigranes nuncios ad eos qui attulerant munus, interrogauit de ſalute reginæ, & laudans atque benedicens eam, percuſſit fœdus cum nuncijs reginæ. In tempore illo nunciatum eſt Tigrani à dicentibus, quod Mithridatẽ dum perſequeretur Lucullus dux Romanus non potuerit comprehendere, eo quod fugiſſet [a] in montes Perſiæ, quapropter Lucullus hoſtis quoq; eius irruerit in regionem eius. Quod ille audiens feſtinauit eruere & liberare terram ſuam de manu Luculli. Nam dicebat: melius eſt ut defendam terram meam quàm ut alienam concupiſcã. In diebus illis cœpit Alexandra regina ægrotare, quo morbo & extincta eſt. Vidẽs autẽ Ariſtobulus appropinquare dies mortis matris ſuæ, reliquit uxorem & filios ſuos Ieroſolymis apud cognationẽ uxoris, quę illis in urbe ſubſidio eſſet, acceptoque ſecum famulo uno, nocte egreſſus eſt urbem, uenitq; ad ciuitates Iudaicas, in quibus Saducæi amici patris ſui ueluti peregrini habitabant. Prima autem fuga eius fuit ad Gabatham, in quo loco fuit Galeſtis amicus eius, fortiſſimus Saducæorum, & inde ſecuti ſunt eum quidam ut congregarent exercitũ Saducæorũ. Interea autem nunciatũ eſt reginæ quod Ariſtobulus filius eius fugiſſet, congregaturus ad ſe exercitũ Saducæorum, narraueruntq; ei dicentes: ecce Ariſtobulus occupauit in quindecim diebus uigintiduas ciuitates. Exinde regina cum uniuerſo populo Iudaico cœpit

eſſe

esse [b] in magno timore & pauore, præsertim cum & reliquarum ciuitatũ habitatores deficerẽt ad Aristobulum, ferrentq; ei præsidium. Tunc præcipiente regina capta est uxor Aristobuli filij sui & cuncta uxoris eius cognatio, & posuerunt eos in quandam custodiam, quæ erat è regione palatij, ubi nullus erat effugiendi locus. Interim autem inualuit plurimum uirtus militum Saducæorum supra uirtutem militum Iudæorũ, cõiunctiq; Aristobulo & progressi in agrum clanxerunt tubis, & dederunt signum pro bello. Nam collectus est ad eum populus de monte Libano, de monte Galileæ, & de uniuersa terra dominij Israëlitarum.

¶ *a In montes Persiæ.] Iosephus habet: in montes Iberiæ. b In magno timore.] Timentes ne ultionem exigeret de illatis sibi contumelijs.*

CAPVT XVI.

TVnc apprehẽdit tremor Hyrcanum & seniores Pharisæos, sed & regina uehemẽter expauit à facie Aristobuli filij sui, angebaturq; cor eius uehementi mœrore, & interiora cordis eius adeò contrahebantur, ut tandem ingrauescente morbo moreretur. Venerunt autem ad eam potentiores Iudæorum cum principibus Pharisęorum habentes secum Hyrcanum reginæ filium maiorem, dixeruntq;: imputabitur nobis pro magna iniquitate, si quicquam citra cõsilium tuum egerimus, quamdiu in uita existis ô sancta regina. Siquidem Aristobulus filius tuus iniecit nobis pauorem magnũ, qui manu excelsa parat se contra nos, ut extinguat nomen nostrum & occidat fratrem suum maiorẽ. Nũc igitur sancta regina fer consilium & auxilium tuum. Quibus respondit regina: abite & discedite à me, quoniã fatigatur anima mea ualde, cum ego iam cõstituta sim in termino uitæ, & cupiã restituere animã meã regi qui eam mihi dedit. Vos ergo agite quod uobis melius uisum fuerit. En habetis aurum & argẽtum & thesauros multos, habetis quoq; exercitũ fortium militum in palatio meo, & idcirco agite iuxta uoluntatem uestrã. Ego quidem nõ possum sequi uos & dare consilium in hac re, sed uado per uiam uniuersę terræ. Cumq; loqueretur hos sermones, clausit diem suum, mortuaq; est & collecta ad populum suum. Porrò dies quibus regnauit regina fuerũt anni nouẽ: cuncti autẽ dies eius fuerũt anni septuaginta tres. Suppressit mulier ista animum suum muliebrem & non peccauit neq; inique egit contra deum suum, quoniam habuit in corde suo sapientiã, prudentiam & astutiam, et ex nimia prudentia sua non raro præuidit futura. Sed & per sapientiã suã superauit hostes suos, humiliauit amicos atq; eos qui sibi societate coniuncti erant, & idcirco ortæ sunt in domo eius molestię, tribulationes atque discordię, tametsi in diebus eius terra quietem habuerit, quia non affectauit terram alienam, exceptis terris gentium quas deuicit Alexãder maritus eius & Hyrcanus socer eius, restituentes eas Israëlitis. Eas siquidem regina diligentissime seruauit, nec alienatæ sunt de manu eius usque ad diem mortis eius. Hic finem habent gesta Alexandræ reginæ, & nunc conuenit ut recitemus ea quæ contigerunt post eam. [a] Omni etenim scriptori qui libros edit & res indicat ueteres, opus est ut in scribẽdo ordinẽ teneat rerumq; gestarũ seriẽ, ne quicquam eorũ quę facta sunt obliuiscatur: super omnia aũt istud obseruandũ à scriptoribus, ut ueritatem in scribẽdo teneãt. Sic enim præceperũt primi scriptores.

Et recte quidem, cum posteri innitãtur suscipiantq́ tanquam uera, quę prio-
res in scriptis reliquerunt. Decens etiam est & iustum, ut omnis liber qui scri
ptus fuerit, exigatur ad libros legis sanctæ & immaculatæ reliquorumq́ li-
brorum prophetalium, qui subnixi sunt ueritate & iusticia, in quibus mũdus
subsistit & fit homo homo, sine autem eis omnia sunt uanitas & afflictio spi-
ritus. Quid enim prodest homini habere intelligentiam, si utatur mẽdacijs?
Siquidem qui loquitur mendacia, non dirigetur.

¶ De Alexãdræ reginæ obitu Iosephus sic scribit: Decessit anno regni sui nono, ætatis uero septuá gesimotertio, mulier quæ debilitati sui sexus nunquam succubuit, callida circa regni detentionem, quod ex ipsis operibus euidenter ostenditur, & quæ præponeret futuris præsentia, & omnia post-poneret potentiæ principali: & cum nec bonum aut iustum attenderet, ad summam calamitatẽ ne-gotia domus suæ ita perduxit, ut post multa pericula & labores, potestatẽ quam possedit non mul-to tempore tracta cupiditate perderet. Inimicis enim generis sui quam habuit tradidit potestatem, & principatum potentium amicorum gubernatione priuauit, & miserijs regnum post suam mor-tem compleuit propter malam dispositionem. Sed quamuis ita regnasset, gentem tamen in pace cu-stodiuit. a Omni etenim scriptori.] Hæc à Iosepho latino sic scribuntur: Qui con-scribunt historias & res ueteres indicant, oportet eos propter antiquitatẽ narrationi decus impo-nere, uel explanationi rerum studere propter legentes, quatenus cum aliqua gratia uel delectatio-ne experientiam possint rerum concipere. Super omnia uero certius conscriptores debent & ueri-tatem dicere, ut rerum ignari possint credere lectioni.

CAPVT XVII.

ANno itaq; septuagesimo tertio Olympiadis in [a] diebus Rina-
tij & Ortensij ducum Romanorum, cum innouaretur fœdus,
inter Romanos & gentem Iudaicam ictum, quod sculptum in
tabula ænea Ierosolymis & Romæ habebatur, in diebus inquã
horum ducum excitatum est bellum inter Hyrcanũ & Aristo-
bulum fratres, filios Alexandri, commissaq́; pugna prope Iordanem & Ieri-
ho, exanimati sunt homines innumeri & prostrata plurima corpora ex uul-
garibus Israëlis. Nam Aristobulus usq; adeo afflixit exercitum Hyrcani, ut
ille non ferre posset insultum Aristobuli & militum eius, neq; sustinere gra-
ue bellum eius, sed uertentes tergum fugerũt uersus Ierusalem. Aristobulus
itaque uicit in pugna illa Hyrcanum & exercitum eius, persecutusq́; est eos
ipse & milites eius eundo & percutiendo usque ad portas Ierusalem. Et qui
residui manserunt de exercitu Hyrcani, iunxerunt se Aristobulo: Aristobu-
lus autem & uniuersus populus Iudaicus oppugnabant Ierusalem, conaban
turq́; deijcere muros eius propter Hyrcanum, qui fugerat intra eam. Conclu
dentes enim ciuitatem manu excelsa, cingebãt eam uiris bellicis, ueluti cum
quis cingulo lumbos circũcingit. Hyrcanus uero cum in tribulatione esset,
ingrauesceretq́; cõtra eum bellum, eduxit uxorẽ Aristobuli & filios eius de
carcere, quos Alexandra regina in carcerẽ cõiecerat, captamq́; mulierẽ & fi
lios eius apud se tenebat, ut sic liberaret animã suã à gladio fratris sui mediãte
uxore & filijs eius. Tũc egressi seniores Israël et seniores sacerdotes, adierũt
Aristobulũ et flentes pręcabãtur eũ, ut percuteret fœdus cũ fratre suo, esset q́;
ipse rex super uniuersum populum Iehuda, Hyrcanus autem frater eius esset
sacerdos

ſacerdos in templo domini, & ſubderetur ſic regi, ut ſecundus eſſet in aula. Cui ſermoni cõſentiens Ariſtobolus acceptauit conditionẽ. Ingreſſus namque urbem ſuſcepit regnũ & inijt fœdus cum Hyrcano fratre ſuo, intrãtesq́ templum domini iurauerũt ſibi inuicẽ. Quod uidẽtes populi, abierunt ſinguli ad ciuitates & terras ſuas, pacatusq́ eſt prælij tumultus. Poſtea factũ eſt, ut adamaret Hyrcanũ uir quidã nomine [b] Antipater, uir diues & potẽs in auro atq; argẽto, in pecoribus & familia multa, uir fortis & bello aſſuetus, uir conſiliorum, callidus & aſtutus & exercitatus in omnibus fallacijs, quiq́ elicere potuit mentes hominũ & deprehendere conſilia eorum. Hic Antipater fuit dux gentis Aedumæorũ, habens eos ſub tributo, præfectus eis ab Alexãdro cum adhuc eſſet adoleſcens, & accepit uxorẽ de ſemine regio Aedumæorũ, quę genuit illi quatuor filios, quorũ nomina hæc ſunt: primus Phaſelus, ſecundus Herodes, qui factus eſt rex, tertius Pherora & quartus Ioſeph. Nomen uero filiæ eius erat Salomith, & nomẽ uxoris Ciparon Aedomęa. Vnde & ſcriptores dixerunt ipſum Antipatrũ quoq; fuiſſe Aedumæum, ſed Nicolaus hiſtoricus dicit ipſum ortũ ex nobilioribus Iehuda, ex Iudæis illis qui redierunt de Babylone in Ieruſalem tẽpore Nehemię filij Hachalię, & Ezræ ſcribæ atq; ſacerdotis.

¶ *In Olympiadibus non cõuenit hic inter autorẽ noſtrum & Ioſephũ, ſed dubium non eſt, quin utrumq; exemplar per ſcriptores ſit uiciatũ. Eſt autẽ Olympias ſpaciũ quinq; annorũ. Et Græci quidem ſupputauerunt tẽpora ſua per Olympiades. Olympiade autem 55. Iudæi egreßi ſunt de captiuitate Babylonica ſecundũ Euſebiũ: & ſecundũ eundem anno tertio Olympiadis 173. Ariſtobulus & Hyrcanus certauerũt de regno, quod Ioſephus dicit factũ Olympiade 183. In noſtro ergo exemplari omiſſus eſt numerus centenarius, & tunc nõ diſcrepabit ab Euſebio. In Ioſepho uero uidẽtur male ſcripta 80. pro 70. id quod facile ex ipſomet probari poteſt. Nam dicit primũ annũ Iohannis Hyrcani filij Simeonis fuiſſe annũ Olympiadis 162. Hyrcanus aũt ille regnauit annis 31. & Ariſtobulus regnauit anno uno, & Alexãder annis 27. & Alexandra annis 9. qui omnes ſimul accepti faciunt Olympiades 13. & annos 2. &c.*

a In diebus Rinatij.] Ioſephus habet ſic: Q. Hortenſio & Quinto Metello Cretico conſulibus, bellum contra Hyrcanum Ariſtobulus præparauit.

b Antipater.] De hoc Ioſephus ſic habet: Amicus quidã Hyrcani, genere Idumæus, Antipater dictus, multas poßidens pecunias, et uir efficax, Ariſtobulo ſuſpectus habebatur propter Hyrcanũ. Nicolaus tamen Damaſcenus ait hunc genere nobilißimũ Iudæum fuiſſe, ex illis qui ad Iudæam à Babylone reuerſi ſunt. Hæc autẽ refert ad gratiã Herodis filij eius, quem regem Iudæorũ contigit poſtea fieri. Hic ergo Antipater, qui prius Antipas appellabatur, et eodem quo pater nomine uocabatur, cum eum Alexander rex & uxor eius ducẽ totius Idumææ ordinaſſent, amicitias iniſſe cũ finitimis Arabibus & Gazæis atq; Aſcalonitis perhibetur, multis & maximis donis illos ſibi cõiungens. Hæc Ioſephus. Proinde ne multiplicia nomina Hyrcanorum, Ariſtobulorum & Alexandrorum tibi in ſequentibus imponant, uoluimus iam ſeriem regum Iudaicorũ, ultra illa quæ ſupra capite quinto ſignauimus, extendere in ulteriores gradus:

Alexander / Alexandra {
- *Hyrcanus* — *Alexãdra: hanc duxit Alexander patrui Ariſtobuli filius*
- *Ariſtobolus* {
  - *Alexander* { *Ariſtobulus* / *Marimi quam duxit Herodes.*
  - *Antigonus*

Genealogia

Genealogia seu successio Antipatri Idumæi.

Antipater Idumæus cuius uxor Cipæron
- *Iosippus,*
- *Phaselus, Phaselus* — *Antipater, Herodes, Alexander, Alexandra, Cypris*
- *Salome filia*
- *Herodes magnus, qui habuit multas uxores, ex quibus multos quoq; sustulit liberos, ut sequenti libro dicetur cap. 32.*
- *Pherora*

CAPVT XVIII.

CVum itaq; Antipater amaret Hyrcanũ, cõsilio inito uoluit Aristobulus occidere Antipatrum. Quod audiens Antipater, uehementer timuit sibi ab Aristobulo, locutusq; est super cor fortiorum Iehuda, & blãdiebatur eis his persuasionibus: Verbum habeo ad uos ô sancti homines dei, quoniã uideo populo sancto fieri iniuriam desolationemq;, & augeri iniquitatẽ, delictum, peccatum, uiresq; suscipere impietatem, tolli ueritatem & nullam esse iustitiã. Vt quid enim minor natu dominium & imperium habet in maiorem? Hodie inique occupatum est regnum cõtra dei cõstitutionem & cõtra uoluntatem seniorum populi eius, gladio & armis bellicis atq; effusione sanguinis populi dei. Nunc ergo uos Israëlitæ aduertite diligẽter quid iustũ & æquũ sit. Cumq; in hunc modũ uerba multiplicasset & cõmouisset mentem seniorũ Israël, sollicitauit quoq; seorsum Hyrcanũ dicens: apprehẽde fugã ut salueris, quia Aristobulus frater tuus cogitat quomodo te occidat. Nam accepit à cõsultoribus suis huiuscemodi consiliũ: Quãdiu uixerit Hyrcanus, nõ firmabitur tibi regnũ tuũ, quia ille senior te est. Quod si illum interfeceris, tunc tutus eris in regno tuo. Ob id ergo decreuerũt semel, ut te occidãt. Quod audiẽs Hyrcanus noluit credere, quoniã erat uir simplex & rectus, totusq; mitis. Et uidẽs Antipater Hyrcanũ nolle acquiescere uerbis suis, non destitit huiuscemodi sermonibus illum die noctuq; monere, proferensq; aurum & argentũ conduxit amicos qui similia loquerentur ad Hyrcanũ. Cumq; astutia sua illum tandem incitasset prouocassetq; ad capessendũ fugã, ait ad eum: Quiesce tu, donec ego abiero & prospexero tibi de loco ad quẽ cõfugias. Egressusq; Antipater de Ierusalẽ abijt ad Petram deserti, ad palatium Arethę regis Arabũ, lætatusq; est Aretha ob aduentum eius, nam fuit ab heri & nudiustertius amicus eius, pecussitq; cum eo fœdus & iurauit ei quod nõ traderet Hyrcanũ in manũ quęrentiũ animã eius. Antipater uero rediẽs in Ierusalẽ narrauit Hyrcano omnia quæ egerat. Egrediẽsq; ille cũ eo de Ierusalẽ, uenerũt post multos dies usq; ad Petrã deserti ad palatiũ Arethæ regis Arabum. Egressus ergo Aretha in occursum Hyrcani cum curribus & equitibus, suscepit eum cum magna gloria, & mansit Hyrcanus in domo eius aliquot diebus. Post hæc factum est, ut inciperet Antipater sollicitare regem Arabum, ut ueniret cum Hyrcano in Ierusalem & pugnaret contra Aristobulũ, ad restituendum

sibi

sibi regnũ. At Aretha rennuit uenire & pugnare cõtra Iudęos, memor quomodo ab Alexandro tribus uicibus in prȩlio percussus fuisset, ablatæq; sibi essent urbes munitæ, quæ Arabum fuerant. Ad quem Antipater ait: Non formidet cor tuum ascendere nobiscum, quoniam habemus ex fortissimis Israëlitis manum adiutricem contra Aristobulum. Respondens uero Aretha dixit: Si restitueritis mihi omnem terram & [a] decem ciuitates quas mihi abstulit Alexander, ascendam uobiscũ & pugnabo contra hostes uestros. Et promisit Hyrcanus se redditurum ei omnem terram atq; memoratas decem ciuitates. Osequens ergo ei Aretha, congregauit exercitum militum suorum ut proficisceretur cum eis contra Ierusalem ad expugnandum eam.

¶ Cum Antipater formidaret potentiam Aristobuli, timẽs ne quid ab eo pateretur propter inimicitias latentes, excitat cõtra eum Iudæorũ ualidissimos uiros, iniustũ esse dicẽs negligere, dum uiderent Aristobulum inique principatũ habere, fratremq; eius priorẽ eiectũ, cui magis propter ætatem imperium debebatur. Sed & cum ad Hyrcanũ multa locutus fuisset, ille autẽ nõ attenderet uerba eius, nõ parcebat singulis diebus accusationes fictas de Aristobulo illi inferere, tanquã eũ interficere festinaret, quẽ uix impulit ad Aretham Arabũ regem confugere: nam promittebat ei auxiliatorem illum quoq; futurum. a Decem ciuitates.] *Hæ decem ciuitates fuerunt Medaba, Libyas, Nabalota, Arabata, Galata, Zoara, Monslingon, Adissa, Ribdalusa, Oriblo.*

CAPVT XIX.

Habuit autem Aretha in exercitu suo quinquaginta millia equitum & plurimos uulgares atq; robustos milites. Et profecti de Petra deserti uenerunt in terram Iehuda, & egressus Aristobulus in occursum eorum cœpit pugnare cõtra eos. Factumq; est ea die qua congressi sunt, ut magna multitudo populi afflueret ad Hyrcanum & Antipatrum, opem latura. Et uidens Aristobulus multitudinem uulgi ab exercitu Iudæorũ deficere ad Hyrcanũ, relicta pugna solus fugit mente consternatus in Ierusalem. Nam omnes bellatores eius iunxerũt se Hyrcano & Antipatro. Aretha uero rex Arabum progressus obsedit Ierusalem, habens secum uniuersum populum Iudæorum & Arabum: Aristobulus autem habuit duntaxat uiros Ierosolymitanos & sacerdotes. Factum est itaq; ut bellũ indies magis ac magis cresceret, & bellicus ille tumultus extenderetur usq; ad decimumquintũ diem primi mensis. Quapropter multi pij & iusti Iudæi relinquẽtes prouinciã Iudeæ secesserunt in Aegyptum, ut ibi celebrarent solennitatem azymorũ, quam in Iudæa celebrare nequiuerunt propter bella. Circũdantibus aũt Iudęis et Arabibus ex omni parte Ierosolymã, latebat inter eos Iudæus quidã nomine Honias, uir iustus & deo amabilis, qui probatus & perfectus inuentus, stabat in dissidio & orabat pro populo dei. Cumq; cœlum clausum esset & non redderet pluuiã, orabat uir iste Honias & petebat à domino pluuiã, & dominus exaudiens eum nõ distulit petitionẽ eius. Et sic quidẽ fecit multis uicibus, cũ esset fames & siccitas in terra Iehuda. Factũ itaq; est eo tẽpore quãdo bellũ istud gerebãt, ut inuenirẽt Honiã latentẽ in castris Iudæorũ, cõprehendentesq; eũ duces Iudęorũ statuerũt in mediũ populi & dixerũt ei: effunde orationẽ ob istũ conflictũ qui accidit nobis, si fortasse dominus, ꝑpter nomen suũ exaudiat te, sicut exaudiuit te cũ rogares eũ pro pluuia, & tradat in manus nostras Aristobulũ & sacerdotes,

qui

qui ſunt cum eo. Reſpondens autem Honias ait: Vos populus domini eſtis & illi ſunt ſacerdotes eius, & ego ſic orabo pro uobis, ut illis nihil mali precer neq; maledicā ſacerdotibus domini. At illi coēgerūt eum dicentes: ſi non feceris ſecundum uoluntatem noſtram, noueris te morte moriturū. Cum ergo moleſtarent eum, leuauit oculos ſuos in cœlū, & expanſis manibus orabat dicens: Domine deus cœlorum & rex omnium populorum, in cuius manu eſt omnis uiuens & figmentū cogitationū recti cordis humani, & figmentum cogitationum populi tui & ſacerdotum tuorum, dirige cor illorum ad te, & non exaudias iſtos contra illos in malum ſed in bonum, quoniam iſti ſunt populus tuus & illi ſacerdotes tui. Cumq; oraret iuxta hæc uerba, irruerunt in eum quidē impij Iudei & interfecerunt eum. Sed deus non diſtulit ultionem ſuam. Nam percuſſit caſtra Iudæorum, mortuiq; ſunt plurimi ex plebeis, propter ſanguinem Honiæ. Poſt hęc factum eſt ut clamarēt ſacerdotes de muro ad populum Iſraël dicentes: Vos Iſraëlitæ populus domini, date manum deo ueſtro atq; ſanctuario eius & offerte ei oues, hircos & arietes, ut ſacrificemus ſecundū ſolennitatis ritum. Eſt enim hodie feſtum azymorum, & idcirco altari domini nihil ſubtrahi debet, ne habeatis peccatum. Quibus populus reſpondēs ait: date nobis aurū & argentū, pro ſingulis arietibus mille drachmas aureas, ſic pro unoquoq; hirco & oue, & dabimus uobis iuxta petitionem cordis ueſtri. Cumq; Ariſtobulus & ſacerdotes dediſſent aurū, illi non reddiderunt eis hoſtiam, ſed impie agentes & peccantes fraudauerūt altare uictima. Orauerūt ergo ſacerdotes & clamauerūt ad dominū ſuper hac rapina, quam populus fecit in hoſtijs domini, et dominus non eſt remoratus pœnā, ſed percuſſit populum fame magna, ut modius unus tritici emeretur una drachma aurea.

¶ De Honia habes apud Ioſephū cap. 3. libri 14. in hunc modū: Cumq; Honias oraſſet, maleuoli Iudæi adorti interfecerūt eum. Deus autem ſtatim ab eis ultionem crudelitatis, & pœnam exegit poſt mortē Honiæ hoc modo: Cumq; ſacerdotes obſeſſi petiſſent Iudæos, ut pro uictimis acciperent quantas uellent pecunias, tunc illi mille drachmas dari pro ſingulo capite dixerunt. Quam pecuniā cum accepiſſent, nequaquam uictimas reddiderūt, ſed maleuolentia tracti, fidei tranſgreſſores & impij coram deo pro defraudatione hoſtiarū extiterunt. Sacerdotes ergo orauerunt deum, quatenus hoc illis impune non cederet. Qui non remoratus pœnam, procellam uehementem acerrimamq; in fructus totius prouinciæ mittēs, cōſumpſit eos ita, ut modius tritici drachmis undecim emeretur. Vides hic lector, autorē noſtræ æditionis diſcrepare in duobus locis à Ioſepho. Porrò drachma ſecundum Hebræos habet pondus 96. granorum hordeaceorum, ut in annotationibus noſtris ſuper 17. caput Matthæi fuſius oſtendimus.

CAPVT XX.

IN diebus illis egreſſus eſt Pompeius dux magnus militiæ Romanorum cum exercitu magno & graui, contra Tigranem regem Armeniæ, & mittens Scaurū unum ex ſeruis ſuis pręcepit ei ut expeditionem moueret in Syriā. Cumq; Scaurus ueniſſet in Damaſcum, miſit Ariſtobulus nuncios ad eum ut poſtularēt auxilium ab eo. Sed & Hyrcanus miſit pro auxilio eius, at Scaurus noluit ferre auxilium Hyrcano, quin magis opem ſuam pollicitus eſt Ariſtobulo, eo quod Ariſtobulus dediſſet ei quadringenta auri talenta. Quæ cum Scaurus accepiſſet, pollicitus eſt auxiliū ſuum, miſitq; epiſtolam ad Aretham regem Arabum,

Arabum, qui obsidebat Ierosolymam, dicens: Discede à Ierusalem, nisi enim recesseris, senties Romanos uenientes contra te ut te occidant. Aretha ergo lecta epistola quam Scaurus scripserat, soluta obsidione recessit à Ierusalem, comitatiq; sunt eum Hycanus & Antipater, eo quod auxiliator eorum defecisset. Tunc egressus Aristobulus de Ierusalem cum populo exiguo, persecutus est Aretham & Hyrcanum atq; Antipatrum, apprehensisq; eis in campo Capiron pugnauit ibi, & superans eos prostrauit in terram sex millia bellicosorum uirorum de populo Arabico & Iudaico, qui erant cum Hyrcano: interfecit quoq; Cophalum fratrē Antipatri, ac deinde reuersus in Ierusalem regnauit super Iehudam. Post hæc factum est ut ueniret Pompeius magnus in Damascum, & miserunt cunctæ gentes ad eum legatos, Aristobulus quoque misit ei pro munere uitem auream quingentorum talentorū & hortum aureum, quem nominabant Terpnon. Ista uero uitis atque hortus Romæ uidētur in templo Iouis, & fuit scriptum super uitem ipsam in hæc uerba: Hanc uitem misit Aristobulus rex Iudæorum ad Romam. His itaq; gestis, uenerūt nuncij ad Pompeium ab Hyrcano & Aristobulo. Et Hyrcanus quidem misit Antipatrum & Aristobulus Nicomedem, & ipse precatus est eum, ut ferret auxilium manumq; porrigeret Aristobulo. Nam dederat ei quadringenta talenta auri. Antipater uero uidēs quod Nicomedes inclinasset Pompeiū ad auxiliandum Aristobulo, locutus est ad eum secreto dicens: ut quid pollicitus es auxilium Aristobulo & accepisti munus de manu eius? Nónne melius erit tibi, si tu dominium habeas in gentem Iudæorum, & consequaris nomen, faciasq; rem magnam, quam patres tui attentare non præsumpserunt? Etenim si auxilium tuleris Hyrcano in regno, habebis eum seruum, sed & omnes Iudæi erunt serui tui. Itaque cum Pompeius audisset uerba ista, gauisus est ualde, dixitq; ad Antipatrum: Si ita uobis uisum fuerit, quiescite uos, donec ego uerbis persuasero eū. Fortassis Aristobulus ipse ueniet ad me. Siquidem ego non audeo bellum illi indicere, ne forte ipse aciem ordinet occupetq; uada, & prohibeat Iudæos de terra sua. Idcirco expectate donec ille uenerit ad me & decipiam eum, ueniamq; cum illo in Ierusalem, & tunc tradam regnum Hyrcano, sed hac conditione, ut singulis annis nobis tributum pendatis.

¶ *Cum legati Aristobuli & Hyrcani uenissent ad Scaurum in Damascum, ut peterent auxilia, & Aristobulus promitteret quadraginta se dare talenta, & nihilominus hæc etiam eadem Hyrcanus offerret, Scaurus magis Aristobuli promissa suscepit. Nam & diues & magnanimus Aristobulus erat, & omnino paruum erat quod dari postulabat. Alter uero & pauper & tenax fuit. Flexus itaque Scaurus pecunia, soluit obsidionem & præcepit Aretham recedere, ne Romanis hostis appareret. Paulò post cum Pompeius in Damascum peruenisset, & legati undiq; ad eum cum muneribus uenirent, misit Aristobulus quoq; donum maximum, uitem scilicet auream seu hortum aureum quingentorum talentorum, quem nominabant Terpnon, id est, delectabile, ut Iosephus exponit. Est enim τερπνός iucundus. Iosippus dicit uitis illius radices, pampinos, folia, botros & uuas fuisse ex auro puro. Dicit & opus ipsum tam artificiose factum, ut senatus Romanus pluriuū miratus fuerit ingeniū artificis illius, ponentes uitem in templa deorum suorum in conspectu Iouis magni idoli.*

CAPVT XXI.

Post hæc factum est, ut diceret Pompeius: uocate Nicomedem. Cumq; uocassent eum, decipiens ille eum ait ei: Dic ad Aristobulum dominum tuum. Sic ait Pompeius princeps militiæ Romanę: Festina absq; mora uenire ad me. Nam Antipater expectat te in Damasco quousq; uenias ad me. En ego confirmabo regnum tuum Iudaicum in manu tua. Sic enim constituit Consul & trecenti atq; uiginti consiliarij eius. Sunt autē hæc uerba epistolæ, quā misit Pōpeius ad Aristobulū dicens: Pompeius dux exercitus Romanorū Aristobulo regi & semini regio, qui sunt sacerdotes domini Iudæorū pax. Notum sit uobis quod uitem & hortū quos misisti mihi accepi, misiq; ad Romam, & lætatus est Consul atq; trecenti & uiginti consiliarij eius, & ponētes illud munus tuum in templo Iouis, laudauerunt te, oraueruntq; pro te in loco illo. Scripsit prętera Consul mihi, ut confirmem regnum in manu tua, quapropter si tibi uisum fuerit, ueni festinanter in Damascum ad me, & faciam iuxta placitum tuum, & quicquid bonum & rectum tibi uisum fuerit. Hæc autem epistola scripta est in libro regum Romanorum. Factum est proinde, cum Aristobulus uenisset in Damascum ad Pompeium ducem magnum Romanorum, ut inciperent Hyrcanus & Antipater atq; seniores Iudæorum, qui erāt à parte Hyrcani & Antipatri, loqui ad Pompeium in hunc modum: Decerne iudicium ô dux magne & uir misericors. En Aristobulus conatur per uiolentiā dominari & opprimere eum qui maior se est. Nam usurpauit regnum per gladiū, per hastam & seditionem, nec satis est quod uiolenter regnat super populum Iudaicum, sed percussit quoque omnes gentes quæ nobis sunt uicinæ, & quæ ab heri & nudiustertius nobis iunctę fuerunt amicitia, usus in hoc uersutijs, effuditq; sanguinem multum in terra earum, crudelis existens & in populum suū & in alienos. Produxit deniq; Antipater mille senes testes, qui testimonium præbuerūt super omnibus uerbis istis. Respondens uero Aristobulus dixit: Verum est, frater meus maior me est, sed quoniam est ignauus & debilis, est ineptus ad regnandum: nec ego affectaui regnum neque ambiui ipsum, sed uidēs diffluere potentiam populi, & omnes seruos Iudæorum, quos patres nostri deuicerunt, præuaricari & obuertere humerum rebellem, nihilumq; esse & potentem & abiectum, cum hæc inquā uidissem suscepi regnum, gessi bella & reduxi memoratos sub potestatem Iudęorum. Sed & pater meus ante diem mortis suæ pręcepit mihi, ut susciperem regnū post mortem matris meæ, uidens nimirum segnitiem fratris mei & defectum mentis eius. Produxit etiam Aristobulus testes, qui hæc uerba eius comprobauerunt. Fuerunt autem omnes testes illi quos adduxit, iuuenes induti hyacintho & purpura, habentes superposita ornamēta aurea, quibus inserti erāt lapides præciosi. Admiratus'que Pompeius ornatum iuuenum & elegantiam uultuum, ait ad seniores: Omnis populus iste reges sunt: beatus rex qui imperium habet super hunc populum, sed & nos beati erimus si ualuerimus regnare super populū huiuscemodi. Iam certe diuulgabitur nomen nostrum in omnem terram, & pauor nostri nominis atq; metus erunt super omnes gentes, postquam subiugauerimus populum istum.

¶ Cum Aristobulus beneuolentiam & gratiam Romanorum obtinuisset per uitem auream, munus magnificũ, siquidem muneribus capiũtur dij & homines, dissolutæ sunt manus Hyrcani. Quem consolans Antipater, omnis uersutiæ inuentor, ait: Non sit tibi molesta amicitia illa quam Pompeius habet ad fratrem tuum. En ego uadam & inclinabo cor eius ad te, ut te illi præponat. Quod & factum est. Nam cum abijsset Antipater ad Pompeium, dixit ad eum: Si fuerit Hyrcanus sub manibus tuis, scias quod totus Israël tibi subdetur. Nam omnes diligunt eum. Sin Aristobulus fuerit sub manibus tuis, non omnis Israël obtemperabit tibi, eo quod illum odio habeant. Cui respondit Pompeius: Nemo sciat quicquam de his rebus, de quibus locutus es ad me. Ego enim mittam ad Aristobulum, ut ueniat ad me in Damascum, & tunc apprehendam eum, uinctumq; tradam in manũ fratris sui, & restituam regnum fratri suo, &c. Hæc ex Iosippo huc retuli.

CAPVT XXII.

His gestis, Pompeius profectus est à Damasco ut adiret Ierosolymam, comitatiq; sunt eum Aristobulus & Hyrcanus. Et cum essent in itinere, disceptauerũt duo fratres de regno. Sed & gentes qui erãt ex ciuitatibus illis quas Aristobulus ceperat, clamauerunt ad Pompeium quod sub iugum coacti essent. Tunc clamans Pompeius ad Aristobolum, iussit ut restitueret ciuitates dominis suis, scriberetq; chirographum in quo certiores eos redderet, quod nũquam eos bello peteret. Parens itaq; ei Aristobulus, reddidit illis ciuitates, scripsitq; eis chirographum iuxta omnia quæ præceperat ei Pompeius. Et cum rursus disceptaret cum Hyrcano fratre suo de regno, dixit ad eos Pompeius: quiescite donec uenero in ciuitates uestras & cognouero causam uestrã. At Aristobulus diuertens abijt inconsulto Põpeio, uenitq; in [a] Delion, & inde abiẽs trãsiuit Pellam & Scythopolim, et ultra progressus peruenit in Alexandriũ, mansitq; ibi. Et iratus Pompeius uertit omnem bellicum apparatum, quem in Persiam destinare cogitauerat, persecutúsq; est eum & apprehendit eum in Alexandrio. Nam cum obsedisset ciuitatem, dixerunt sapientes Aristobuli ad eum: cur uis rebellare Romanis, cum illi ferè totius mundi dominio potiantur, nec sit nobis auxiliũ à populo nostro, qui illis magis iũctus est? Obediens ergo eis egressus est ad eum, salutauitq; eum pacifice. Et cum rursum contenderet cum fratre suo de regno, consentiente Pompeio reuersus est in ciuitatem Alexandrij. Factúmq; est in crastinum, ut egressus Aristobulus de ciuitate, tuba clangeret, & rebellans perueniret in Ierusalem. Quem persecutus est Pompeius & totus apparatus Romani exercitus, totúmq; pondus militiæ eorum. Profecti autem uenerunt in Ieriho ciuitatem fragrantissimi odoris & posuerunt ibi castra. Crescebat enim in illo loco [b] balsamum, quod est oleum suauissimum, quod Apharsemon uocãt atq; Pannag. Nec unquam arbor illa alibi quàm in Ieriho uisa est, quantumlibet multi reges & omnes Aegyptiorum reges tulerint inde surculos, sed qui aruerunt & non creuerũt alibi. Mansit proinde arbor illa in Ieriho usq; ad desolationem templi. Deuastato namq; sanctuario, translatum est arbustũ illud de Ieriho in Aegyptum & ad alia loca. Factũ itaq; est ut post ista mane cõsurgeret Pompeius & abiret de Ieriho uersus Ierusalem: & uidẽs altitudinem muri ciuitatis excelsasq; eius turres, resplendentes lapides, fenestras lucentes, elegantiam facierũ, candorem, nobilitatem atq; pulchritudinẽ urbis, stupefactus dixit: quis poterit

lapidem è funda proijcere, aut iaculum mittere contra hanc ſanctam urbem?
Beatus rex, qui imperio huius urbis potitur. Itaq; cum iſta uideret Ariſtobu-
lus, exhibuit ſe Pompeio, rogauitq; eum pro pace, pœnitudine ductus quod
rebellis ei extitiſſet. Quem ſuſcipiens Pompeius, fecit cum eo pacẽ. Et ait ad
eum Ariſtobulus: omnia quæ dixeris mihi faciam, atq; cuncta quæ impoſue
ris mihi dabo, ſi modo mihi patrocinatus fueris pro regno conſeruando, hu-
miliaueriſq; ante faciem meam hoſtes meos. Ad quem dixit Pompeius: uaſa
aurea quæ ſunt in templo tuo & lapides prꝗcioſos trade mihi, & mittã ea in
Italiam, in templum Iouis Romani, & tunc agam tecum iuxta placitum tuũ.
Cumq; Ariſtobulus aſſenſum præbuiſſet, miſit Pompeius Gabinium uirum
bellicoſum & cum eo cateruam robuſtam militum Romanorum, qui tolle-
rent uaſa & lapides præcioſos de templo domini quod erat in Ieruſalem. Sed
ſacerdotes & populus noluerũt dare omnia quæ Põpeius poſtulauerat, quin
magis excluſerunt Gabiniũ ab urbe, & proſtrati ſunt multi ex militibus Ro
manis intra Ieruſalem. Vnde iratus Pompeius tradidit Ariſtobulum in carce
rem, uinxitq; eum catenis. Et appropinquans ut urbẽ manu ualida expugna
ret, uidit illam ex omni parte munitiſſimã eſſe, quia ſita erat in monte ædito
præter ſeptẽtrionalem partẽ. Ibi enim erat planicies, & propterea Pompeius
collocauit illuc omnia machinamẽta ſua bellica, atq; omnẽ exercitũ ſuũ, qui
ualidiſſimus erat. Nam milites Romani qui deſtinati erant in Perſiam, colle
cti ſunt cõtra Ieruſalem. At uiri Ieroſolymitani ſubito erumpẽtes & pugnan
tes contra Pompeium, præmiſſo clangore fecerunt impetum magnum in ca
ſtra eius, ſtrauerunt'q; plurimos in terram. Et ſtupefactus Pompeius de auda
cia hominũ illorũ & de iuuenum leuitate, cõſtituit apud ſe recedere ab urbe.

¶ *Totum caput iſtud Ioſippus his breuibus complectitur uerbis: Cum Ariſtobulus uideret quod Põpeius nõ ſtaret pacto quod pepigerat ſecũ ab initio propter uitem, cõtempto eo fugit in Alexandrium. Et cum Pompeius atq; totus exercitus eius moueret caſtra & obſideret Alexandrium, fugit Ariſtobulus rurſum & reuerſus eſt in Ieruſalem. Quem inſecutus Pompeius uſq; in Ieruſalem, ſcripſit ei epiſtolam fœderis, remittens iniquitatem. Egreſſus ergo Ariſtobolus ad eum, non fecit Pompeius ei aliquid mali, ſed rogauit eum ut daret ſibi omnia uaſa domus domini. Quod cum Ariſtobulus facere nollet, iratus Pompeius conſtrinxit eum compedibus ferreis & impugnãs Ieruſalem contriuit murum eius ualde. Ipſi autem egreſſi contra eum, percuſſerunt de exercitu eius duodecim millia uirorum.* a Delion.] *Ioſephus uocat Delon, & poſt Scythopolim ponit aliũ locum quem Corias uocat, qui initium eſt Iudææ mediterraneæ, unde munitiſſimũ oppidum ſuper montem poſitum uidetur, Alexandrium nomine, quo Ariſtobulus confugerat.* b Balſamũ] *de hoc Ioſephus ſic ſcribit: Vbi maxime naſcitur opobalſamum, unguentum optimum, cuius cum flos acuto lapide inciſus fuerit, diſtillat. Videtur autem quod locus ille ob ſuauiſſimam fragratiam balſami ſortitus ſit nomen Ieriho, nam* ריח *ſignificat Hebræis odorem.*

CAPVT XXIII.

POſt hæc factum eſt, ut diſſidium oriretur intra urbem Ieroſoly-
mitanam, inter uiros Ariſtobuli & uiros Hyrcani, quia illi dixe
runt aperiendam portam ciuitatis & ſuſcipiẽdum Pompeium
intra urbem, & qui erant à parte Ariſtobuli obſiſtebant ne in-
tromitteretur, ſicq; grauius erat bellum internum quàm exter-
num, & ceciderunt multi de populo Iudaico in illa ſeditione. Quod cum au-
diſſet

disset Pompeius, accessit ad portam, & multi Iudæi uiolenter aperuerũt portam ipsam & intromiserunt Pompeium. Tunc ille cepit urbem & palatium regium, templum autem non cepit, quia sacerdotes clauserũt portas templi & domum sanctuarij, occupaueruntq; aditus templi & repugnauerunt uiriliter. Factum est ergo in quarto mense, & pugnauerunt sacerdotes usque ad decimumseptimum diem, quando erat ieiunium, & sacerdotes obtulerũt ea die sacrificia atq; holocausta coram altari domini: Pompeius uero [a] adduxit arietem ferreum ut cõcuteret turrim templi, [b] quatiensq; turrim deiecit eam in terram, & apertis interioribus templi, ascendit in primis Cornelius & Faustus filij Syllæ, ingressiq; sunt templum dum sacerdotes sacrificijs intenderẽt & offerrent holocausta coram domino. Post Cornelium uero ascendit Phurius & Phirius cum ui magna & cũ militibus Pompei, habentes in manibus suis gladios euaginatos, & ingressi templũ domini, percusserunt sacerdotes domini. At sacerdotes neq; territi sunt neq; pauefacti à gladijs euaginatis, nec tremefacti à resplendẽtibus mucronibus, nec animo fracti propter cadauera mortuorum passim in medio templi corruentium, sed incedebant super cadauera & exequebantur ministerium domini, offerẽtes sacrificia, holocausta & uictimas eius, exhortantesq; semetipsos dicebant adinuicem: agite uiriliter & simus fortes ô sacerdotes domini, moriamurq; ante altare eius. Honestum enim est ut moriamur in officio nostro & nõ deferamus ministeriũ domini, neque proijciamus cultum eius. Versabantur itaq; sacerdotes domini in bello illo absq; ullo pauore, timore & mentis perturbatione, perinde ac si in firma pace ambularent. Et quando sacerdos unus cadebat ex numero sacrificantium, mox successit illi alius, accipiensq; hostiam de manu interfecti, obtulit eam. Quod si & ipse interficeret, aderat collega eius & exequebatur quod ille facere conabatur. Et istud fiebat donec consummabatur totum ministerium domini per sacerdotes in illa ieiuniorum die. Et in hũc modum iugulabãt omnes sacerdotes accinctos ephod lineo, indutosq; uestibus sacris, & cadebãt cadauera sacerdotum super corpora hostiarum, mixtusq; est sanguis eorum cum sanguine hostiarum, & mortui sunt in loco sancto coram altari domini. Omnia autem quæ hic scribo de sacerdotibus domini non sunt mentita, quapropter qui hæc legerit in libro meo & noluerit credere, eat & legat aliorum scriptorũ libros. Nam multi scriptores idipsum testantur, præsertim habetur id scriptum in libro Nicolai Damasceni, & in Strabone Cappadoce atque in Tito Liuio historico, qui conscripsit gesta Pompei Romani, & in alijs libris. Cum itaq; sacerdotes in tẽplo essent cõsummati, ingressi sunt duces Romani in sanctuarium & manserunt ibi. Nomina autem eorum hæc sunt, Gaius Antonius, Marcus Tullius Cicero, qui dux fuit & scriptor, scripsitq; in libro suo omnia quæ proprijs oculis conspexit, quæ fiebãt in sanctuario domini & sacerdotibus eius. Veniens quoque tandem Pompeius & multi Romani cũ eo, ingressus est sanctuariũ domini, uidensq; [c] sanctũ sanctorũ pepercit ei & nõ misit manũ in rem ullam quę erat in sanctuario. Inuenerũt autẽ ibi magnã copiam auri & drachmas aureas, nempe duo millia talenta, nec uoluit Pompeius contingere rem ullam quam inuenit in templo, sed præcepit residuis sacerdotibus ut repurgarent templum & adducerent sacrificia atq; offerrent holocausta, quod & illi fecerunt. Porrò Hyrcano tradi

dit regnum,& interfecit omnes fautores Ariſtobuli,ipſum autem Ariſtobulum ligauit catenis,ut illum Romam duceret. Cũctas quoq; Syriæ ciuitates quas Iudæi iure belli acquiſierãt,reſtituit Syris ipſis,& omnes terras quas reges Machabæorum deuaſtauerant, reddidit Pompeius habitatoribus ſuis, eos autem quos Ieroſolymitani ſubiectos tenebant fecit Pompeius liberos, ne amplius ſerui eſſent Iudæorum, & Ieroſolymã quæ fuerat domina prouinciarũ, [d] fecit ſeruire ſub tributo.Omnia iſta uenerunt ſuper nos propter Hyrcanum & Ariſtobulum fratres,ipſi enim fuerunt primi autores mali ſuſcitati in Ieruſalem,ob quod ſerui facti ſumus Romanorũ. Ab eo tempore deſcẽdimus à magnificentia noſtra & fuimus humiliati.

¶ a Adduxit arietem.] Offerebant milites Pompei uerba pacifica in templo cõcluſis, ſed hĩdum nõ obedirent,loca iuxta templum poſita muris circumdederunt,ad omnia Hyrcano miniſtrante. Pompeius enim circa templum à parte aquilonis collocauit milites ubi fuerũt turres & foſſæ altiſſimæ,quæ uallo circumdabantur.In ea ualle Pompeius aggerem fecit & foſſam coæquauit, machinamentaq; bellica à Tyro deportata ſuperimpoſuit,per quæ etiam templum depoſuit.Sed ſi nobis patrium non fuiſſet,ait Ioſephus,ſeptimo die uacare,nullatenus aggerem conſtruere Iudæis repugnantibus potuiſſent. Nam bellantibus & occidentibus reſiſtere lex concedit,ſi quid uero aliud aduerſarij uelint facere,nulla nobis datur licentia ſabbatis eos prohibere.Quapropter non certantibus Iudæis nec manus armantibus,turres erigere uel machinamẽta Romanis licuit fabricare,quibus poſtero die utebantur. b Quatienſq; turrim.] Cum machinamentum primum illatum fuiſſet, turris maxima commota cecidit & aperuit partem templi per quam hoſtes irruperunt. Quorum primus Cornelius Fauſtus Syllæ filius cum ſuis militibus ſuper murum aſcendit, & poſt eum per alterã partẽ Furius centurio cum ſuis,in medio uero Fabius & ipſe centurio cum turba fortiſſima. Tunc omnia cæde Iudæorum complebantur. Quidam enim à Romanis, alij uero ſemetipſos occidebant,ita ut circiter uiginti duo millia Iudæorum ſternerentur. Hæc ex Ioſepho libuit huc referre,quando quidem autor noſter ab illo in quibuſdam uidetur differre. c Sanctumſanctorũ.] Hoc eſt,eam templi partem, quam non licuit niſi ſacerdotibus intueri, in qua erãt menſa aurea,candelabrum,libatoria,aromata,ſacra pecunia,&c. d Fecit ſeruire.] Tunc enim Iudæi libertatẽ depoſuerũt & ſubiecti ſunt Romanis, & prouinciam quam armis poſſederunt à Syrijs ablatam,Syrijs compulſi ſunt denuo reſtituere. Inſuper decem millia talenta pauco tempore Romani eos exegerunt, & regnum quod antiquitus ſecundum generationem principibus ſacerdotum dabatur,populare factum eſt.

CAPVT XXIIII.

POſt iſta factũ eſt,ut Põpeius reuerteretur in terrã ſuã, peteretq; Romam, ducens ſecũ Ariſtobulum cũ duobus filijs & filiabus eius:tertius uero filius,nẽpe Alexãder, euaſit. Reliquitq; Pompeius dominatorem in terra Iſraël, Hyrcanum & Antipatrum, apud quos & Scaurum dimiſit,cõmiſſa ei omni terra Aegypti. Abeunte aũt Pompeio & pergẽte uerſus Romã, Scaurus ab heri & nudiuſtertius profectus fuerat ad Petrã deſerti. Et interim factũ eſt cum eſſent Hyrcanus & Antipater apud Petrã deſerti unà cum Scauro duce exercitus Pompeiani & [a] oppugnarent Arabiã,effugit Alexander manus Põpei,& ueniẽs in Ieruſalem inſtaurauit murũ Ieruſalem,quem diruerat Pompeius, & congregauit ex Iudæis manum ualidam pugnauitq; contra Hyrcanum & Antipatrum,& uertit eos in fugam.Sed nec Scaurus ſtare potuit ante eum. Tunc

aſcendit

ascendit Gabinius ab urbe Roma in terram Syriæ, & audiēs omnia quæ egerat Alexander filius Aristobuli, quomodo pugnasset contra Scaurum & occidisset multos Romanos, & in fugam uertisset Hyrcanum atque Antipatrum, instaurassetq́ murum ciuitatis quem destruxerat Pompeius Magnus, profectus est contra eum, cum grauissimo exercitu, collecto ex milite Romano atq́ ex militibus Syrorum, quibus etiam iuncta est ualidissima manus Iudæorum, nempe qui erāt cum Antipatro & Hyrcano. Sed & Antonius qui & Marcus, duo enim habuit nomina propter excellentem fortitudinem suā, fuit enim uir fortis & bellicosus, additus est illis. Venerūtq́ duces isti contra Ierusalem, ut oppugnarent Alexandrum filium Aristobuli: & egressus in occursum eorum Alexāder cum manu non admodum ualida, quippe qui habuit quasi decem millia peditum & quingentos equites, iniijt pugnam cum memoratis ducibus, prostratiq́ sunt ex militibus eius in bello illo sex millia, ipse autem cum residuis bellatoribus suis fugit ad castellum Alexādrium. Et cū appropinquasset Gabinius castello ut illud expugnaret, egressus est rursum Alexāder & fecit impetum in castra Gabinij, atq́ strauit ex eis in terram interfectos plurimos, nempe nouē millia & trecentos. Tunc exurgens Marcus Antonius acriter repugnauit, factumq́ est prælium dirum, & ceciderunt ex Romanis interfecti quasi quinq́ millia, & Gabinius egit Alexādrum retrorsum, fugauitq́ in ciuitatem, & prostratis multis militibus eius, obsedit ciuitatem & oppugnauit eam. Accedens uero ad eum mater Alexandri, uxor Aristobuli, flens obsecrabat eum, ut pacem faceret inter se & Alexandrum, quod & factum est. Deinde [b] distribuit regionem in partes, constituitq́ Hyrcanum dominatorem in Ierusalem, & in Gadira altera parte dominatorem alium, in Hemath dominatorem alium, in Zephorim dominatorem alium, atq́ in Ieriho dominatorem alium.

¶ *a Oppugnarent Arabiam.] Scaurus contra Petram Arabiæ exercitum produxit, sed propter difficultatem ciuitatis in circuitu terram uastauit. Cumq́ exercitus Romanus fame laboraret, Antipater à Iudæa triticum & quæcunq́ erant necessaria destinabat, donec tandem Antipater à Scauro ad Aretam missus, belli seditionem composuit. b Distribuit regionem.] Hæc à Iosepho in hunc modum describuntur: Hyrcanum Gabinius ad Ierosolymam reduxit, habiturum templi diligentiam. Quinq́ tamen curias constituens, æqualibus turmis gentem diuisit, quarum una in Ierosolymis degebat, alia in Gadaris, tertia in Amathunte, quarta uero in Ierichunte, quinta in Sephoris Galilææ, qui regia potestate liberati, sub optimatum gubernatione uiuebant.*

CAPVT XXV.

Irca idem tempus euasit Aristobulus & Antigonus filius eius ab urbe Roma in terram Iehuda. Cumq́ peruenisset [a] ad extremitatem Iudææ [b] Pisilaus dux Ierosolymitanus defecit ad eum cum mille uiris fortissimis, memor pristinę glorię eius. Et uidēs Aristobulus populum multum uenire ad se, separauit pauperem & inermem populum, & elegit ex omnibus octo milia fortissimos uiros, qui facies suas non uerterunt retrorsum, nec auerterunt se à facie cuiuscunq́. Egressus ergo cōtra Gabiniū, qui contra se ueniebat cum grauissimo exercitu Romanorū & cum militibus Iudæorum, qui adhærebant Gabinio

contra Aristobulum, pugnare cœpit fortiter, fecitq́ cum octo millibus arma torum in magno illo Romanorum exercitu cædem maximam, corruentibus passim in terram interfectis multis de exercitu Romanorũ. Sed ex militibus Aristobuli ceciderunt quoque [c] septem millia in conflictu illo, mansitq́ residuus Aristobulus cum mille ex bellatoribus suis, & penetrans per castra Romanorum, procedendo & utrinq́ cædendo peruenit ad cacumen cuiusdam montis. Cumq́ persequerẽtur eum milites Romani & apprehenderẽt eum, conuertit ille faciem suam & repugnauit biduo. Tertia uero die factum est, ut caderent quoq́ mille milites illi quos secum habuerat & strauerant plurimos de exercitu Romanorũ, relictusq́ est Aristobulus solus, pugnans & interficiens multos, donec tandem & ipse tot sauciaretur uulneribus, ut etiam galea ferrea capitis eius incideretur, et ipse caderet in terrã. Capientes autem eum duxerunt ad Gabinium, sanatumq́ à uulneribus innodauerũt uinculis, & catenis sic ligatum miserunt denuo Romam ad Consulem & ad trecẽtos atque uiginti consulares eius. Porrò dies quibus regnauit Aristobulus fuerunt anni tres & menses sex, fuitq́ uir clarus, fortis & potens & pulchro aspectu elegantiq́ forma. Post hæc misit senatus filios Aristobuli è Roma in Ierusalem, misertus matris eorum uxoris Aristobuli, quoniã scripserat Gabinius de prudentia mulieris, commouitq́ senatum ad commiserationem, ut remitteret filios & filias eius. Interiecto uero tempore Gabinius traiecto Eufrate pugnauit cõtra Persas & Medos, & denuo sub iugũ redegit eos, quos Pompeius magnus antea deuicerat. Sed cũ ab eis recederet, illi rursum rebellauerunt, donec Gabinius cõtra eos processit & humiliauit eos, posuitq́ sub tributo. Præuaricati sunt quoq́ in tempore illo Aegyptij & renuerunt dare Romanis tributũ. Quapropter Ptolemæus misit ad Gabinium & pollicitus est ei auxilium: sed & Gabinius uenit cum toto exercitu suo, ut suppetias ferret Ptolemæo regi Aegyptiorum, mittẽnsq́ ad Hyrcanum & ad Antipatrũ, rogauit eos pro auxilio. Egressus ergo Antipater de Ierusalem cum exercitu grauissimo superante exercitũ gentiũ seruientium Romanis, habebat enim omnes bellatores Iehuda & Biniamin, & ueniens ut auxiliũ ferret Gabinio, inuenit eum in Damasco reuersum à Persia. Ad quem ait Gabinius: Sit pax ueniente te. Rursumq́ ait illi, ut se præcederet & aperiret uiam in Aegyptũ. Ingressus enim Gabinius in Aegyptũ restituit Ptolemæum in regnũ suum. Eo tempore cum Antonius esset apud Gabinium in Aegypto, Alexander filius Aristobuli collegit iterum ex militibus Iudæorum cateruam magnam, & irruens in montem Garizim percussit custodes Romanorum, quos Gabinius ibi dimisit, exterminauitq́ omnes Romanos de terra Iehuda. Quod audiens Gabinius misit Antipatrum qui denũciaret pacem his qui rebellionem mouerant. Abiens itaque Antipater redarguit populum & reduxit eos ad Gabiniũ. Alexander uero nolens obedire illi, sumptis secum triginta millibus electis Iudæis perrexit ad montem Thabor, & ordinauit prǣliũ aduersus Gabiniũ, ceciderúntq́ de exercitu suo decem millia, cum reliquis autem uiginti millibus fugit. Et reuersus Gabinius uenit in Ierusalem & confirmauit Hyrcano regnum, sed & Antipatro dedit potestatem super totum populum Iudaicum, & discedens inde redijt Romam.

¶ a Ad extremitatem.] *Ioſephus habet, Ad Alexandrium quod nuper dirutum fuerat, & Ariſtobulus illud renouare cupiebat.* b Piſilaus.] *Apud Ioſephum legimus, Pitholaus dux Ieroſolymorum.* c Septem millia.] *Ioſephus ſic habet: Licet Iudæi propenſius decertarent, tamen atrocitate hoſtium ad fugam conuertuntur, quorum quinq; millia proſternũtur, reliqui uero diſperſi ut unuſquiſq; ualuit per fugam ſibi ſalutem quæſiuit, tamen plus mille Ariſtobulus habens in Macheruntem munitiſſimũ oppidum receſſit. Cumq; male perdidiſſet, nihilominus ſpem ſibi bonam promittebat. Per duos tamen dies obſidioni reſiſtens multis perfoſſus uulneribus captiuus cum Antigono filio ad Gabinium trahitur.*

CAPVT XXVI.

REuoluto autẽ anno uno, audiuit ſenatus Romanus quod Parthi & Medi molirentur præuaricationem: quapropter miſerũt contra eos Craſſum cum exercitu grauiſſimo. Hic itaque cum abiiſſet & perueniſſet in Ieruſalem, intrauit tẽplum domini, & miſit manum ſuam ut acciperet ea quæ erãt in templo domini. Erant autem ibi duo millia talentorum in drachmis aureis. Fuit etiam in diebus illis ſacerdos magnus nomine Eleazar, uir iuſtus & timens deum, & hic dixit ad Craſſum: quare mittis manum tuam ad ſpoliandum templum domini, & tollis aurum quod nec Pompeius neq; alii duces contingere uoluerũt? Iura nunc mihi, ut non auferas aurũ iſtud, & ego dabo tibi trabem unã aureã ponderantẽ trecentas minas aureas. Erant autẽ in trabe illa ſuſpenſa omnia uela hiacynthina & purpurea, quibus operiebant ſanctumſanctorũ, tectaq; erat trabs illa pannis illis ut uideri nequiret. Et cum Craſſus iuraſſet ſe non contrectaturum aut ſurrepturum quicquam ex omni auro quod erat in templo præter trabẽ ipſam, tradidit ei ſacerdos trabẽ, opus manuũ artificis, ponderantem trecentas auri minas. Habet autem mina duas libras & dimidiam, libram uero faciũt ſexaginta unciæ. Porrò Craſſus accepta trabe mutauit iuramentum ſuum: nam cõuerſus abſtulit omne aurum quod inueniebatur in domo domini, nempe duo millia talentorum auri puri. Quod ſi quidam noluerint adhibere fidem uerbis meis, tãtas ſcilicet fuiſſe diuitias in templo dei noſtri, hi legant librum Strabonis, & inuenient uerba mea eſſe uera, & ab eis omne excluſum mendacium. Siquidem multi & magni reges miſerunt per ſingulos annos munera ad templum domini, uaſa argentea & aurea, quibus dominum propitium ſibi facerent: ſed & multæ gentes dederunt tributa pro templo dei noſtri, uaſa argentea & aurea. Erant præterea in diebus illis multi Iudæi ualde diuites propter eximiam loci ſancti ubertatem. Et licet gentes uenerint contra urbem ipſam ut perderent eam, tamen cum agnoſcerent ſublimitatem & ſanctitatem ſanctuarii noſtri, cœperũt tãdem honorare templum, & offerre munera aurea & lapides præcioſos, id quod multi ſcriptores teſtantur, nempe ego, Nicolaus Danaſcenus, ſed & Strabo de Cappadocia facit mentionem de opibus Iudæorum, ita dicens: Tranſmittens autem Mithridates rex Armeniæ in ciuitatẽ quæ Coum appellatur, quæ eſt in extremitate terræ Aſianæ, & accepit inde aurum quod illuc depoſuerat Cleopatra regina Aegypti: accepit præterea aurũ quod ſanctificauerant Iudæi & deſtinare decreuerãt in templũ dei noſtri, cuius pondus fuit octingenta tantũ talenta argenti & auri, lapides quoq; præcioſi, quæ omnia ſanctificauerant Iudæi

habitantes

habitantes in Aſia minori. Nec fuit aurum illud de terra Iehuda neq; de terra Alexādriæ, ſed de ipſa Aſia fuit aurum illud. Poſtquam autem Craſſus abſtulerat aurū repertū in templo domini, abijt ut bellū inferret Perſis & Medis, ceciditq; in eo bello una die totus exercitus eius. Qua uictoria Perſæ potiti, uenerūt in Syriam. Sed Caſſius liberauit Syriā ab incurſu Perſarū, reſtituitq; eam dominio Romanorum, fugato exercitu Perſarum à Syria. Et conuerſus Caſſius uenit in terram Iehuda, & inuenit populum Iudaicū pugnantē contra Hyrcanum & Antipatrum, adiuuansq; Hyrcanum & Antipatrum, pacatum reddidit regnum ſub manu Hyrcani. Et diſcedens inde Caſſius traiecit fluuium Eufratem, poſitisq; inſidijs contra Perſas & Medos excitauit inter eos prælia magna, donec illos rurſum coēgit ſub poteſtatem Romanorum quos antea Pompeius, cum eſſet in oriente, ſubiugauerat.

¶ *Hiſtoriam iſtam quæ ab initio huius capitis deſcribitur, habes quoque in Ioſepho, niſi quod ibi additur, trabem auream alia lignea circūdatam, delituiſſeq; intra eam. Erat hæc trabs aurea & uerſatilis, penſans trecētas minas, quam pecuniarum cuſtos Eleazarus ſacerdos tradidit Craſſo, putans illum hoc auro contentum eſſe, quod tamen non fecit. Cæterum quid Hebræi ſentiant de mina & libra, Dauid Kimhi in radicibus in hunc modum explicat:*

מָנֶה הוּא שִׁשִּׁים שְׁקָלִים וְהַשֶּׁקֶל עֶשְׂרִים גֵּרָה

Hoc eſt, mina habet ſexaginta ſiclos, & ſiclus habet uiginti obolos. Quod autem mina habeat ſexaginta ſiclos, probat ex 45 capite Ezech. ubi ſic habetur:

עֶשְׂרִים שְׁקָלִים חֲמִשָּׁה וְעֶשְׂרִים שְׁקָלִים עֲשָׂרָה וַחֲמִשָּׁה שֶׁקֶל הַמָּנֶה
יִהְיֶה לָכֶם

Hoc eſt, Viginti ſicli & uigintiquinque ſicli, & quindecim ſicli erunt uobis pro mina. Cuius loci hic ſenſus eſt, Omnes ſicli iſti ſimul accepti qui ſunt ſexaginta, faciūt unam minā ſiue לִיטְרָא *libram uulgarē. Et diuidit propheta ſexaginta illos ſiclos in tres partes, quod quilibet numerus per ſe tunc propriam haberet denominationem, certamq; cōſtitueret monetam nobis hodie incognitam. Cabaliſtæ apud Hebræos hos in monetis ſignāt gradus:* גֵּרָה *Obolus habet pondus 16. granorū hordeaceorū* דִּינָר *ſeu* זוּזָא *Denarius qui & zuza et drachma habet 6. obolos ſiue 96. grana.* שֶׁקֶל *ſiclus habet 4. denarios ſiue 384. grana.* מָנֶה *&* לִיטְרָא *Mina & libra habet 60. ſiclos, id eſt, 23040. grana.* כִּכָּר *Talentum continet 60. libras, id eſt, 1382400. grana. Diſſentit ergo Ioſephus à Iudæis illis qui poſt deſolationē templi ſecundi ſcripſerunt, quando dicit minam cōtinere duas libras & dimidiā, iſti autem dicūt cum Græcis minam & librā unum & idem eſſe pondus, quod Latini Pondo uocant. Diſcrepat & Budæus in ſuo aſſe ſupra modum à Iudæis. quando dicit talentum Atticum ualuiſſe ſexaginta libras ſeu minas, hoc eſt, ſexcentos coronatos, id quod facile probari poteſt ex 25. capite Exodi, ubi ſic ſcribitur:*

ככר זהב טהור יעשה אותה את כל הכלים האלה.

Id eſt, Ex talento auri mūdi facies candelabrum & omnia uaſa eius. Si ex talento uno fabrefactum fuit tam magnificū opus cādelabri & omnia uaſa eius, nempe lucernæ, flores, calices, ſphærulæ & forcipes, neceſſe eſt, ut talentum maxima fuerit auri maſſa, & qualem ſexcenti coronati cōſtituere nequeūt. Nec obijciat ſi arguas talentū ſanctuarij fuiſſe duplum ad talentū uulgare, quia nec bis ſexcenti coronati tantum poſſent efficere corpus quantū fuit candelabrum ſanctuarij. In Matthæo noſtro capite 25. plura de monetis Iudæorum ſcripſi. Eſt tamen ibi error in eo quod ſcripſi libram ſeu minā habere 25 ſiclos, cū potius ſexaginta cōplectatur ſiclos, id eſt, grana hordeacea 23040. quæ ſi ſexageſies multiplicentur efficient 1382400. talenti pondus.

HISTO-

HISTORIARVM IVDAICARVM LIBER QVINTVS, EX-tensus ab Antipatro Herodis magni patre usq; ad Pon-tium Pilatum. *Caput* I.

IN diebus illis contigit Romæ mori mulierem quādam gra-
uidam, quæ uxor fuerat cuiusdam senatoris Romani. Cum
autem mortua esset, mouebat se fœtus in utero eius & colli-
debatur: & aperientes uterum eius extraxerunt infantem ui-
uum, & dederunt ei nomen Iulij, eo quod in mense Ab siue
Iulio egressus esset de matris suæ uisceribus. Vocauerūt quo
que eum Cęsarē, ob id quod mater eius cęsa fuerat. Sonat enim Cæsar in lin-
gua latina idē quod [a] carut in lingua sancta, id est, excisus. Factus est proin-
de Iulius successu tēporis uir fortis & bellicosus: & cū senatus mitteret Pom
peium in Orientem, misit simul Iulium Cæsarem in Occidentem, ut deuince-
ret reges habitantes in Occidente. Pugnans autem Cæsar in Occidente, coē
git sub iugum gentem Francorū & Britannorū, imò totam plagā occidenta-
lem usq; ad oceanum, & rediens Romam cum magna pompa atq; uictoria,
dixit corde superbo: Regnabo super totam Romam. Cui respondit senatus:
Non sustinebimus super nos regem, cum à diebus Tarquinij rex nō impera
uerit nobis. Is enim cum uiolenter [b] rapuisset uxorē cuiusdā uiri, & illa tanto
afficeretur mœrore, ut cultro uentrem suum perfoderet occideretq; semet-
ipsam, iurauerūt patres nostri, ut nullū deinceps sibi imponerent regē. Ab eo
ergo tēpore usq; nunc per tot annos elapsos nō habuimus regē imperitantē
nobis. Et tu conaris uiolare præceptū patrū nostrorū? En Pompeius collega
tuus fecit quoq; uictoriā & habuit triūphos in Oriente, nam subiecit uiginti
duos reges magnos, habentes uberes prouētus, à quorū cōspectu reliqui re-
ges terræ multo tēpore tremuerūt: subiecit quoq; populū Iudaicū gentē ma-
gnā & potentē, & tamen nō postulauit regnū. Notū ergo sit tibi, ꝙ nō susci
piemus te ut regnes super nos. At Cęsar respōdit superbo animo: certe ego
regnabo super uos, ueluti rex super seruos suos. Excitásq; bellū magnū in ur
be, strauit homines innumeros, & usurpauit sibi uiolenter imperiū, ponēs co
ronā super caput suū. Et in hūc modū cœpit regnare Cęsar, q alio nomine Iu
lius uocat, omnesq; imperatores q subsecuti sunt eū, appellati sunt ab eo Cę
sares. Factū est proinde cū audisset Pōpeius in Cappadocia Iuliū usurpasse
Romanū imperiū & subiugasse senatum, collegit omnia regna terrę, in quę
assecutus fuerat imperiū, ut secū proficiscerentur cōtra Cæsarē. Quod cū au-
disset Cęsar, eduxit Aristobulū de carcere, fecitq; eum ducē exercitus, tradēs
ei duas legiones, hoc est, duodecim millia uirorū, præcepitq; eis ut abirent in
Syr iā, & deuastarēt occiderētq; habitatores eius: adiungerēt autē sibi popu-
lum Iudaicū, quorū auxilio postea affligerent Pompeiū. Pompeius uero au
diēs hoc, uehemēter timuit propter Aristobulum, missaq; epistola indicauit
id socijs suis qui erant Ierosolymis. Porrò Ierosolymitani miserunt uiros in
occursum Aristobuli, destinātes eos in Syriā, & illi uerbis pacificis excipien
tes eū, comederūt & biberūt cū eo, potauerúntq; eum ueneno mortifero &
occiderūt ibi. Pompeius uero transiens in Italiā pugnauit cōtra Cæsarem, &
ceciderunt de exercitu Pompei plurimi uulnerati. Cúmq; Pōpeius fugisset à
facie

facie Cæſaris,perſecutus eſt eum Cæſar & interfecit eum. Et tũc regnauit Cæſar ſuper uniuerſam Romanorum terram,trãſiensq́ʒ in Syriam, ſategit ingredi in Aegyptum:at Aegyptij noluerunt ſuſcipere eum,eo quod potentiores quos habuerat Pompeius,eſſent apud eos.

¶ Vocant Iudæi cum Chaldæis menſem Iuliũ Ab, non quod Iulius & Ab præciſe in diebus reſpondeant,ſed lunatio quæ cadit in Iulium, eam Hebræi appellant Ab, eſtq́ʒ undecimus menſis ſupputatus à Tiſri primo menſe in anno communi, in anno autem emboliſmico, qui tredecim conſtat lunationibus,eſt duodecimus menſis. a *Carut.*] *Hebraice ſcribitur* כָּרוּת *exciſus magis quàm cæſus. Cæſum enim Hebræi uocãt* מֻכָּה *& diſciſſum* קָרוּעַ *Ioſippus tamẽ utitur* קצוצה *uerbo.* b *Rapuiſſet uxorem.*] *Hæc fuit Lucretia, de qua apud Romanos ſcriptores multa inueniuntur.*

CAPVT II.

ANtipater quocꝫ acceptis fortiſſimis Iudæorum militibus abijt ut auxiliũ ferret Mithridati:concurrentesq́ʒ & copias ſuas coniungentes,ingreſſi in Aegyptum caſtrametati ſunt contra Peluſium,fortiter oppugnantes ipſum. Nam Mithridates oppugnauit murum & Antipater portam. Obtẽtaq́ʒ porta ingreſſus eſt Antipater ciuitatem unà cum militibus Iudæis, & percuſſerũt eam in ore gladij,ablatisq́ʒ ſpolijs abierunt ad locum qui uocatur Onia, & inuenerunt ibi Iudæos Aegyptios habitantes in Aegypto,exercitum magnum,qui dare noluerũt tranſitum Mithridati & Antipatro per Aegyptum. Sed Antipater oſtendit eis literas quas Hyrcanus ſcripſerat, continentes uerba fraterna & pacifica,in quibus monebãtur ut eſſent à parte Cæſaris ſuſciperentq́ʒ Mithridatem. Quod cũ feciſſent Iudæi Aegyptij,ſuſcepiſſentq́ʒ Mithridatẽ, abeuntes inde Mithridates & Antipater uenerunt ad alium locum, qui appellatur Delta,ubi fuit maximus & ualidiſſimus exercitus,ita ut Mithridates ſtupefactus uerteret faciẽ ſuã & fugeret. Illi uero cõuerſi inierunt prælium cum eo, inclinatoq́ʒ cornu dextro quod Mithridates tenebat,cœpit trepidare cor populi ſui uidẽtis pondus prælij & ruinam ſuorũ ſub manu exercitus regis Aegypti. Cumq́ʒ uidiſſet Antipater fugam Mithridatis & caſum ducum eius, cucurrit cum tribus uiris bellicoſis de Iehuda & liberauit Mithridatẽ à morte,& cõuertens Aegyptios in fugam, perſecutus eſt eos percuſſitq́ʒ eos cæde magna & grauiſſima, adigẽs eos ad ripam fluminis, cecideruntq́ʒ Aegyptij in gladio iuxta ripam fluminis. Qui autem gladium euaſit,perijt in flumine, ſicq́ʒ obtinuit Antipater uniuerſum regnum Aegypti auxilio Mithridatis. Denunciauit proinde Mithridates Cæſari omnia egregia facta & uictorias quas fecit Antipater in Aegypto,quomodo humiliarit ſuperbiã Aegyptiorum & reduxit eos ſub dominiũ Cęſaris,qualia bella geſſit et quid ſuſcepit, quomodo ſauciatus fuit magnis uulneribus & rurſum ſanatus. Quæ cũ audiſſet Cæſar,plurimũ amauit Antipatrũ & laudauit eũ,miſſisq́ʒ nũcijs adduxit eum ad ſe cum honore. Et cũ ueniſſet Antipater cũ Mithridate ad Cęſarem in Damaſcum,ait illi: Audiui omnem moleſtiam tuam & egregia facta atq́ʒ uictoriam quam feciſti in Aegypto propter nos,& quomodo reduxeris Aegytios ad dominiũ noſtrum, & idcirco noſtrũ eſt, ut te honoremus propter hanc magnificam uirtutem tuam.

Ioſephu

¶ Iosephus libro antiquitatum 14. capite 16. hoc bellum paulò fusius describit. Siquidem post mortem Pompei, dum Cæsar contra Aegyptum pugnaret, Antipater Iudæorum potentissimus, mandatis Hyrcani obediens, multum illi utilis apparuit. Nam Mithridates Pergamenus dum per Coryicum transiret & minime potuisset per Pelusium uiam conficere sed in Ascalone moraretur, Antipater ei tria millia armatos Iudæos adduxit, necnon & Arabum nobilissimos auxiliatores illi parauit. Tunc Mithridates surgens cum ad Pelusium peruenisset, ciuitatem obsedit & tandem deuastauit. Reliqua patent in textu.

CAPVT III.

INterea ueniens Antigonus filius minor Aristobuli ante cōspectum Cæsaris, fleuit & indicauit ei de patre suo, quomodo socij Pompei uiri Ierosolymitani potassent eum ueneno mortifero per cōsilium Hyrcani & Antipatri, qui fuerunt amici Pompei & consiliarij eius. Adijciensq́ Antigonus filius Aristobuli loqui, ait ad Cæsarem: Tu nosti quomodo Hyrcanus patruus meus & Antipater extiterunt amici & consiliarij Pompei, tui autem inimici. At Antipater respondens ait corā rege: Amicus quidem fui Pompei, quia fecit mihi bonum, & præterea ille habuit omne dominium Romanū illo tempore in manu sua, & ego gessi bella eius. Prælium autem istud quod iam gessi, & posui animam meam in manibus meis atque redegi omnem superbiam Aegyptiorum sub dominium Cæsaris, feci sub nomine Cæsaris, sauciatus uulneribus, ut oculi uestri uident, & exuens uestimenta sua ostendit plagas in carne sua, & uulnera quæ habuit in capite suo, respondensq́ ait: Testimonium præbēt mihi uulnera mea ceu testes ueraces, & respondent pro me plagæ meæ, quoniam gessi bellum istud sub nomine Cæsaris & nō sub nomine Pompei qui mortuus est. Respondens autē Cæsar dixit ad Antipatrū: Pax tibi fortissime Iehuda, & pax omnibus qui quærunt pacem & bonum tuum. Nam ueritas tecum est in omnibus quæ dixisti, testantibus uulneribus tuis robur tuum atque uictoriam tuam, & comprobantibus plagis tuis uirtutē tuam. Nunc itaque constituo te principem militiæ super uiros qui prælia mea prosequūtur, donec expugnauero gentes quæ sunt ultra fluuium Euphratem, & humiliauero eas, tunc reuerteris ad terram & ciuitatem tuam. Posuit ergo Cæsar Antipatrum super exercitum Romanorum ab illa die & deinceps, donec humiliauit superbiā Oriētalium & totā Indiæ terrā. Tunc enim reuersus est Antipater ad terrā suā & ad Ierusalem ciuitatem suam sanctam: Cæsar uero Romam abijt. Sunt & alij scriptores, qui hoc idem testantur de uictoria Antipatri, qua ipse potitus est eo tempore. Id enim dicit Nicolaus Damascenus & Strabo Cappadox, & alij quidam scriptores. Redijt ergo Antipater in tempore illo in Ierusalem & uenit ad Hyrcanum regem Iehuda, qui eum à se dimiserat. Ipse autem Hyrcanus restaurauit murum Ierusalem, quem destruxerat Pompeius & regnauit secure. Fuit tamen Hyrcanus uir simplex & rectus, & ualde segnis ad egrediendū & ingrediendū: uidēsq́ Antipater ignauiam eius, posuit filios suos super uniuersam Iudæam, iubente & permittente id Hyrcano. Mittens enim Phaselum filium maiorem, præfecit eum Ierosolymæ: Herodem uero alterū filiū fecit ducem in Galilæa, cum adhuc esset paruulus, nempe filius quindecim annorum.

¶ Superata Aegypto, demandat Mithridates Cæsari uictoriam simul & salutem, quam per Antipatrum obtinuerat, unde Cæsar Antipatrum tantum dilexit, ut etiam uteretur eo per omnia bellorum pericula. Bello autem finito, Cæsar cum in Syriam nauigaßet, Hyrcano quidem principatum sacerdotij firmum indulsit, Antipatrum uero ciuitate Romana donauit. Interim ueniens Antigonus Aristobuli filius ad Cæsarem, deflet patris sui calamitatem, qualiter propter ipsum ueneno fuerit interemptus, fraterq; suus securi à Scipione percussus: præterea Hyrcanum & Antipatrum accusabat, quod male gentem regerent, & in se crudeliter egissent. Antipater autem cum adesset, satisfaciebat de obiectis sibi criminibus, rebellem Antigonum cum suis socijs differens: & narrabat quantum ipse laborasset in expeditione coram ipso Cæsare, & dicebat iuste Aristobulum Romam tractum, quod semper Romanis hostis extitisset, fratrem uero eius latrocinij causa pœnam à Scipione meritam sumpsisse. Cum hæc Antipater uerba fecisset, Cæsar Hyrcanum quidem principem sacerdotum ordinauit, Antipatro uero potestatem donauit, quàm ipse elegerat, tutorẽ eum totius Iudææ constituens. Et hæc initia fuerunt translationis regni Iudæorum in Romanos.

CAPVT IIII.

Factum est autem in tempore illo, ut depopulator quidam egrederetur de Ierusalem, homo iuuenis nomine Hizkija, qui erat princeps nebulonum, homo perniciosus & nociuus, qui incursionibus suis multa damna intulit omnibus Syris, & occidit indesinenter milites eorũ, subuertit ciuitates atq; munitiones eorum, & deuastauit sine intermissione & absq; ulla commiseratione terram illorum, & in omni loco ubi Syri habitabant uexabat eos Hizkija & alij multi prædones qui sibi adhærebant. Perterriti proinde Syri ob incursiones eius, non ualebant illi satis resistere. Cumq; Herodes filius Antipatri, dux & præfectus constitutus esset in Galilæa, misit ad eum Sextus filius patrui Cæsaris epistolam in hunc modũ sonantem. Herodi filio Antipatri pax: Noueris innotuisse nobis, te factum ducem Galilææ, de qua re non mediocri gaudio affecti sumus. Nunc itaque memineris quomodo Cęsar amicitia prosequutus sit patrẽ tuum & honorauerit eum, ille autem gesserit prælia Cæsaris. Et ecce Hizkija princeps perditorum hominum egressus de terra uestra, depopulatur uniuersam terrã Syriæ, cui ego sum præfectus, & non audent Syri ob metũ eius cõsurgere. Tu ergo uade & infer illi bellum, & ubi occideris eum, accipies munus magnũ, honorem & magnificentiam à Cæsare & à me. Gerensq; Herodes morem Sexto, uenit cum expeditione & irruit in Hizkijam nihil metuentẽ & qui se non munierat, percussitq; & interfecit tam eũ quàm complices eius. Quod audiens Sextus, misit ei munera argentea & aurea atque lapides præciosos, eo quod bellum intulisset & occidisset Hizkijam. Ditatus itaq; est iuuenis supra modum isto munere aureo & argenteo, quod miserãt Syri ob id quod occidisset Hizkijam. Audientes autem principes Iehuda omnia quæ fecerat Herodes Hizkijæ, [a] ægerrimæ id tulerũt, dixeruntq; ad Hyrcanum: usq; quo sustinebis molestiam Antipatri & filiorum eius? En totum regnum est in manu eorũ, & quicquid uolunt id agunt. Siquidem Antipater ex bonis & thesauris tuis fauorem obtinuit regum Romanorum, effecitq; ut Phaselus filius eius dux factus sit in Ierusalem, & tu præter nudũ nomen nullam portionem habes in regno Iehudæ. Nam totum regnum est in manu eorũ. Sed & Herodes filius eius occidit Hizkijam uirum bellicosum, quem timuerunt & à quo tremuerunt omnes populi. Tuum itaq; nunc est,

ut adducas Herodem filium Antipatri ad iudicium coram concilio sancto. Cumq́ue huiusmodi uerba per singulos dies loquerentur ad eum, superuenerunt quoque matres illorum adolescentum unà cum matre Hizkijæ & clamabant ad Hyrcanum cottidie cum ingrederetur in templum domini, obijcientes quomodo Herodes occidisset filios earum. Quibus tandem acquiescens Hyrcanus, misit et uocauit Herodem ad iudicium, ut staret ante seniores qui fuerunt in diebus illis. Cumq́ue Antipater istud audisset, misit ad Herodem filium suum dicens: quando Hyrcanus uocauerit te ut uenias ad se, [b] facies id sine mora. Cauebis tamen ne solus uenias, sed cuneo militū stipatus. Et cum ingressus fueris urbē nō uenias cum multo populo, sed cū paucis militibus. Fecit ergo Herodes sicut pater eius demādauerat ei, ueniensq́ue cū paucis sed fortibus uiris, comparuit ante concilium. Et stans coram iudicibus indutus erat purpura & caput eius fuit adornatū, stipatusq́ue satellitibus & accinctus gladio incussit terrorem iudicibus & his qui præerant concilio, ita ut tacentes nullum loquerentur uerbum. Sed & omnes qui eum, antequam uenisset, accusauerant, tacuerunt & non aperuerunt os suum. Tunc Samai discipulus Hillel senioris respondens ait coram senioribus & coram cōcilio magno & paruo, uidente omni populo synagogæ: Verbū habeo ad uos ô electi dei & magnifici iudices, quoniam uidi hodie rem nouam inter uos, nempe quod omnis reus qui sistendus est ante iudiciū, stare debet in uestibus nigris & crinibus capitis puluere & fauilla respersis, imploraturus misericordiam super culpa quam cōmisit & super præuaricatione qua transgressus est, at iuuenis iste Herodes stat ante uos pupura indutus & caput ornatus, stipatus satellitibus & accinctus gladio, ut si puniatur in iudicio, conuersus occidat uos. Nec ego miror factū Herodis, quoniam nō facit ista nisi ut redimat animā suam. Vos autem delinquitis, aspicientes personam eius & permittentes eum talia facere. Ecce dies uenient, quod Herodes iste quē uos in iudicio reueriti estis, & cui Hyrcanus pepercit, interfecturus sit Hyrcanū & occupaturus regnū eius. Cum autem [c] Samai ista loqueretur, ait Hyrcanus ad concilium: discedamus & abeamus unusquisq́ue in domum suam quoniam inclinata est iam dies [d] Cras reuertamur & ueniamus ad locum iudicij, ut diligentius scrutemur & cognoscamus causam. Porrò Hyrcanus non dixit uerbum istud, nisi ut liberaret Herodem à iudicio: quoniam uiderat quomodo iudices conspirauerant pariter, ut morte cōdemnarent Herodem. Surgens ergo Hyrcanus abijt, & similiter omnes iudices abierunt unusquisq́ue in domū suam. Factum est autē nocte illa, ut egrederetur Herodes ab urbe unà cū militibus suis, & fugiens uenit in Damascum Syriæ ad Sextum, qui præfectus erat uniuersæ Syriæ, narrauitq́ue ei omnia quæ acciderant sibi in Ierusalem. Tunc constituit eum Sextus ducem super totam Syriam.

¶ Sextus iste, cuius in hoc capite fit mentio, à Iosepho uocatur Cæsar & cognatus magni Cæsaris. a *Aegerrime id tulerunt.] Perimendo enim Hizkijam, legem Iudæorum transgressus fuit, quæ hominem prohibet occidi, licet malignus sit, nisi primum in concilio condemnatus sit. Herodes uero dum nullam ab Hyrcano suscepisset potestatem, hæc ausus fuit committere.*

b *Facies id.] Herodes nedum persuasionibus patris impulsus uenit, sed & Sextus Syriæ rector id iußit, scribens Hyrcano & supplicans, ut liberaret à iudicio Herodem, simul & interminans ei si non obediret. Sexti ergo literæ occasio fuerant, ne quid pateretur à sententia concilij Herodes,*

rodes, sed magis absolueretur. c *Samai.] Iosephus uocat hunc Sameum, fuitq; uir iu stus, & ob id minime deuitauit periculum, sed libere dixit id quod futurum cognouit, nempe quod Herodes occupato regno omnes iudices in concilio tunc inuentos cum ipso Hyrcano interfecturus esset.* d *Cras reuertamur.] Cum Hyrcanus uidisset propensiores iudices ad necem Herodis, iudicium in posterum diem distulit, & mittens ad Herodem furtim, persuasit ei ciuitatem relinquere, ut ita posset periculum declinare.*

CAPVT V.

POst annum uero elapsum, factū est ut colligeret Herodes uniuersam militiam Syriæ, ueniensq; contra Hyrcanum uoluit oppugnare eum, sed egressi in occursum eius Antipater pater eius & Phaselus frater eius dixerunt ad eum: tu non retribuis Hyrcano iuxta beneficentiam eius quam tibi exhibuit. Nam liberauit te à morte & non duxit te in iudicium. Certe sequeris in hoc facto pessimorum hominū consiliū, cum ille te ut filium suū amauerit. Recede itaq; ab eo, ne forte delinquas & pecces in deū si non destiteris. Neq; dicas in corde tuo, quod in hoc prælio copias habeas insuperabiles. Omnis enim uictoria in prelio pendet à deo, & cui ille uult cōcedit uictoriā. Cumq; ista audisset Herodes, abijt & reuersus est in Syriam, ostensa potentia sua. Quibus gestis misit Hyrcanus nuncios ad Romam, ut innouaret fœdus cum Iulio Cæsare. Et hic nunc conuenit ut referamus, quomodo Romani principes amauerint patres nostros propter uirtutem & fidem eorum. Quia enim tam uiriliter egerunt tamq; fideles extiterunt, uoluerunt omnes reges terræ percutere fœdus cum eis, aduertentes fortitudinem & constantem animū eorum, sed & reges Persarum & Medorum miserunt eis munera, & epistolas plurimas in Ierusalem, audita fama Ierosolymitanorū & fortitudine eorum, pacifice scribentes eis, id quod cū alij scriptores in suis libris signauerint, nolui ego ea omnia scribere, sed duntaxat pauca referre de epistolis eorū. Sunt autem hæc uerba fœderis & epistolæ quam misit Iulius Cæsar ad duces Romanorum, qui habitabant in Tyro & Sidone. [a] Pax: Notum sit uobis quod accepi epistolam Hyrcani regis Iudæorum, & gaudio affectus sum ob literas & dilectionem eius. Volui etiam uos certiores reddere quid ille mihi scripsit, & ob id inserui uerba literarū eius in literis meis, & misi ad uos mādans uobis ut scribatis ea latinè uel græcè in tabula ærea, ponatisq; in tēplo Iouis, quod est in Sidone, in loco ædito, ut scilicet iugiter legi possint & nunquā obliuioni tradi uerba epistolarum, sicq; omnibus nota fiat amicitia Romanorum & gentis Iudaicæ, quomodo Hyrcanus rex Iehuda & populus eius, gens scilicet Iudæorum suppetias tulerint genti Romanorum. Nam cum ego pugnarem cōtra Aegyptios, misit Hyrcanus Antipatrum forissimum Iudæum, qui eripuerat Mithridatem à morte, & is fregit peruicaciam Aegyptiorum, ambo autē aperuerunt nobis totam Aegyptum. Sed & Iudæi ipsi fuerunt nobis auxilio in omnibus prelijs nostris usque ad terram Indiæ, & idcirco ego Iulius mando omnibus his qui inhabitant littora maris, à Gaza usq; ad Sidonem ut tributa conferant in templum dei magni, quod est in Ierusalem, per singulos annos, exceptis Sidonijs, qui de labore suo dare debēt in templum dei magni quod est in Ierusalem, uiginti millia, quingentos & quinquagintaquinq; modios tritici per singulos annos. Totam quoq; terram Lydiæ, quam tradiderunt duces Roman

ces Romani & Pompeius magnus regibus Syriæ iubemus auferri à Syris, & reſtitui Hyrcano filio Alexandri regi Iudæorum. Sed & omnem terram uſq; ad Eufratem, quã reges Machabæi in bello acceperũt, Pompeius autem rurſum reddidit dominis ſuis, ego Iulius præcipio totã illam terrã reſtitui Hyrcano Ieroſolymitano, quia patres eorum acquiſierunt eam gladio ſuo, & ob id ipſorum eſſe debet quicquid in bello adepti ſunt. Omnis ergo rex & omnis dux ex quacũq; lingua, omnis populus & prouincia quæ eſt ſub dominio regni mei, omnis inquã qui irritũ fecerit pactũ meũ atq; conſiliũ meum & aperuerit os & auſus fuerit loqui cõtra iſta, cõtumaciterq; renuerit exequi conſiliũ meum perire debet gladio, ſiue rex fuerit ſiue dux, & terra eius deſeri debet ſqualida & abſque ullo habitatore, homine & pecore. Porrò nũcij quos miſerat Hyrcanus ad Romã, ſederũt in cõſpectu Iulij Cæſaris, habẽtes locũ ante omnes gentiũ legatos, ſplendide induti, ſpectantes curſum generoſorũ equorũ qui præſentiũt bellum, & intuentes quadrigas atq; certantes beſtias, quæ omnia pro ſpectaculis parata erãt ante Iulium Cæſarẽ. Aderant & ingenioſi homines, qui ſuis luctationibus animũ Cęſaris recreabant. Sunt autem iſta nomina legatorũ Iudæorum: Lyſimachus filius Pauſaniæ, Alexander filius Theodori, Patroclus filius Chęreæ & Ionathan filius Oniæ.

¶ *Sextus Cæſar cum uẽdidiſſet pecunijs Herodi ducatũ Syriæ, Hyrcanus timebat Herodẽ, ne quando contra ſe exercitum produceret, ſicut nec multis tranſactis diebus hoc euenit. Herodes enim aduerſus eum expeditionẽ ducẽs, iraſcebatur, eo quod ad iudiciũ uocatus eſſet ſatisfacturus. Prohibuerunt tamen eum obuiã uenientes pater Antipater & frater, impetumq; eius retinuerũt, rogantes ne accederet prope Ieroſolymam, ne aliquod opus niteretur facere cõtra eos, qui conceſſerũt ei ad talem peruenire dignitatẽ. Deprecabantur etiam, ut indignationẽ deponeret, quod uocatus ad iudicium eſſet, ſed abſolutionis gratiã potius recordaretur, nec ita dolorẽ cõſideraret, ut ſaluti ingratus exiſteret, & animaduertendũ uero, quod & bellorũ caſus deus diſpenſat, quapropter uictoriã non omnino ſperaret, expugnando regem & amicum, qui multũ ei profuiſſet, nihil uero ſponte in eum cõmiſiſſet aduerſi, ſed per maleuolos ſuaſores actum, quod difficultatis umbram præſtiterit. Flexus his Herodes, & arbitratus ſatis ſibi factũ, quod ſuam fortitudinẽ genti demonſtraſſet, reuerſus eſt.*

a Pax.] *In Ioſepho latino huius decreti exemplar ſic habet: C. Iulius Cæſar, imperator & pontifex, & dictator ſecundo magiſtratibus Sidoniorum & curiæ & populo ſalutem. Si ſani eſtis, bene eſt: & ego ſanus ſum cum meo exercitu. Exemplum facti decreti ad Hyrcanum filium Alexandri, principem ſacerdotum, & rectorem gentis Iudæorum, uobis deſtinaui, quatenus in publicis ueſtris annalibus reponatur. Volo ergo uos Græcè uel Latinè in ærea tabula ſcriptũ hoc ponere, &c. Reliqua inuenies libro antiquitatum 14. cap. 19.*

CAPVT VI.

IN diebus illis cum eſſet Iulius Cæſar in pace & quiete, oraretq; in templo Iouis quod eſt Romę, ſurrexerunt cõtra eum hoſtes, qui ex amicis Pompei reſidui manſerant, & confoderũt corpus eius, latus ſcilicet eius triginta ſauciantes ictibus & interficientes eum in templo. Sunt autem iſta nomina uirorũ qui eum interfecerũt: Caſſius & Brutus. Egreſſuſq; Caſſius è Roma traiecit mare cũ maximo exercitu, ueniensq; in Aſiã minorẽ uaſtauit eam, ac inde proficiſcẽs peruenit in terrã Iehuda & mulctauit eam ſeptuaginta talentis auri. Et uidens Antipater Iulium Cęſarem mortuũ, conatus eſt uindicare eum illatoq; Caſſio Bello, non potuit ſuperare eum, quoniã habuit exercitũ ualidiſſimũ,

ex omnibus conflatũ gentibus. Tunc diuisit Antipater uniuersam terrã Iehuda duobus filijs suis, qui exigerent tributũ, quod traderetur Cassio. Et Herodes quidẽ extorsit tributũ de terra sibi designata, & tradens illud Cassio obtinuit gratiã eius: nam Cassius dilexit eum ueluti propriam animã, assumptaq́ pecunia abijt de terra Iehuda ad Macedoniã, timẽs reuerti Romam. [c] Tunc principes Iehuda inierũt consiliũ ut occiderẽt Antipatrũ, surgensq́ Malchia conabatur mittere manũ in Antipatrũ. Quod cũ innotuisset Antipatro, collegit milites & satellites suos, ut bellũ inferret Malchię. Timens aũt Malchia faciẽ Antipatri, iuramẽto satisfecit ei: cuius uerbis [d] adhibens fidẽ Antipater, fecit cũ eo pacẽ. Et cõuenientes ambo ad conuiuiũ corã Hyrcano, inebriauit Malchia præcipuũ Hyrcani Pincernã, traditóq́ ei auro multo dedit ei uenenum mortiferũ, per quod interficeret Antipatrũ. Interfectus est ergo Antipater uir magnus & fortis, atq́ in hunc modũ clausit diẽ suũ & inuenit terminũ uitæ suæ. Et sicut uir iste impulit in gladiũ suũ populũ Iudaicũ & ciuitatẽ sanctam, ita quoq́ accepit fortẽ suam. Audiẽs uero Herodes omnia quę fecerat Malchia patri suo, uenit cõtra eum manu robusta, ut uindicaret patrẽ suũ. At Phasel. frater eius, ꝓhibuit eũ dicẽs: Ne forte cõsurgat pręliũ magnũ & effundat̃ sanguis multus in medio urbis sanctę Ierusalẽ. Initoq́ cõsilio, dolo decreuerũt interficere Malchiã. Et mittens Herodes ad Cassiũ, significauit ei omia q̃ fecerat Malchia patri suo. At Cassius rursus mittẽs ad Herod. ait: ulciscere patrẽ q̃ te genuit quiq́ te nutriuit sup genua sua, de Malchia. Cũq́ ego uenero in Tyrũ & uenerint ad me Hyrcan. & Malchia, tu q́q́ et frater tuus uenite illuc ad me, & ulciscere patrẽ tuũ de Malchia. Cui obediẽs Herodes fecit sic: Nam cũ uenisset Cassius in Tyrũ, abijt ad eũ Hyrc. cũ ducib. Iehuda & [e] cũ Malchia. Sequuti quoq́ sunt eũ Phasel. & Herodes. Nã iurauerat eis dicens: innocẽs sum ego sup patre uestro, neq́ interfui cõsilio interfectionis eius. Et dissimulabãt milites quasi id crederẽt, clam aũt consiliũ inierãt interficere eũ sciẽtes Malchiã falso iurasse, cũ ipse occidisset patrẽ eorũ. Cũ itaq́ pergerẽt uersus Tyrũ cũ Hyrcano & uenissent ad Cassiũ ducẽ Romanũ, p̃cepit Cassius satellitibus suis dicẽs: in omnibus quę uobis dixerit Herodes obedite ei, & ne præuaricemini mandatũ eius, ne forte moriamini. Facto autẽ prãdio cũ dormiuissent somnũ meridianũ et umbra inclinata esset, Hyrcanus egressus portã urbis ad uesperã diei, præcepit Malchiæ, Herodi et Phaselo ut se pręcederent. Qui cũ id facerẽt, dãteq́ Herode signũ militib. Romanis, extrahẽtes illi cõtinuo gladios insilierũt in eos, & uibrãtes gladios super capita quatuor illorũ, solũ Malchiã interfecerũt, Hyrcanũ uero & duces eius nõ læserũt. Stupefactus tamen est Hyrcanus usq́adeo, ut sensum amitteret & ferè mortuus esset, donec tandem ad se reuersus cõsuleret Herodẽ, quid nam hoc esset & ob quid occisus esset Malchia. Respondẽs autẽ Herodes ait, nescio. Cassius pręcepit occidi eũ. Tũc respõdit Hyrcan. & ait: profecto ob id, quia fuit uir malus et peruersus à diebus suis. Loquebat̃ tamẽ Hyrc. uerba ista ex timore.

¶ a *Caßius et Brutus.*] *Hi duo interfecerũt Cæsarẽ in senatu, cũ principatũ tenuisset tribus annis & mensibus sex, id quod per Suetonium & alios Romanos scriptores diligentius est annotatum.*

b *Mulctauit eam.*] *Circuiuit, inquit Iosephus, ciuitates & milites cũ armis cõglomerauit & fiscalia grauia eis imponebat, à Iudæa plus q̃ septuaginta talenta pecuniarũ exigẽs. Cumq́; Antipater uidisset in maximo timore negocia cõstituta, diuisit pecuniarũ exactiones, utroq́; filio eas tradẽs. Herodi quas difficilius exigi putabat, reliquas uero alijs præcepit colligere. Cumq́; primus Herodes à*

Galilæa

Galilæa exegisset, quãta fuissent ei statuta, necessarius inter amicos à Cassio recipitur. Nam statuerat Romanis obsequi, & fauorẽ eorũ sibi laboribus alienis parare. c *Tũc principes Iehuda.*] *Iosephus sic habet: Cũ Cassius cũ multis pecunijs à Iudæa discessisset, Malachus insidias Antipatro parabat, dum interitũ eius principatus Hyrcani tutelã fore putarit. Quod Antipater intelligẽs, discessit trans Iordanẽ, ubi exercitũ Arabicũ simul & prouincialẽ cõgregauit. Malachus aũt callidus existens, iureiurãdo negabat se insidias ipsi, uel filijs eius fecisse, satisfaciẽs ei.* d *Adhibens fidẽ.*] *Cũ Marcus Syriã procuraret, audiuit Malachũ nouis rebus per Iudæã studere, quapropter ueniens uoluit interficere eũ. Quod ferè cõtigisset, nisi Antipater eum petẽdo liberasset, nescius q̃ suũ interfectorem Malachũ liberaret.* e *Cũ Malchia.*] *Venit quidẽ Malachus ad Tyrũ, putãs dissimulationẽ suã ab omnibus creditã, conatusq; est magnũ quid agere, nẽpe filiũ in Tyro obsidẽ existentẽ furto auferre, & ad Iudæã reuerti, credẽs se gentẽ Iudæorũ cõtra Romanos excitaturũ, et deiecto Hyrcano regnaturum, dum bello Cassius ab Antonio occupatur. Consilijs tamen eius deus restitit.*

CAPVT VII.

His gestis discedẽs Cassius abijt in Macedoniã cõtra Octauianũ filiũ fratris Iulij Cæsaris & contra Antoniũ fortissimũ ducẽ Romanum, qui uenerãt ultionẽ sumere de Cassio interfectore Iulij Cæsaris. Eodem tẽpore excitatũ est per terrã Iehuda bellum magnũ. Nam Felix uenerat à Damasco cũ ualidissimo Romanorũ exercitu, ut dominaret in terra Iehuda. Et dixit Phaselus filius Antipatri ad Felicẽ Romanũ: abi in Damascũ ad locũ quẽ pro requie tua dereliquit tibi Cassius, quoniam non habes partẽ in terra Iehuda. Cũq; Felix nõ acquiesceret Phaselo, sed magis bellũ inferret illi, Phaselus repugnans Felici, strauit de exercitu eius plurimos in terrã, & parũ abfuit quin & Felix cecidisset in eo prælio. Fugiẽs ergo [a] in paruã quandã ciuitatẽ, in ea saluatus est. At cũ Phasel. obtinuisset ciuitatẽ illã, cepissetq; Felicẽ uiuũ, abiẽs dimisit eũ. Cassius uero bellũ instituit cõtra Octauianũ & Antoniũ electissimos bellatores Romanos, fuitq; bellũ illud tam magnũ & acerrimũ, ut illa die prosternerẽtur amplius q̃ centũ millia hominũ. Cumq; Cassius fugisset à conspectu eorũ, persecutus est eũ Octauian. & Anton. percussumq; interfecerunt. Regnauit ergo Octauianus pro Iulio Cæsare, eò q̃ filius esset fratris eius. Et eũ antea Octauianus appellatus fuisset, adeptus est quoq; nomen Augusti, ob id nempe q̃ auxerit dominiũ super omnes qui fuerũt ante eum. Sonat enim Augustus latine, in lingua hebraica idem quod מרבית, id est, auctor, quia ipse auxit imperiũ magis q̃ omnes reges Romani qui secuti sunt eũ, qui & ipsi appellati sunt Augusti iuxta nomen Octauiani. Appellant quoq; nomine Cæsaris, à Iulio patruo eius. Cum itaq; Octauianus Augustus & Anton. uicissent Cassiũ & Brutũ in terra Macedoniæ in planicie Philippensi, ingressi sunt in terrã Ephesiorũ. Tunc destinans ad eos Hyrcanus legatos, misit per manus eorũ munus, nempe coronã regiã & lapides p̃ciosos. Cumq; hęc obtulissent Augusto et collegę eius, illi renouarũt fœdus quod fuerat inter Hyrcanũ & Iuliũ Cęsarẽ. Rogauerũt aũt Augustũ, ut redderet captiuitatẽ quã Cassius abduxerat de terra Iehuda, dimitteretq; cũctos Iudæos qui uẽditi fuerãt in diebus Cassij, & manumitteret eos liberos, reliquos uero Iudæos habitãtes in uniuersa Græcia & in cunctis Asiæ terris, dimitterent in pace & quiete. Quorũ petitionẽ exaudiens Augustus & Antonius, annuit cunctis quæ postulauerat Hyrcanus. Sunt autẽ hęc uerba epistolæ, quã miserũt Augustus & Antonius Hyrcano regi Iudæorũ. Octauianus Augustus rex & Marcus Antonius collega eius Hyrcano regi

Iudæorũ pacem & ſalutẽ. Notũ ſit uobis, nos accepiſſe literas ueſtras per manum Lyſimachi filij Pauſaniæ & Ioſephi filij Minæi & Alexandri filij Theodori, quos legatos miſiſtis Epheſum ad nos, ut percuteremus uobiſcum fœdus iuxta beneplacitum ueſtrum. Lætati itaq; ſumus de pace & ſalute ueſtra. Nos uero hactenus bello fuimus impliciti cõtra Caſſiũ, qui impie agẽs occidit Cæſarẽ: et nos quidẽ reddidimus ei iuxta maliciã ſuã. Is enim ueritus non fuit mittere manum ſuam in Cæſarem, etiã ſole coruſcante proſternens eum in terram: & idcirco nos geſſimus maxima bella cõtra eum, ſuperauimúſq; impietatẽ eius in Philippenſi planicie, occidẽtes tam eum quàm Brutũ collegam eius, liberatáq; eſt terra Aſiæ de manu eorũ, ueluti cum mulier liberatur à torſionibus ſuis ea die qua pepererit, et infirmus liberatur à moleſtia dolorũ ſuorum. Illi ſiquidẽ poſuerunt uniuerſam Aſiæ terram in cõculcationem ueluti ſtercus platearũ per impias incurſiones quas fecerunt in ea, non parcẽtes innocẽtibus neq; templis neq; obſidibus, ſed nec animaduertentes iuſiurãdum hominibus factũ, prẹſumpſerunt regnare in terra Macedoniæ. Maledicta terra Macedonum, quæ ſuſcepit & fouit eos & maliciã eorũ inter fœmora ſua, ſicut meretrix abſcondit eum qui meretricatur ſecum ſub pallio ſuo, ſic terra Macedoniæ abſcondit apud ſe omnia mala Caſſij. Nos ergo uidẽtes ea quæ fecerunt apud Iudæos & cunctos nobis cõfœderatos, ſcitote quod interfecimus impios & perditiſſimos illos, qui perdiderunt omnẽ terrã, & idcirco bono animo ſit rex Hyrcanus & omnis populus Iudaicus, lætetur ciuitas ſancta & cũcti habitatores eius, lætentur ſacerdotes dei magni & glorioſi, qui ſunt in templo Ieroſolymitano, & accipiant munus quod miſimus, orentq; pro uita Auguſti regis Romanorum & Antonij collegæ eius. Proinde ego Auguſtus [b] miſi ad omnia loca dominij mei, ad ea quæ ſunt ultra mare Indicum, & ad ea quæ ſunt in occidẽte ultra terrã Britanniæ, ubi eſt Oceanus, & ad omnẽ locum ubi inueniuntur uiri aut mulieres de ſemine Iudæorum, ſerui aut ancillæ, ut dimittãtur liberi abſq; ulla redemptione, uiſo mandato Auguſti & Antonij collegæ eius. Nunc itaq; uiuite & proſpere agite uos & cũcti homines, qui habent pacem nobiſcum.

¶ *a* *In paruam ciuitatẽ.*] *Ioſephus ſic habet: Phaſelus Felicẽ ſuperãs in aliqua eum turre concludit, quẽ poſtea ſub pactionis fœdere dimiſit. Interim aũt cũ frater Malachi multa occupaſſet loca, Herodes à ualetudine liberatus duxit cõtra eum exercitum, cõprehenſumq́; ſub pactionis lege dimiſit. Deinde Antigonũ Ariſtobuli filiũ cum ſuis cõplicibus prælio cõmiſſo uicit, & penè iam altiora Iudææ tenentẽ fortiter expulit, uictoriáq; potitus ad Ieroſolymã uenit, ubi coronas ei tam Hyrcanus quàm populus ob uirtutis præmiũ offerebãt. Nam cognatus Hyrcani per affinitatẽ credebatur, ideoq́; magis eũ defendebat, ueluti ducturũ neptem ſuã fratris Ariſtobuli filiã, ex qua triũ mariũ & duarũ fœminarũ extitit pater. Habuit quidẽ priorẽ uxorẽ Dorim uel Doſim nomine, popularem ex gente Iudæorũ, ex qua prior filius eius Antipater natus fuit.* *b* *Miſi ad omnia loca.*] *Erant ergo & tũc Iudæi diſperſi per uniuerſum mundũ, quantũlibet propriũ poſſiderẽt regnũ, quod manifeſtũ erat argumentũ imminẽtis & in propinquo exiſtẽtis Meſſiæ, qui rurſum oues Iſraël diſperſas cõgregaret in unũ, iuxta illud Iſa. 43. uaticiniũ: Ne timeas, quia ego tecũ ſum, & ab oriẽte adducam ſemen tuũ, & ab occidẽte cõgregabo te. Ego dicã aquiloni, da, et auſtro, ne prohibeas: adduc filios meos à longe, & filias meas ab extremo terræ. Nõ quod Ieroſolymis eſſent congregãdi, ſicut in hodiernũ uſq; diem cæci Iudæi hoc tenẽtur errore, ſed Chriſti corpori, quod eſt eccleſia ſancta uniẽdi. Venit enim tunc hora, quòd ueri adoratores nõ Ieroſolymis ſed in ſpiritu & ueritate adorarẽt patrem.*

CAPVT

CAPVT VIII.

POst hæc abiens Augustus reuersus est ad urbem Romanã seditꝗ; super solium suum, Antonius uero rursum ueniens in Ephesum, misit literas ad duces exercitus Romani [a] habitantes in Tyro, sic dicens: Quare non restituistis terrã quam abstulistis Iudæis in diebus Cassij uiri scelesti? Nunc itaꝗ; scitote, quod in breui sentietis gladiũ Romanorum, nisi reddideritis terram Iudæis amicis nostris. Festinate ergo ut pacem faciatis cum eis, aliàs incũbet uobis & terræ uestræ res magna. Ego Marcus Antonius iuraui & non mutabo. Post hæc factum est, ut abeunte Antonio in Syriam, ueniret ad eum [b] Cleopatra regina Aegypti, dormiretꝗ; Antonius cũ ea & adamaret eam. Nam allexit Cleopatra ad se cor Antonij incãtationibus suis, ut ille faceret omnia quæ Cleopatra postulauit à die illa & deinceps, usꝗ;adeo fascinauit eum multiplici incãtatione sua. Eodẽ tempore uenerũt ad Antoniũ centũ magnates ex Iudæa, ob id quod Herodes & Phaselus frater eius usurpassent dominium, dixeruntꝗ;: Isti filij Antipatri acceperunt de manu Hyrcani regnũ, & nihil præter nomen remansit Hyrcano. Et cum Antonius interrogasset Hyrcanũ num uerũ id esset [c] respondit Hyrcanus & ait: Absit, nam Herodes & Phaselus sunt fidelissimi serui mei. Quod audiens Antonius lætatus est de responsione Hyrcani. Amauit enim adolescentes illos propter Antipatrum patrem ipsorum. Nam fuerat Antonius familiaris Antipatro patri eorũ. Cumꝗ; Antonius uenisset ad munitionẽ Tyri, quæ erat in littore maris, egressi sunt rursum ad eũ multi ex magnatibus Iudæorũ ut accusarẽt memoratos adolescẽtes. Cõtra quos iratus Antonius, reclusit quindecim uiros ex eis in carcerẽ, qui uociferati fuerãt cõtra Herodem & Phaselũ [d] Occidit etiã multos ex illis qui cõtradixerant, & reueritus est faciem Phaseli atꝗ; Herodis fratris eius & honorauit eos, sublimansꝗ; eos misit cũ honore in Ierusalẽ, ipse autẽ Antonius reuersus est Romã, postꝗ; subegerat omnia regna Persiæ. Quibus gestis, egressus est Antigonus filius Aristobuli de Ierusalẽ, rebellionemꝗ; mouẽs cõtra Hyrcanũ patruum suũ, abijt in terrã Persidis, habens secũ ex nobilioribus Iehuda manũ robustã, adiensꝗ; Pacorũ Persarũ regẽ promisit ei mille talẽta auri & [e] octingẽtas mulieres ingenuas atꝗ; nobiles ex regno Iehuda, si ferret ei auxiliũ, priuaretꝗ; Hyrcanũ regno, & occideret Herodẽ atꝗ; Phaselum fratrẽ eius. Pacorus itaꝗ; morem gerẽs Antigono filio Aristobuli, cõgregauit ex Persis & Medis exercitũ magnũ, uenientesꝗ; in Syriã occupauerũt eam, & percusserũt omnes Romanos quos ibi inuenerũt, Antoniũ quoꝗ; ducẽ exercitus Romani. Postea misit Pacorus rex Persarũ ducẽ exercitus, nẽpe Pincernã suũ, cũ exercitu in Ierusalẽ, cui cõiunctus erat Antigonus filius Aristobuli. Pręcepit aũt eis rex Persarũ dicens: Sic agetis cũ ingressi fueritis Ierosolymã. Prædicate pacẽ ciuitatis, donec ingressi fueritis ciuitatẽ. Et cũ fueritis intra ciuitatẽ excitate pręliũ & interficite Hyrcanũ, Herodẽ et Phaselũ fratrẽ eius, regnũꝗ; ipsum tradite Antigono filio Arist. Abeũtes ergo ingressi sunt Ierosol. princeps Pincernarũ regis Persarũ & Antigonus filius Arist. prędicantes pacẽ urbis & pacẽ populi. At ubi intrò uenerũt, excitauerũt bellũ cõtra Hyrcan. in medio urbis. Tũc diuiserũt inter se Herodes & Phaselus frater eius loca ipsa, occupauitꝗ; Herodes palatiũ regiũ ut tutaret̃ illud, & Phaselus frater eius ascẽdit sup murũ,

protecturus

protecturus ascensum muri. Persæ autem & Antigonus cœperūt percutere populum & diripere ciuitatem. Quod uidens Herodes descendit de palatio regis, ipse & milites eius, cōmissoq; prælio in platea ciuitatis cū Persis & militibus Antigoni, fecit in eis cædē maximā, uertitq; eos in fugā. Sed & Phaselus descendens de muro percussit omnes qui sibi resistebāt, atq; in hunc modum fortiter pugnabant & uicerūt Persas & milites Antigoni. Post septem uero dies uocans princeps & Pincerna regis Persarum Herodem atq; Phaselum, dixit ad eos: Quàm diu durat bellum istud in ciuitate sancta? Cessate à pugna & [f] ite in occursum Pacori regis Persarū domini mei & facite amicitiam cum eo, ut sit manus eius uobiscū. Magis enim mihi placet, ut uos sitis amici eius, qui tam fortes athletæ estis, quàm ut socij sitis Antigoni, cuius robur uestrę fortitudini adęquari nequit. Cumq; Herodes nollet credere uerbis eius, Hyrcanus & Phaselus adhibuerunt fidem ei, feceruntq; sicut loquutus fuerat ad eos princeps & Pincerna regis, & egredientes in occursum Pacori, inuenerunt eum in Syria. Et is quidem suscepit eos cum magno honore, ut ipsi putabant, clàm autem inito consilio posuit nocturnos insidiatores, qui eos ligarent catenis. Vnde cum Hyrcanus & Phaselus nocte consurrexissent, obsidebant domū insidiatores armis muniti bellicis, nesciebantq; isti quod propter se ista fierent. Tunc uenientes Ofellius & Saramalla ditissimi Syrorum ad Phaselum, indicauerunt ei omnem uersutiam Pacori regis Persarum, quomodo scilicet Antigonus corrupisset cor eius mille talentis auri, & promisisset dare octingentas mulieres de nobilioribus Iudæorum. Et rursum dixerunt diuites illi Syri ad Phaselum: en adest nauis in mari parata ad eundum uiam suam, per quam euadere poteris in terram Iehuda. Fuit enim in diebus illis Pacorus in littore maris. At Phaselus noluit fugere & deserere Hyrcanum, sed accedens ad Pacorum regem Persarum dixit: fregisti in nobis fœdus tuū. Iam cognouimus nullā esse fidē in populo Persarū, & quod audiuimus iam uidemus oculis nostris, quia inijsti consiliū cōtra nos. Quod si paupertas ipsa te ad id adegit, & deficit tibi aurū & argentū, en Hyrcanus satis potens est, ut tradat tibi in duplo plus auri, quàm Antigonus tibi pollicitus est. Saltē hoc unū caue, ne uioles fœdus quod inijsti cū uiris istis. Hæc cū audisset Pacorus rex Persarum, & iurauit & negauit, assecurauitq; eos his uerbis dicens: Rumorē falsum & mendaciū audistis de me, quoniā non cogitaui istud, neq; uenit in cor meū, ut facerem malum istud magnū fratribus nostris & uiris pacis nostræ. His ergo uerbis animosiores eos fecit & securiores, ut abirent & dormirent confidenter. Et cum obdormiuissent, irruerunt in eos milites Persarum & apprehenderunt, ligaueruntq; eos catenis. Et cum euigilasset Phaselus à somno suo, uidit manus suas ferro ligatas, mouensq; se per saltus huc & illuc ut quæreret & extraheret gladium suum, nihil potuit efficere, quia manus eius erant colligatæ. Leuatis autē oculis uidit lapidē quendam magnum, ad quem currens & in altum à terra subsiliens, caput atrociter ex indignatione animi in saxum allisit, atq; mortuus est. Antequā tamen moreretur, indicauit ei mulier quædam de Herode quomodo euasisset, de quo Phaselus gaudio repletus ait: lætificasti me, nunc cognoui quod post me relinquo uindicem & ultorem sanguinis mei. Et cum hæc uerba dixisset, mortuus est & appositus ad populum suum.

¶ a Habitantes in Tyro.] *Ioſephus aſſerit edictum iſtud deſtinatum magiſtratibus* Tyriorum,*curiæ populoq́;.Et hæc eadẽ Sidonijs,& Antiochenis atq; Aradijs conſcripſit.* b Cleopatra.] *Hæc Antonio per Ciliciam obuiauit & amore ſuo detinuit.* c Reſpondit Hyrcanus.] *Ioſephus ſic habet:Contradicebat autem eis Meſſala defendendo iuuenes,* Hyrcano *præſente, qui ſocer iam* Herodis *erat. Conſulens quoq; Antonius* Hyrcanum,*qui magis gentem continerent,illo autem reſpondente,*Herodẽ *& fratrem eius,Antonius familiaritatem cum eis habens propter paternã hoſpitalitatem,ambos tetrarchas ordinauit,& cõmiſit eis Iudæorũ negotia:quindecim autẽ ex reſiſtentibus ligauit ut eos occideret,niſi recuſaſſet* Herodes. d Occidit etiam multos.] *Cum enim Iudæi nollent quieſcere & ægreferrent alieni regis ſurrogationem, & mitterent ad Antonium alios legatos, præcepit ille locorum præſidibus, legatos Iudæorum nouis rebus ſtudentes torquere, &* Herodi *præbere principatũ totius.Mox autem* Herodes *ſedẽtibus ante ciuitatẽ cum* Hyrcano *nũciauit ut recederent ne magnum malum eis eueniret.Cui dum quidam nõ cõſentirent recedere,ſed quaſi cõtrarij reſiſterẽt,*Romani *milites armis eos inuadũt,& quibuſdam ex ipſis peremptis,multos uulneribus laniabãt,reſidui uero fugientes cum nimio metu ad propria redierunt.* e Octingẽtas mulieres.] *Ioſippus habet,Centũ uirgines de filiabus* Iſraël,*Ioſephus autẽ,Quingentas mulieres obtulit* Antigonus Parthis. f Ite in occurſum.] *Ioſephus ſic habet :* Pacorus *dux* Parthorũ *cum paucis equitibus,Antigono petẽte,ad ciuitatẽ peruenit, prætextu quidẽ cõponendæ ſeditionis, reuera autẽ* Antigono *principatũ traditurus.Cui dum* Phaſelus *occurriſſet & hoſpitio ſuſcepiſſet,*Pacorus *dolũ aliquem excogitãs,flectit eum legationem ad* Barzafarnem *deducere.Phaſelus quidẽ nihil ſuſpicatus acquieuit, & tandẽ inſidijs circũuentus & ligatus, ſaxo caput ſuũ allidens uitam finiuit.Veritus proinde* Antigonus *ne multitudo* Hyrcano *aliquando regnum reſtitueret, dum adhuc à* Parthis *cuſtodiretur aures eius amputauit, molitus ne poſſet rurſus ad eum principatus ſacerdotij peruenire propter hanc mutilationẽ,dum lex hunc honorem iußiſſet integros tantum obtinere.*

CAPVT IX.

AVdiens autẽ Herodes omnia quę fecerat Pacorus rex Perſarũ Phaſelo fratri ſuo & Hyrcano regi Iehuda, exiſtens Ieroſolymis accepit matrẽ ſuã, ſocrũ ſuam & Marimi ſibi deſponſatam filiã Alexãdri filij Ariſtobuli,atq; matrẽ eius Alexandrã filiam Hyrcani,cuius ſuprà mentionẽ fecimus.Erat aũt Marimi puella elegantiſſima & pulcherrimo aſpectu. Has mulieres impoſuit Herodes equis & mulis,egreſſiq; ſunt [a] nocte de Ieruſalẽ cũ decẽ millibus fortiſſimorum Iudæorũ,et uertit Herodes faciẽ ſuã contra terrã Aedom. Cumq; eſſent in itinere,deſcenderũt mulieres & pueri de iumẽtis,mater autẽ Herodis uertens currũ cui inſidebat,ſubſtitit. Nam dixerunt mulieres,moriamur in Ieruſalem ciuitate ſancta, & nõ elongemur ab ea. Herodes aũt extrahẽs gladiũ ſuũ,uoluit ſeipſum interficere, timẽs ne forte ſuperuenirẽt hoſtes & abducerent mulieres. Et accurrẽtes famuli eius tenuerũt manũ eius dicẽtes:Ignominioſum eſt tali uiro,qualis tu es, ſeipſum abſque gloria occidere. Tranſeant mulieres ante nos, & nos hic ſtabimus donec ueniat exercitus Perſarũ, qui egreſſus eſt de Ieruſalem ad perſequendum nos, & ſentient quales hi ſunt quos perſequuntur. Et cum iſta acta eſſent mulieresq; tranſiſſent, ſtetit Herodes, & omnes bellicoſi uiri qui cum eo erant,quaſi decem millia, undique hoſtem præſtolantes. Et ecce uenit contra eos princeps Pincernarum regis Perſiæ,habens ſecum manum ualidam & robur militum Perſarũ. At Herodes pugnans cõtra eos cum uiris ſuis,percuſſit & ſtrauit eos in terrã, uertitq; principem Pincernarum in fugam, ut rediret in Ieruſalem à facie Herodis.

Sed & multi Iudæi qui adhærebant Antigono, perſecuti ſunt Herodē, & apprehendētes eum pugnauerunt contra eum, cadentesq́; in manum eius percuſſit eos cæde maxima: in quo loco ubi percuſſerat Iudęos, [b] fecit ciuitatē & palatium magnū anno primo regni ſui, uocauitq́; nomen ciuitatis Herodion, quæ diſtabat à Ieruſalem ſtadijs ſexaginta. Arripiens proinde Herodes uiam ſuā uerſus terrā Aedom, Ioſeph frater eius, egreſſus in occurſum eius, [c] habuit cōſilium cum eo, introducentesq́; mulieres in munitū quendā locū, qui erat in terra Aedom tradiderūt eis triticū, aquā, ligna, et uiros bellicoſos, ſed & Ioſeph frater eius māſit cū eis. Herodes uero præcepit reſiduo populo, ut iret per uniuerſam Idumæā & cōpararet ſibi uictū, datisq́; eis drachmis aureis ſecundum exigentiam eorum, ipſe cum paucis uiris tranſiuit uiam ſuam ad Petram deſerti, uenitq́; ad Maluchum regem Arabiæ. Nam ab heri & nudiuſtertius Maluchus fuit amicus Hyrcani & Herodis, ſed non eſt recordatus [d] beneficentiæ quam ſibi Hyrcanus exhibuerat. Veniens ergo Herodes in Aegyptum ad Cleopatram reginam Aegypti, ſuſcipitur à regina cum honore, uoluitq́; eum facere ducem exercitus ſui, at cum ille renueret, feſtinabat enim ire Romam, dedit ei regina diuitias multas & naues, quæ ipſum ferrent in Italiā. Ingreſſus ergo Herodes in naues, bis repellitur in Aegyptum, quia [e] hyems erat & uenti fortes obſiſtebant ei. Tertia uero uice cum pro ſe haberet uentum, traijciens mare, peruenit ad littus magnum quod eſt iuxta Anconam in extremitate Italiæ, ubi Auguſtus imperator habuit præfectum, qui ſuſcepit eū cum honore & dedit ei equos & uiros, qui deduxerunt eum ad Romam. Veniens autem Romam, diuertit ad domum Marci Antonij amici ſui, qui unus fuit ex primorib. Romanis: cui & omnia narrauit quę ei acciderāt, quomodo ſcilicet Antigonus rebellauit Hyrcano & ligauit eum catenis, atque amputauit aures eius, ne fungeretur amplius ſacerdotio, & quomodo ſe iunxiſſet Pacoro regi Perſarū, contemptoq́; regno Romanorū adheſerit regi Perſarū. Cumq́; Antonius & Auguſtus atq; ſenatus Romanus audiſſent quod Pacorus rex Perſarum irritaſſet imperium Romanū, unanimi conſilio & ſine mora uocauerunt Herodem & impoſuerunt capiti eius [f] coronā regiam, præceperuntq́; populo ut clangerēt tubis. Interim autē quo tubis clangebant, leuabant uocem & iubilantes dicebant: Herodes factus eſt rex in Iudæa atq; in Ieruſalem ciuitate ſancta. Et egrediētes Auguſtus atq; Antonius foras, ingreſſi ſunt domum Antonij, inſtruxitq́; eis Antonius conuiuiū grande & inuitauit Auguſtum, ſenatum & cunctos ſeniores Romanos. Comedentes autem & bibētes, plurimum cōgratulati ſunt Herodi quod eſſet rex coronatus, & ſignātes diem illum pro initio regni Herodis, percuſſerūt cum eo fœdus, & exarauerunt uerba fœderis in tabula ænea, poſueruntq́; eam in capitolio quod fuit Romæ, ut legerent fœdus ipſum cunctis diebus.

¶ a Nocte.] *Hoſtibus ignorantibus Herodes fugit cum ſuis ex urbe, ſuſtinensq́; fortiter rei atrocitatem magnanimus contra omne periculum per uiam unumquemq; confidere hortabatur, ne traderet ſe mœſticiæ, quæ poſſet eius fugæ nocere, in qua ſola ſpes ſalutis eorum depoſita eſſet. Et illi quidem Herodis perſuaſionibus calamitatem ſufferre tentabant, ipſe uero penè ſe intercemit, dum carpento euerſo mater eius mortis periculum ſuſtineret. Cuius propter paßionem & timorem, ne hoſtes eos perſecuti remorantes circa paßionis curam cōprehenderent, ſuum gladium euaginauit, ſeq́; perimere conantem retinuerunt præſentes uiri, dum dicerent, non oportere inimicis ſatiſ-*

cis ſatiſ-

eis satisfieri. Nam non hoc esse fortis, siquidem se de periculis liberans, amatos traderet inimicis. Quibus uerbis compulsus, facinus quod in se cogitauerat prætermisit, matremq; curans pergebat uiam propositam, & celerius ad Massadam castellum peruenit. b *Fecit ciuitatem.*] *Iosephus sic habet: Cum Herodes in fuga illa multas pugnas contra Parthos excurrentes egisset, totas obtinuit. In fuga uero nec Iudæis pepercit, qui eum à ciuitate 60. stadijs sunt hostiliter persecuti. In illo uero loco ubi Iudæos fudit, postea regnum adeptus, aulam oportunam construxit, ciuitatemq; ædificauit, quam Herodion appellauit.* c *Habuit consilium.*] *Quid scilicet ageret. Nam magna multitudo sequebatur eum præter peregrinos conductos milites. Oppidum autem Massada nimis paruum erat pro tot hominum susceptione. Dimittens ergo nouem millia, præcepit ut per Idumæam sese liberarent, præstans eis uiæ stipendia, necessarios autem in oppidum adducēs peruenit. Interim Parthi Ierosolymam depredauerunt & totam prouinciam spoliabant. Antigonus tamen ualde cruciabatur, quod mulieres fugissent, quas hostibus dare promiserat.* d *Beneficentiæ.*] *Debebat rex Arabiæ magnam uim pecuniæ Herodi, quam acceperat ab Antipatro patre Herodis, & ob id nobiliores Arabes iritabant regem, quatenus pecunias illas depositas seu acceptas lucraretur, pellendo à se Herodem.* e *Hyems erat.*] *Tēpestate bis repulsus fuit, deinde uero cum nauigasset ad Pamphyliam, uix ad Rhodum deductus fuit. Vbi cōstruens triremes & nauigās cum amicis ad Italiam, in Brūdusium deducitur & exinde Romam perrexit. Sic quidem sentit Iosephus, at autor noster dicit illum ad Anconam deductū, & deinde Romam peruenisse. Sed fieri potest quod in uocabulo Anconæ erratū fuerit, præsertim cum textus dicat, Herodem delatum ad extremitatem Italiæ. Ancona autem non est in extremitate Italiæ, ut est Hydruntum, Tarentum & Brundusium.* f *Coronam regiam.*] *Ad hoc enim spirauerat uulpes illa, & iam dudum promiserat se daturum magnam molem pecuniæ si rex fieret Iudæorum. Accessit & occasio commodissima, dum Parthorum rex cristas erigeret contra Romanos, & Herodes optimus defensor Romani imperij in Oriente à senatu decerneretur.*

CAPVT X.

His gestis ingressus est Antonius et Herodes in naues, ut uenientes pugnarent contra Pacorum regem Persarum & contra Antigonum regem Iudæorum. Habuerūt autem secum classes & naues multas & exercitum magnum ualidissimúmq;. Egressus uero Antonius in Antiochiam, profectus est ut bellum inferret Pacoro regi Persarū, sed Herodes egressus est in Ptolemaidē, quæ & Acon est, habens secum ex Romanis exercitum magnū & ualidum, adhærebántq; ei [a] Ventidius & Silo Pardelius fortissimi Romani, quos Augustus miserat cū eo. Interim uero Antigonus & omnis exercitus eius obsidebāt Massadā Idumææ oppidū, in quo fuit tota familia Herodis, nempe mater eius, socrus eius, sponsa eius, & Ioseph frater eius, cœperuntq; homines intra ciuitatē laborare siti. Antigonus enim abegit aqueductum fluentē in ciuitatem, & intantum uexauit ciues, ut deliberauerint aperire ciuitatem. Ioseph autem frater Herodis proposuerat fugere ad regem Arabiæ. Audierat enim regē Arabiæ pœnituisse de hoc, quod non suscepisset Herodem dum fugeret à cōspectu Antigoni. At deus obstitit ei ut fugere nequiret: quoniā misit pluuiā nocturnam in terram unde omnes [b] cisternæ impletæ sunt, ut ille fugā intermitteret. Eodem tempore egressus Herodes de Acone, habuit secum Antoniū & omnes duces Romanos: & cum peruenisset ad Massadā contra castra Antigoni, egressus Ioseph frater eius de ciuitate cōiunctus est illis: pugnātesq; contra Antigonū percusserūt castra eius. Cúmq; Antigonus fugisset in Ieru

 salem

ſalem, eduxit Herodes omnem familiam ſuam de Maſſada, cõgregatoq́ꝫ toto exercitu ſuo, qui erat maximus, quoniam defecerunt ad eum multi Iudæi, ueniens cõtra Ieruſalem oppugnauit eam unà cum ducibus Romanis, quos miſerat Antonius in auxiliũ eius, ſed non perſtiterunt duces Romani in Antigoni oppugnatione, quin magis neglexerunt mandatũ Antonij, eo quod Antigonus dediſſet eius munera. Nihil tamẽ ob id defuit Herodi in auxilio: nam habuit exercitum maximũ & ualidiſſimum ex omnibus Iudæis, ſed & omnes uiri Galilæi adiuncti ſunt ei tuleruntq́ꝫ auxilium. Cum uero obſediſſet Ieroſolymam oppugnaretq́ꝫ Antigonum, mandauit uoce præconis omnibus militibus ſuis, ut per circuitum uallarent ciuitatem, quod & fecerũt. Duces tamen Ventidius & Silon Pardelius, muneribus corrupti ab Antigono, noluerunt reuelare uerbum. Accedens autem Herodes ad murum & clamãs uoce magna ait: audite & aduertite, nónne proficuũ erit uobis [c] ſi pacem feceritis mecum? Sed non reſponderũt ei uerbũ. [d] Ponensq́ꝫ illuc caſtra mandauit artificibus ut facerẽt inſtrumenta ferrea & arcas magnas ligneas, quas catenis ferreis ligarẽt, implẽsq́ꝫ arcas militibus fortibus, armis bellicis, pane & alijs uictualibus, repoſuit hæc omnia intra arcas, deditq́ꝫ incluſis militibus falces longas, quibus extraherent latrones è ſpeluncis. Demittens enim arcas è uertice mõtis, adhibuit eas ori ſpeluncarũ. Quod uidentes latrones, timuerũt egredi de ſpeluncis. Tunc unus ex adoleſcentibus accinctus gladio & apprehẽſa catena ferrea à qua pendebat arca, tranſiliensq́ꝫ per catenam ſe ipſum impulit in mediũ ſpeluncæ & occidit multos ex latronibus, apprehendensq́ꝫ falce corpora eorũ præcipitauit ea in uallem. Et in hũc modũ fecerũt cũcti milites, interficientes latrones in omnibus ſpeluncis, excepta duntaxat una, ad cuius introitum nõ fuit demiſſa arca, in qua latitabat uir quidam ſenex cum uxore & ſeptem filijs ſuis. Et ſtans ſenex ille in ore ſpelũcæ dicebat ad filios ſuos: exite. Egreſſo autem uno, euaginauit ſenex gladium ſuum & interfecit eum. Sic fecit ſecundo, ſic omnibus ſeptem filijs ſuis, non obſtante quod rex Herodes ex cõmiſeratione clamaret & precaretur ſenem ne interficeret filios ſuos. Noluit ſiquidẽ ſenex obtemperare regi, quin magis exprobrabat, conuiciabatur & maledicebat regi: & poſt hæc interfecit uxorẽ ſuam & præcipitauit eam in uallẽ poſt filios eius, & tandẽ quoqꝫ occidit ſeipſum, cadens in uallem ſuper cadauera filiorum ſuorum, & mortuus eſt.

¶ *a Ventidius.] Hic ab Antonio tranſmiſſus, dum componeret turbas, quas per Syriæ ciuitates Parthi cõmouerant, in Iudæa pecunijs ab Antigono corruptus degebat. Silonẽ quoq; Antigonus remunerabat, ut nihil moleſtaret, ſperãs rurſus ſibi Parthos adiutores. b Ciſternæ impletæ.] Qua copia obſeßi recreati, exeuntes contra Antigonũ confligebant, cum quibuſdam palàm, cum alijs uero furtim, quorũ etiam multos in cõgreßionibus proſtrauere. c Si pacem feceritis mecum.] Apud Ioſephum ſic legimus: Herodes primum quidem iußit præconari iuxta murum, quod bono populi præſto eſſet & pro ſalute ciuitatis, nec manifeſtorum aduerſariorum maliciam recordaretur, ſed etiam inimicißimis abolitionem delictorum, quæ in ſe commiſerant, præſtaturum ſe promiſit. d Ponensq; illuc caſtra.] Ioſephus hanc hiſtoriam clarius & latius deſcribit cap. 24. libri. 14. Siquidẽ cum exercitus Romanus inopia uictualium laboraret, Herodes procurauit afferri ex Samaria copiam tritici, uini, olei, pecorum & aliarum rerum. Quod cum non latuiſſet Antigonũ miſit, per prouinciam qui inſidijs prohiberent deportatores alimentorũ. Cumq; præceptis Antigoni paruiſſent, grandem multitudinem armatorum circa Hierichuntem congregantes,*

tes, super mõtes locati custodiebãt alimoniã deducentes. At Herodes nõ ociose agens cũ armata manu ad HiericHũta peruenit. Cumq; ciuitatẽ desertã inuenisset, quingẽtos uero excelsa præoccupasse cum uxoribus & cognationibus, hos dimisit, & ad Galilæã proficiscens, illã ab hostibus & latronibus repurgare sategit. Erant enim latronũ cubilia in montibus abruptis cõstituta, & per medium altißimos habentia transitus, saxis acutißimis circumdatos, ubi cum omnibus familiaribus latebant.

e Exite.] *Rogauerant filij patrẽ senem, quatenus eos ad hostes dimitteret exire: ille uero stans super ostium speluncæ, unũquemq; filiorũ suorũ exeuntem prosternit, usq; quo cũctos interemit, post autẽ & suam uxorẽ. Cumq; in præcipitio cadauera iactasset, super illã se quoq; dedit, mortem pro seruitute sustinens, multaq; prius in Herodem uociferatus & infirmitatem exprobãs, licet rex dexteram ei tetendisset, & omnem licentiam promisisset.*

CAPVT XI.

POst hæc nunciatũ est Herodi, quomodo Antonius oppugnãs Pacorum regẽ Persarũ interfecerit eum, moramq; egerit [a] iuxta fluuium Euphraten: & abiẽs Herodes in occursum eius, inuenit cœtum maximũ, qui uolebat trãsire ad Antoniũ, sed non poterat propter Arabes, qui occidebãt omnes quos inueniebãt in itinere euntes ad auxiliandũ Antonio. Quæ res cum Herodi innotuisset, perrexit cum militibus suis, inueniẽsq; eos instruxit bellum cõtra eos & percussit eos in ore gladij, apertaq; uia liberum fecit transitum omnibus uolentibus ire ad Antoniũ. Rex uero [b] direptis spolijs eorũ profectus est inde. Tũc misit Antonius magnam turmam quadrigarũ & equitum, & item coronam aureã pro munere ad regem Herodẽ, eo quod suppetias sibi tulisset & prostrauisset Arabes, aperuissetq; uiam. Et cũ Herodes pergeret ad eum, egressus Antonius in occursum eius, amplexatus et osculatus est eum, atq; gaudio magno recreatus ab eo. Postquam autẽ Marcus Antonius percussit Pacorum regem Persarum, direxit faciem suã ut intraret Aegyptũ, tradiditq; regi Herodi Sosiũ ducẽ exercitus sui cũ copijs maximis & manu ualidissima, collecta ex militibus Romanis, & mittens epistolã ad uniuersam Syriã, scripsit sic: Marcus Antonius legatus principalior omnibus ducibus Syriæ. Notũ sit uobis, quod Herodes constitutus est rex super Iehudã, quemadmodũ Octauianus Augustus & imperator declarauit, & quemadmodum cõstitui ego Marcus Antonius iuxta decretum senatus Romani. Nunc igitur cauete, ne forte difficiles sitis, in auxilium eius mittere uiros bellicosos, cum ille expeditionem facere uoluerit contra Antigonum. Nisi enim illico ei auxiliũ iuxta decretum meum miseritis, gladius & magnũ malum imminebit uobis. Ego Marcus Antonius iuraui & non mutabo. Post ista factum est ut abiret Herodes cum Sosio, præliaturus cõtra Antigonum, habens secum exercitum Romanum & omnes copias Syriæ, nunciatumq; est Herodi in itinere de fratre suo Ioseph, quomodo in bello [c] mortuus esset. Nam interemit Pappus & eũ & cunctum exercitum Romanum qui erat in Iehuda, quiq; ab initio uenerat cum Herode. Fugiẽtibus enim ducibus eorũ, Ioseph frater Herodis hosti uiriliter resistẽs noluit fugere. Pappus ergo abscidens caput Ioseph fratris Herodis misit illud in Ierusalem ad Antigonum regem Ierosolymitanũ. Quod emens Pherora frater Herodis quinquaginta talentis auri sepeliuit ipsum in sepulchris patrũ suorũ. Nũciata autẽ sunt uerba ista regi, cui tamen iam constiterat de rebus istis. Nam in somnio uiderat omnia quæ euenerãt fratri suo.

Turbatus ergo rex luctum habuit modicum,& nō diſtulit uindictam. Siquidem relicto Soſio apud cūctum exercitum, aſſumptiſq; duodecim millibus Romanis & uiginti millibus Iudæis, perrexit ad Libanum,& tranſcēſo monte progreſſus eſt ut pugnaret contra exercitum quem miſerat Pappus in occurſum eius. Et inueniēs eos in lateribus Galilææ, percuſſit eos à meridie uſque ad ueſperā cæde maxima. [d] Factoq; ueſpere præcepit rex militibus ſuis ut ederent & biberent, ipſe autē cum familia ſua ingreſſus eſt domum cuiuſdam Gad nomine: & cum cœnaret, ſubito corruit tota domus ſuper regē & ſuper familiam eius, ſed non eſt oppreſſus rex neq; uulneratus, ſed nec quiſquam è familia eius aut aliȷs uiris læſus eſt: unde crediderunt omnes, Herodē ſingulariter adamatum à deo.

¶ a *Iuxta fluuium.] Ioſephus dicit Antonium Samoſata oppidum iuxta Euphratē obſediſſe cum equitibus & peditibus auxiliatoribus, & Barbaros ſpinis obſtruxiſſe camporū aditus, uiatoreſq; impediuiſſe, ne quiſquam auderet tranſire ad Antonium. Sed Herodes impetum faciens in Barbaros, uertit eos in fugam & multos ſtrauit, ſuiſq; audaciā tranſeundi dedit.* b *Direptis ſpoliȷs.] Barbari cum multa diripuiſſent uaſa, ſarcinulas, & mancipia, uniuerſa hæc Herodes eripiens pergebat. Et cum prope Samoſata perrexiſſet, tranſmiſit Antonius exercitum cum ornatu ad occurſum Herodis, hunc ei honorem tribuens auxiliȷ cauſa. Cumq; præſentē alacriter uidiſſet, et cognouiſſet ab eo quæ per uiā acciderāt, amplectebatur, & uirtutē eius laudibus efferebat & oſculabatur eum, & præponebat ſibi, quē paulo ante regem ipſe monſtrauerat.* c *Mortuus eſſet.] Duxit Ioſeph exercitum per montes & loca difficilia, in quibus comprehenſus ab Antigoni exercitu interfectus eſt & ipſe & totus ferè exercitus eius.* d *Factoq; ueſpere.] Ioſephus dicit regem ex Galilæa profectum ad Hierichuntē, ut ultionem exigeret pro fratre. Vbi cum perueniſſet, potentiſſimos ſuos pauit. Poſt conuiuium autem cum ad ſuperiorem domum aſcēdiſſet, dimiſit omnes qui præſentes erant, ubi miranda affuit dei circa regem prouidentia. Nam tectum domus ſubito cecidit & neminem cōprehendit. Vnde omnes crediderunt Herodem dei amatorē eſſe, dum tam maximum & mirandum periculum uelociter euitaſſet. Tale quidem fuit uulgi iudicium de impio homine.*

CAPVT XII.

Craſtina uero die egreſſus eſt Herodes, ut bellū iniret cum Antigono & Pappo ſtantibus ex aduerſo cum grauiſſimo exercitu. Et cum certamen iam eſſet maximū, fugit Antigonus in Ieruſalem, ſtante Pappo & uiriliter pugnante [a] cōtra Herodem. Ceciderunt autē in die illa plurimi, quin & Pappus dux Ieroſolymitanus percuſſus & uulneratus eſt in bello illo, & abſcidens Pherora caput eius, miſit illud in conſpectū regis Herodis fratris ſui, qui iuſſit ſepeliri illud. Porrò milites qui fugerant in bello illo, latuerunt in domibus illius loci, & præcipiente rege deiecerunt domos ſuper illos & mortui ſunt, & in hunc modum ultus eſt fratrem ſuum. Veſpere autem facto præcepit rex militibus ſuis ut cœnarent, ipſe uero ingreſſus eſt in balneū [b] cum duobus pueris, ubi latitabant ex militibus Pappi aliqui uiri, qui effugerāt de prælio, habentes in manibus ſuis gladios euaginatos, ſed non leſerunt regem, ex qua re populus ſecundò collegit, illum à deo ordinatum regem. Proficiſcens uero inde Herodes uerſus Ieruſalem cum toto exercitu ſuo, nempe cum triginta millibus uirorum ex nobilioribus Iehuda, uenit rurſum Soſius, quem miſerat Antonius in auxilium Herodis, cum populo graui & manu ualida, cum exercitu

Romanorum

Romanorum & duobus regibus Syrię, & pariter oppugnauerūt Ierusalem usq; ad initiū [c] quarti anni regni eius, facientes prælia multa. Nonnunquam enim obsessi exierūt contra hostes & percusserūt eos cęde maxima, sed non potuerunt eos arcere à Ierusalem. Aliquando etiam incenderunt igni machinamenta, reportantes uictoriā extra murū. Tandē uero præualente exercitu Herodis cōtra Antigonū, [d] fugati sunt in ciuitatē intra mœnia. Nam pauci extiterunt uiri cum Antigono, interfectis militibus eius in pręlio. Post hæc factum est, ut nocte consurgerent uiginti Iudæi ex militibus Herodis & erigerent scalas ad murum, & ascenderunt post eos milites Sosij, interim quo custodes muri labore fatigati dormierunt. Cum autē ascendissent, percusserūt custodes, & milites qui erant cum Herode accurrētes fregerūt portas, stupefactisq; ciuibus capta est Ierusalē urbs sancta, & ingressi Herodes & Sosius urbem, percusserūt ciues cęde magna atq; atroci, nō parcētes iuuenibus, uirginibus, senibus & mulieribus. Et indignatus Herodes cōtra duces Sosij, ait ad Sosiū: Si gladius absumpserit omnē populū, [d] ubi regnabo ego? Quod cum Sosius audisset, fecit diuulgari uocem huiusmodi: Qui interfecerit Israēlitam aliquem, morte moriatur. Veniētes autem duces Sosij ad templum, conabantur illud aperire & uidere sanctumsanctorum, sed nihil efficere potuerunt. Nam rex Herodes extracto gladio stabat ante portā templi, ipse & milites eius, & abegerunt Romanos ne uiderent sanctumsanctorū. Dixit namque rex: melius est ut moriamur, quàm ut gentes uideant mysteria dei quę habentur intra sanctūsanctorum. Tūc dedit rex de bonis suis Sosio & ducibus eius aurum & argentū, stipendiū scilicet pro exhibito auxilio eorum, & reliqua urbis spolia liberauit. Eodē tempore cōtulit Sosius in tēplum domini coronam magnā aureā, plurimū timēs ne forte sibi eueniret aliquid à domino, eo quod oppugnasset ciuitatē domini. Porrò [e] hæc clades cōtigit Ierosolymorū urbi sanctæ, cōsulibus Romanis Marco Agrippa, & Canidio Gallo, anno centesimo & octogesimoprimo olympiadis, mēse 4. in die diei ieiunij.

¶ a *Contra Herodem.] Licet Herodes uictor euaserit, nō tamen fuit uictoria eius incruēta. Nam aduersarij in pugnā descendētes, iaculis lapidibusq; regis socios exeūtes uulnerabāt, & quidam Herodē telo circa præcordia percussit.* b *Cum duobus pueris.] Iosephus mentionem facit unius pueri. Nam Herodes lassus domū quandā ingressus ubi balneū erat, pene maximū periculum incidit. Nudum enim, & cum uno sequente puero lauantem, hostiū quidā, qui armati in eadē domo præ timore cælati fuerant, inuadunt. Quorum unus exijt gladiū tenēs, & per ianuā cucurrit, & post hunc secūdus & tertius similiter armati, nihil tamen regem læserunt.* c *Quarti anni.] Interempto enim Pappo & desinente hyeme regreßus Herodes peruenit prope Ierosolymā, & iuxta ciuitatem castra sua locauit, tertio regni sui anno, ex quo Romæ ordinatus erat.* d *Fugati sunt in ciuitatē.] Defuit Iudæis intra mœnia disciplina militaris, ideo desperatione potius quàm prouidentia belli usq; ad ultimū permanebāt, licet magna expeditione obseßi, uel fame fatigati, uel inopia necessariorū fuissent exhausti. Nam septimus tūc acciderat annus. Interea ascendūt quidem super murū uiginti priores, postea uero cēturiones Sosij. Nam primus murus iam captus fuerat diebus quadraginta, secundus autē quindecim, & aliquæ circa templū porticus incēsæ sunt, quas Herodes Antigonū incēdisse dicebat odium ei mercatus Iudæorū. Sed post dum capta exterior pars templi fuißet & inferior ciuitas, ad interius sacrariū & ad superiorē ciuitatē Iudæi confugerūt. Cumq; timuissent ne prohiberent eos Romani deo quotidianas immolationes offerre, per legatos supplicabant, permitti uictimas solitas introduci. Herodes autem dum putaret eos iam quieuisse, consensit.*

Sed cum nihil uideret fieri eorum quæ putaſſet, imò fortiter repugnare pro Antigoni principatu, inſtanter accedens, ciuitatẽ expugnat, & omnia ſtatim internitionibus ſunt cõpleta. Siquidem Romani pro mora obſidionis iraſcebantur, Herodes autẽ nullos ex Iudæis aduerſarios relinqui uolebat. Occidebant igitur per uicos & per domos quoſcũq; inueniſſent, fugantes eos, & in templo concludentes: neq; infantibus, neq; ſenibus, neq; infirmitati mulierũ miſericordiã præſtantes. Sed & rege deſtinante & petente ut parcerent, nemo fuit qui dextram retineret immotã, ſed furioſi cunctã ætatem extinguebant. Vnde & Antigonus nec priorem nec præſentẽ fortunã conſiderans, à turre deſcendit & procidit ante pedes Soſij. Ille tamen nequaquam eius miſertus pro calamitate, ſed plauſibus incõtinenter uſus, Antigonã eum tanquam fœminam nominauit, quem non ut mulierem ſine cuſtodia remiſit. Ille enim ligatus cuſtodiebatur. d *Vbi regnabo ego?*] *Dum feſtinaret multitudo peregrina templum uidere et ſancta in ſacrario cõſtituta, rex quoſdã petens, alijs interminatus, multos autem & armis uetabat, perditionẽ priorem uictoriam æſtimans. Reſecabat etiam rapinas ciuitatis, multum contra Soſium altercatus, dicendo: Si pecunijs & hominibus Romani ciuitatem euacuarint, ſolitudinis me regem relinquent, ſed & tantis ciuibus proſtratis, paruum uniuerſi mundi principatũ iudicari, pro repenſatione necis huiſmodi. Ille uero cum pro obſeſſione militibus iuſte prædã permitti dixiſſet, reſpondit ipſe ſe pecunias de ſuo pro mercede ſingulis præſtaturum, & ita reliquam ciuitatem promiſſionibus cõpletis liberauit. Nam ita munificẽter ſingulis militibus & ducibus merito regali, & ipſi Soſio donauit, ut omnes pleni pecunijs abirent.* e *Hæc clades.*] *Idem ſentit Ioſephus libro 14. capite ultimo, ubi ſic ſcribit: Hæc clades Ieroſolymorũ urbi contigit, cõſulibus Marco Agrippa & Canidio Gallo, centeſima & octogeſimaquinta olympiade, tertio menſe, in celebratione ieiuniorũ, tanquam reuerſa calamitate quæ ſub Pompeio Iudæis illata eſt. Nam & tunc eodem die capti ante uigintiſeptem annos eſſe noſcuntur. Soſius uero cum auream deo coronam deuouiſſet, reuerſus ab Ieroſolymis Antigonum ligatum ad Antonium perduxit. Herodes quoq; ueritus ne cuſtoditus Antigonus ab Antonio & Romam perductus, allegationibus ſuis ſenatui demonſtraret ſe quidem ex regibus deſcendentẽ, Herodem autem priuatum: & quod oporteret filios eius regnare propter genus, ſi ipſe Romanis peccaſſet, multis pecunijs cõpulit Antoniũ, ut Antigonus interficeretur. Quod cum factum fuiſſet, Herodes timorem depoſuit. Deſtitit itaque hoc modo Haſmonæorum principatus poſt centum uigintiſex annos. Cumq; multa pro gente Iudaica parentes egiſſent, propter mutuam ſeditionem principatum amiſerunt. Tranſijt autem ad Herodem Antipatri filium de familia populari & genere priuato, regibusq; ſubiecto. Et tunc cœpit impleri prophetia Iacob patriachæ, qui ſic longe antè prædixerat: Non recedet ſceptrũ de Iehuda & ſcriba de medio pedum eius quouſq; ueniat Silo, id eſt, Meſchias. Iam dudum quidem receſſerat ſceptrum de tribu Iehuda, quia Haſmonæi, qui ſibi regnum uſurpauerunt, fuerũt de genere ſacerdotali ſeu Leuitica, ſed ſcribæ de tribu Iehuda adhuc fuerunt ſub regibus Haſmonæis, quos Hebræi Sanhedrin uocant, quos Herodes tyrannus ſucceſſiue cum uniuerſo regio ſemine extinxit.*

CAPVT XIII.

HIs geſtis, abijt Soſius ad Antonium in Aegyptũ, Antigonus autem uinctus erat catenis, & miſit Herodes Antonio plurimum auri & argẽti ut occideret Antigonum. Timuit enim Herodes ne regnum reuerteretur ad ipſum. Interfecto aũt Antigono, ſecure regnauit Herodes ſuper Iehudã. Factumq; eſt cum iuxta animi ſui ſententiam regnaret, honorauit omnes Iudæos, qui ab initio fuerũt à parte eius. Honorauit quoq; ſupra modum Hillelum ſeniorem principem Phariſæorum, & Sameum diſcipulum eius. Illi enim primi fuerunt, qui popu-

lo ſua-

lo suaserũt electionem regis Herodis. Nam dixerunt Pharisæi, id à domino factum propter iniquitatẽ populi, & melius esse alienũ regnare, quàm multum sanguinis in medio Ierusalem effundi: & ob id etiã honorauit Herodes Pharisæos, & erga cũctos hostes suos durus fuit. Nam occidit eos in ore gladij, & accipiens aurum & argentũ eorum consignauit domui suæ, & in hunc modum collegit plurimum auri & argenti. Pugnauit præterea cõtra omnes uicinas gentes, & uictoria potitus abstulit aurum earum & applicuit domui suæ. Posuit etiam custodes in portis, qui perscrutarentur omnem egrediẽtem de Ierusalem, & apud quemcunq; inueniebatur argentũ uel aurũ, auferebãt illud ab eo & ferebant ad regem. Sed & mortuos perscrutabantur custodes, ne forte aurũ absconditũ esset in feretris eorum, dum efferebantur ad sepulchra: ditabaturq; sic Herodes supra omnes reges qui fuerunt ante eũ in templo secundo. In diebus illis fuit Hyrcanus filius Alexãdri regis apud [a] Pacorum regem Persarum, qui amans eum duxit eum in Babylonem ad cœtũ Iudeorum qui fuerunt in Babylone, mansitq; apud illos, & susceperunt eum Iudæi qui erant ultra fluuium ueluti regem, honorauerũtq; ueluti Christũ domini, nec quicquã defuit ei à regno nisi quod non regnauit in Ierusalem, nec uidit templum domini. Vnde cum audisset Herodem filium Antipatri regnare, cõplacuit ei, quippe quem enutrierat & dilexerat ceu filium suum. Subijt ergo animũ Hyrcani, ire in Ierusalem, quoniã desiderauit uisitare templũ domini. Herodes uero audiẽs Hyrcanum apud Babylonios esse in magno honore, timuit ualde ne oblata occasione regnũ Iehuda rediret ad ipsum. Quapropter mittens nuncios ad regem Persarum, sic scripsit: Hyrcanus qui apud te & in terra tua est, ipse me educauit, atq; ideo magnæ reputationis est apud me ueluti alter pater, q tam beneficus mihi fuit: & is hodie est in exilio, quoniam expulit eum Antigonus filius Aristobuli fratris sui, detentusq; est ante me in Persia apud Pacorum. Cum autem ego iam factus sim rex [b] memor adhuc sum beneficentiæ & bonitatis eius quam mihi in Iehuda exhibuit, atque ideo mitto ad te pro munere aurum & argentum, ut nõ prohibeas illum uenire ad me. Nam cupio eum honorare atque compensare ei beneficia quę exhibuit patri meo atq; mihi. Quod si non miseris eum, scias multa tibi immi nere prælia à Romanis & Iudęis. Quę cum percepisset rex Persarũ, misit ad Hyrcanum in Babylonem, ubi habuit locum quietis suæ, & quo cõfugerat propter Herodem, & ubi habebatur ueluti rex, in hęc uerba scribẽs: Si uolueris ire in Ierusalem, non impediam te: suadeo tamen ut non uadas sed caueas ab Herode, qui uir sanguinum est, ne forte perdat caniciem tuam. Sed & Iudæi qui morabantur in Babylone, loquebantur huiusmodi uerba ad Hyrcanum dicentes: Ne putes Herodem ex amore ad te misisse & te uocasse ad se, sed æmulatione amittendi regni facit id. [c] Reges enim nunquam benefaciũt his hominibus qui eis benefecerunt cum essent in humiliori statu, quoniam honor mutat eos & magnificentia peruertit cor illorum. Rursum dixerunt: Tu nosti quod nõ potes fungi sacerdotio in Ierusalẽ propter maculã quam tibi intulit Antigonus filius Aristobuli fratris tui, qui tibi abscidit auriculã, propterea mane apud nos, quandoquidem in nulla re penuriam habeas, & sis in oculis nostris sicut rex. Continet in loco tuo, & ne concites denuo bellum in malum urbis Ierusalem.

¶ Cum totius Iudææ principatũ Herodes sumpsisset, quãtoscumq; priuatos sui fautores inuenit, in dignitatibus eos constituit: illos autẽ qui cõtraria elegerant, nõ destitit tormentis singulis diebus afficere. Honorabantur autem apud eum Pollio pharisæus & Sameus discipulus illius. Siquidẽ obsessis Ierosolymitis, isti persuadebant Herodẽ suscipi, pro quo & cõpensatione gratiarũ fruebãtur. Nam hic erat Sameus, qui quondam in iudicio dum Herodi pepercisset Hyrcanus, prædixerat improperans ei & iudicibus, quod Herodes liberatus eos omnes persequeretur, quod & factum est, deo sermones illius adimplente. Eodem tempore cum Ierosolymã uenisset Herodes, omnem ornatũ ciuiũ auferens, in aula colligebat. Disposuerat & custodes per portas muri, ne quid deportari posset cum defunctis. Cadauera uero dum excuterentur, si quid argenti aut auri uel aliud necessarium fuisset inuentum, regi ferebatur, & nullus malorum terminus erat. Nam auaricia rectoris, male conquisita deterius expendebat. a Pacorum regem Persarum.] Iosephus uocat hunc ducem Parthorum. Princeps uero Parthorum erat Phraates, & hic dum nobilitatem prosapiæ Hyrcani audisset, rem ssum à uinculis, Babyloniæ habitare concessit. Iosippus uero dicit, Pagorum regem Persiæ eleuasse caput Hyrcani de domo carceris, posuisseq; eum principem super omnes transmigratos Israëlis, qui erant in terra Sennaar & in terra Persarum. Et audiens Herodes Hyrcanum apud Babylonios esse in magno honore, timuit uehementer, ne sibi restitueretur regnum patrũ suorum. b Memor beneficentiæ.] Simile commentum est, quo & postea usus est, quando dicebat magis: Ite in Bethlehem Iehuda, & cum inueneritis puerũ renunciate mihi, ut & ego ueniam & adorem eum. c Reges enim.] Iosephus hũc locũ sic exponit: Retributiones non similes à regibus dantur, quas priuati à benefactoribus acceperunt. Nam mutat eos fortunæ prouentus. Iosippus uero sic habet ex nostra interpretatione: Scias talem esse cõditionem cordis humani: si fuerint duo homines, unus honoratus alius contemptus, & postea euenerit ut contemptus honoretur contemnaturq; honoratus, nunquam ille qui honoratur & prius fuit despectus poterit uidere eum qui prius fuit honoratus, nec pacifice ei loqui.

CAPVT XIIII.

NOluit [a] autem Hyrcanus acquiescere eis, quin magis abijt in Ierusalem, & egressus Herodes in occursum eius cum omnibus principibus suis amplexatus & osculatus est eũ, introducensq; in domum suam honorauit eum ualde uidẽtibus omnibus, instruens ante faciem eius iugia conuiuia & uocans eum publice patrem, in occulto autem iussit auferri animam eius. Quod audiens Alexandra filia Hyrcani, mater Marimi uxoris Herodis, filiæ Alexandrę, quam Alexandra genuit Alexandro filio Aristobuli fratri Hycani patris eius, dixit ad Hyrcanũ patrem suũ: Caue tibi ab Herode, quoniam nõ facit omnia ista nisi ut te interficiat. Audi ergo uocem meam & pergens fuge ad Malachum regem Arabiæ, ne forte gladio interimat uir ille sanguinum senectutem tuam. Cum'que ipse nollet acquiescere filiæ, illa compellens adegit eum ad tãtum mentis angorem, ut uocarent Dosithæum unum ex nobilioribus Iehuda, in quem fiduciam habebant, & reuelarent ei quæ in occulto tractabantur. Erat enim Dositheus hostis Herodis, quod is fratrem illius occidisset, & ideo reuelauerunt ei arcanum, dederunt'que ei munus ut destinatis literis ad Malachum sic ageretur cũ eo, ut Malachus clàm mitteret uiros & equos ad paludem bituminis, qui inde abducerent Hyrcanum ad Malachum regem Arabię, quo sic effugeret faciem Herodis. Cum Dosithæus aũt literas accepisset

ab Hyrcano, ſperans per eas amicus fieri regis, tradidit eas Herodi ſigillo Hyrcani obſignatas, aperuitq́ꝫ ei totum conſilium quod dixerat ſibi Hyrcanus & Alexandra filia eius. Et cum rex accepiſſet literas de manu Doſithæi, laudans & benedicens eum, dedit ei munus magnũ auri & argenti, dixitq́ꝫ ei rex: Vade in uiam tuam & in locũ ad quem miſit te Hyrcanus, & accipe epiſtolam quam tibi cõmiſit ſigillo Hyrcani ſignatã: & quãdo acceperis literas quas tibi daturus eſt Malachus rex Arabũ deferes eas ad me, & uiros quoqꝫ quos cum equis miſſurus eſt ut abducant Hyrcanũ oſtendes mihi ut eos capiam. Morem ergo gerens Doſitheus regi ſecundũ omnia quæ ei cõmiſerat, abijt ad Malachũ regẽ Arabum, & reuerſus ad Herodẽ regẽ, tradidit ei literas quas Malachus ſcripſerat Hyrcano, et inuitauit ut ad ſe ueniret. Acceptis autẽ Herodes literis, miſit ſatellites ad paludẽ bituminis & cepit uiros, quos rex Arabũ cum equis miſerat, ut abducerent Hyrcanũ. Et mittens rex ad ſeptuaginta ſeniores cœpit loqui et expoſtulare cũ Hyrcano, num fœdus eſſet inter ipſum & Malachũ regem Arabum. Reſpondens autem Hyrcanus ait: non eſt fœdus inter me & eum. Dixit rex: Quare ergo miſiſti ad Malachum, & ubi ſunt literę quas ille miſit ad te? Ait: Nõ uenerũt ad me literæ ullę, neqꝫ miſi nuncium ad eum. Tunc producens rex Doſithæum & literas atqꝫ uiros Malachi quos ceperat cum equis, conſtituit eos in cõſpectu ſeptuaginta ſeniorũ, præcepitq́ꝫ uni ex ſatellitibus ſuis, ut auferret caput ab Hyrcano. Percutiens ergo eum ſatelles abſcidit caput eius: & hoc modo mortuus eſt Hyrcanus uir iuſtus & bonus atqꝫ uir grandæuus, qui interea quo pręfuit regno nemini nocuit, & tamen tranſierunt ſuper eum plurimæ calamitates à pueritia ſua, pręſertim à morte matris ſuæ quando ſuſcepit regnũ & pręfuit ei duntaxat tribus mẽſibus. Nam illico pugnauit cõtra eũ Ariſtobulus frater eius, & eripuit regnum de manu eius. Deinde à fine trium annorum reſtitutus in regnum ſuum, præfuit ei quadraginta annis. Et tunc rurſum pugnauit cõtra eum Antigonus filius fratris eius Ariſtobuli, & captũ mutilauit auricula, ut ineptus redderetur ſacerdotio, ablegauitq́ꝫ eum in Chaldæã. Poſtea exactis tribus annis rex Herodes, quem ipſe alimonia ſua nutrierat, interfecit eum, reddens ei malũ pro bono. Vnde plurimũ turbatæ ſunt mulieres iſtæ, [b] Marimi uxor Herodis & Alexandra mater Marimi, conceperuntq́ꝫ magnum odium contra eum, quod patrem ipſarum hominem ſenem interfeciſſet.

¶ a *Noluit Hyrcanus acquieſcere.] Refert Ioſippus, huius rei cauſam fuiſſe à domino, qui iniuriam ſapientibus illatam ulciſci uoluit, quos pater Hyrcani & auus eius occiderunt: ob id inquam noluit dominus, ut nomen reſiduum maneret Haſmonæis.* b *Marimi.] Genealogiam omnium harum perſonarum habes ſupra capite 17. libri quarti pulchre deſcriptam.*

CAPVT XV.

POrrò Herodes tradidit pontificatum a Hananeli, uni ex ignobilibus ſacerdotibus, qui non fuit de genere Haſmonæorum. Alexãdra autẽ miſit ad Cleopatram reginã Aegypti ſodalem ſuã, uxorẽ Antonij ducis Romanorũ, ut loqueretur cũ Antonio, quatenus ille nũcios deſtinaret ad Herodẽ, per quos mandaret auferri ſacerdotium ab Hananele & tradi Ariſtobulo filio ſuo, qui adhuc puer erat, ętatem habens quindecim annorũ, formoſus & eleganti aſpectu, acuto & ueloci ingenio, agilis ad ſaltãdum inſtar capreãrũ, cui in diebus

eius

eius nullus similis inueniebatur in pulchritudine & forma, frater existens Marimi reginæ uxoris Herodis regis, cuius mater Alexandra genuit Alexādro hunc Aristobulum. Exequēs proinde regina Cleopatra petitionem Alexandræ sodalis suæ, rogauit maritum suum Antonium, ut mitteret nuncios qui cum Herode agerent, quatenus sacerdotiū ab Hananele trāsferretur ad Aristobulum iuuenem, illeq́ fieret pontifex. [b] Quam exaudiens Antonius, misit Gelliū unum ex ducibus suis in Ierusalem ad Herodem, rogans ut faceret uoluntatem Cleopatræ uxoris eius & Alexandræ. Veniens ergo Gellius Ierosolymam locutus est cum Herode secundum uerba ista. At Herodes recusauit tradere sacerdotium Aristobulo, prętexens non esse cōsuetudinem, ut pontifex aliquis uiuus deponatur & alius in locum eius surrogetur. Factū autem est, ut Gellius interim quo Ierosolymis agebat, cōtemplaretur Aristobulum adolescentē & sororē eius Marimi, uideretq́ insignem utriusq́ pulchritudinis formā & decorē, & admiratus uenustatē eorū, quippe quibus in nulla terra neq́ in ulla gēte similes uiderat, ait ad Alexandrā: quo patre istos genuisti? Non est cōgressus tecum homo sed angelus dei, & ob id genuisti angelicos filios. Nunc itaq́ audi uocem meā, & excipe per pictoris artificiū effigiem & imaginē utriusq́, & mitte per manū meā ad Antoniū: erit enim cum ille uiderit imagines adolescētis & puellæ, ut faciat quicquid desiderauerint. Cui obsequens Alexandra, misit imagines filiorū suorū ad Antoniū. Quas cum Antonius uidisset, [c] accensus abominabili concupiscentia, misit epistolam ad Herodem in hæc uerba: Marcus Antonius dux Romanorum Herodi regi Iudæorum salutem. Recordare beneficentię quam exhibui tibi, qui te promoui ad regnandum super uniuersam Iudæam, & uicissim mittere digneris ad me Aristobulum. Quod si illud non festinanter feceris, scias tibi imminere bella Romanorum. Cumq́ Herodes literas istas legisset, deprehendit illum abominabili inflammatū cōcupiscentia erga iuuenem, & idcirco mox cōtulit pontificatum puero, scripsitq́ ad Antonium in hunc modum: Non licet puero ut egrediatur prouinciam, quoniam agit pontificem loco Hananelis, sed nec egredi posset prouinciam citra bellorum cōmotionem & multam Iudaici sanguinis effusionem. Prius enim Iudæi morerētur, quàm ut puerum traderent. Quod cum audisset Antonius, destitit laborare pro puero. Rex uero Herodes amoto Hananele de sacerdotio, tradidit illud uxoris suę fratri, qui puer fuit sedecim annorū. Ab initio uero maturi uiri præficiebātur pontificatui, & præerant eidem usq́ ad mortē suam. Sed Antiochus Epiphanes polluit pontificatū. Ipse enim deposuit sacerdotem magnū, & collocauit in locū eius [d] Vriam. Deinde Aristobulus secundus fuit, qui amouit fratrem suum Hyrcanū, & Herodes iste tertius, qui abiecto Hananele tradidit pontificatum fratri uxoris suæ, faciens id propter dissensiones quæ natæ fuerant in domo eius ut illas cōpesceret: nihil tamen effecit, siquidē contentiones in domo eius non fuerūt sedatę. [e] Socrus enim & uxor eius adhuc erant odio concitatæ contra eum, quod seniorem Hyrcanum patrem earum interfecisset.

¶ a Hananeli.] *Cum Herodes mala conscientia poßideret regnum, omnia erant ei suspecta quæ in regia & legitima succeßione uidebātur præ se ferre quandā eminentiā. Et hinc est quod diligēter obseruabat, ne nobilßimus quidam princeps sacerdotū dei haberetur, sed potius inuitauit aliquē ex ignobilißimis sacerdotē de Babylone, & huic principatū sacerdotij designauit. Quod nō*

pertulit

pertulit Alexandra filia Hyrcani uxor Alexandri, ex quo habuit filium Aristobulũ & filiã Mariamnen. Sic enim uocat Iosephus Marimi. b *Quã exaudiens.*] *Iosephus sic habet: Negligente Antonio petitionẽ uxoris, amicus eius Gellius ad Iudæam cum propter aliquas causas peruenisset, & uidisset Aristobuli pulchritudinẽ, mirabatur. flexitq; matrem, pingere utriusq; prolis imaginem & Antonio destinare, &c.* c *Accensus.*] *Puellam tamen accersere erubuit Herodi nuptam, quin & Cleopatram metuit contristari, sed puerum scripsit transmitti cum honore.*

d *Viam.*] *Iosephus sic habet: Nõ licebat aliquẽ honore semel accepto fraudari, quod prius Antiochus Epiphanes destruxit, dum auferret ab Iesu sacerdotiũ, & ordinaret fratrẽ eius Oniam.*

e *Socrus enim.*] *Licet filius adeptus esset sacerdotiũ, adhuc tamẽ Alexandra nõ fuit quietata, renuens consolari super innocenti patris sui interfectione. Quod aduertens insanus Herodes, conuentum facit amicorum & accusat Alexandram, dicendo, latenter insidias egisse pro principatu dum per Cleopatrã ageret, quatenus ipse quidem regno priuaretur, puer autem pro ipso rerũ administrationem ab Antonio susciperet.*

CAPVT XVI.

PRæcepit ergo Herodes, [a] ut occulte obseruarent Alexandrã. Timuit enim ne contra se excitaret in populo seditionem. Porrò Alexandra denunciauit Cleopatræ, quomodo instituerit ad se fugere in Aegyptũ à facie Herodis. Quapropter & duas thecas parari fecit instar loculorũ, in quibus efferri disposuerat inter funera mortuorũ, quæ ab urbe sepeliẽda in Hebrone aut alijs locis euehebantur. Siquidem ipsa latitabat in arca una, ut sic de Ierusalem ueniret in Ioppen ad mare & ad locũ in quem Cleopatra miserat nauem, quã Alexãdra & filius eius fugituri ingrederentur. Quod sciens [b] Sabion unus ex consiliarijs Alexandræ, abijt & retulit regi. Et rex dixit ad Sabionẽ: Capite arcas in quibus latent Alexãdra & filius eius, sicut percepistis ab ea. Cumq; sic inclusas apprehenderitis, ducite arcas ipsas ad me, ut cõprehendam eos intra ipsas arcas. Faciens ergo sic Sabion, duxit captas arcas ad regẽ: & rex aperiens arcas inuenit Alexandrã & filiũ eius intra ipsas, dixitq; ad Alexandrã: quousq; nõ erubescis talia facere? Largitus est tamen rex huic iniquitati [c] ueniam. Factũ est proinde post reuolutũ annũ, ut ascenderet Aristobulus sacerdos magnus in solennitate tabernaculorũ ad altare, oblaturus incẽsum, indutus uestibus pontificalibus & exequuturus ministeriũ summi sacerdotis. Vidẽsq; populus adolescentẽ stantem in gradu suo, accinctũ indumentis suis, & forma pulchritudineq; renitentem instar angeli dei, solutus est præ gaudio in fletũ, benedixeruntq; dominũ & sacerdotẽ. De qua re plurimũ stupefactus rex dixit in corde suo: nisi sustulero adolescẽtem illum à facie mea, breui fiet ut regnũ redeat ad eum. Nam cor totius populi id cogitat, ut cõstituat eum regem. Factum est ergo post solẽnitatem, ut egressus ab urbe Ierusalẽ cum tota familia sua, ueniret in Ieriho ciuitatem magnam, ubi herba balsami crescit, unde nobilissimum exit oleũ, & à cuius fragrantia ciuitas ipsa [d] Ieriho appellata est. Cumque illuc uenisset rex, fecit grande conuiuium cunctis principibus qui secum uenerant, & accumbens dixit ad Aristobulum pontificem: [e] sede. Sedente autem adolescẽte iuxta regem, consederunt omnes principes & ministri eius, unusquisq; iuxta gradũ suum, lætatusq; est rex ualde & cuncti ministri eius. Expleto autem prandio & transacto meridie, egressus est rex atque Aristobulus põtifex unà cũ principibus ad hortos, & fontes regios, ut uiderent

rent quomodo ministri regis natarent in aquis. Erãt enim ibi piscinæ magnæ & profundissimæ, quæ implebãtur fontium aquis. Stans ergo rex iuxta piscinam unam, uidit quomodo serui sui natabãt in aquis atq; ludebant, & quomodo unus conabatur alium mergere. Et inuitabant adolescentes Aristobulum ex consilio regis, ut ueniens nataret cũ eis. At ille renuit nisi rex iuberet. Rogans ergo Aristobulus regem ait: descendam quæso & ego ut natem in aquis cum adolescẽtibus istis. Respondit ei rex: quamobrem uis iam descendere? Cumq; obnixius regẽ rogaret, ait rex: Fac quod tibi libet. Descendens ergo iuuenis natauit cum reliquis adolescentibus in aquis. Et cum rex abijsset & ingressus esset domum, luserunt serui eius in aquis cum Aristobulo donec inclinaretur dies, & [f] merserunt eum tamdiu in aquis, donec ex consilio Herodis occiderunt eum. Audiens uero populus mortuum Aristobulum, leuauerunt uocem suam & fleuerunt. Sed & principes regis & ministri eius fleuerunt. Eiulantes præterea mulieres Alexandra & Marimi, dixit Marimi regina ad regem audiente cuncto populo: ut quid ego sola relinquor ex omni cognatione mea, quam totam sustulisti gladio tuo, nõ parcens senectuti matris meæ, neq; fratri meo puero? En quàm desolata relinquor ex omni familia mea. Eiulans ergo coram omni populo, cõmouit etiam regem ipsum ad fletum. Nam accendebãtur uiscera eius super pulchritudine adolescentis, ut etiam [g] magno apparatu sepulchrum eius adornaret, & munificenter exequias eius honoraret. Alexandra uero mater adolescentis, seipsam interficere quærebat, & nihil eam in uita retinebat, quàm ut occasionem adinueniret, qua ulcisceretur se de Herode. Ab illa etiã die & deinceps Marimi nõ loquebatur cum Cypri matre regis & cum Salomith sorore eius, sed detestabatur eas atq; maledicebat eis iugiter, obijciẽs eis opprobria cognationis earum, & asserẽs prophanas esse Cyprin matrẽ regis & Salomith sororẽ eius. Quapropter Salomith accusabat eam apud regẽ, sed rex nõ animaduertit uerba eius, neq; corripuit Marimi uxorẽ suam propter nimiũ amorẽ quo diligebat eam. Vnde et Marimi audacior facta ex amore eius, licentius maledicebat & blasphemabat cognationem regis.

¶ *a Vt occulte obseruarent.] Licet rex recõciliatus fuerit Alexandræ post Hyrcani interfectionem, non tamen securus degebat, dum Alexandrã ex præteritis conatibus, ne tempus nouarum rerum caperet, ualde timeret. Quapropter præcepit eam ita in aula conuersari, ut nihil sub potestate sua haberet: diligenter etiã custodiebatur occulte, ne quid præter quotidianam conuersationem niteretur, quæ paulatim magis illam exacerbabant & in odio suscitabant. b Sabion.] Hic amicus Alexandræ fuit & inimicus Herodis. Nam inter insidiatores Antipatri de ueneno conscius putabatur, & ob id odium lenire pro indicationis fauore putauit, nuncians regi insidias Alexandræ. c Veniam.] Inuitus cõceßit culpam, dum putaret Cleopatram nullatenus cessare, si contra se causam inuenisset. Proposuit tamen omnibus modis adolescentem perimere, non cito, propter uerisimilem dißimulationem. d Ierìho.] Habet hebraica uox* יריחו *denominationem à* ריח *quod odorem significat, iuxta illud Genesis octauo,* וירח יהוה את ריח הניחוח *Et odoratus est dominus odorẽ refrigerantem. e Sede.] Iosephus addit, quod Herodes adulabatur adolescenti & illiciebat ad affluentiam potionis, paratus conludere uel iuueniliter ad gratiã illius iocari. f Merserunt eum.] Cum scilicet iam ageret decimũ & octauum ætatis annum & principatum sacerdotij anno non amplius tenuisset, quem post eum rursus Hananel suscepit. Iosippus dicit eos balneasse in Iordane, qui fluit iuxta Ieriho &*

paulo

paulò post labitur in mare mortuum. g *Magno apparatu.*] *Hæc omnia pro satisfactione faciebat. Nam munificenter exequias eius honorans, multũ apparatum circa locellos, & multitudinem aromatũ fecit, nimiumq; ornatũ simul sepelijt, ut dolorem mulierum penè deleret, & solaretur per istã partẽ. Alexandrã tamẽ nihil tale deuicit, sed semper mali memoriã mœstitia incitabat.*

CAPVT XVII.

IN tẽpore illo suscitata sunt bella apud Syros & Persas, quoniã rebelles extiterũt imperio Romanorum, eo quod Marcus Antonius dux Romanorum, qui tunc habitabat in Aegypto, affligeret eos, traderetq; eos ueluti donũ quoddam Cleopatrę uxori suæ. Quicquid enim Cleopatra dicebat Antonio, hoc ille faciebat. Sic ipsa incitabat eum contra reges ut raperet terram eorum, & daret ei aurum atq; argentum ipsorum, omnem deniq; substantiam eorũ quam habebãt reges in peculijs suis, sibi daret, quod & Antonius fecit, occidẽs reges magnos & tradens ei. Incitauit quoq; eum ut occideret regem Iehuda & regem Arabię, & traderet eos & spolia eorũ sibi. At Antonius rem ipsam profundius considerans, reuersus est ad mentem suã, sicut qui amens fuit rursum redit ad se ab infirmitate sua, dixitq;: non est bonũ ut tam magni reges interficiantur, quia nõ præualebimus eis citra ruinam Romanorũ & effusionẽ sanguinis. Ecce enim Herodes rex Iehuda amicus meus est, & hic factus est rex per consilium Augusti & senatus Romanorum, atq; ideo non cõuenit ut sic agam. Non tamen pepercit Antonius regi Syriæ, sed acceptis spolijs & terra eius, tradidit ea Cleopatrę, rursumq; egressus occidit reges multos. Et cum proficisceretur contra Persas comitata est & cõduxit eum Cleopatra usque ad Persiã, ac inde reuersa regina ut rediret in Aegyptum, peruenit in terram Iehuda. Quam honorifice suscipiens Herodes in Iericho ciuitate fragrãtiæ, ubi inuenitur nobilissimũ oleũ, fecit ei atq; ministris eius cõuiuium magnũ. Et regina quidẽ Cleopatra sollicitauit regem ut cubaret secũ, sed noluit rex Herodes id facere, quin magis consiliũ habuit cum consiliarijs suis, ut introductam in cõclaue interficeret, interim quo erat in dominio suo, liberaretq; populos à malicia eius. Cõsiliarij tamen eius dissuaserunt dicẽtes: absit à te ut id facias. Nam si iam occideres eam, orirentur inter te & Antoniũ prælia magna. Quod cum rex audisset, destitit à proposito suo, traditisq; ei argento & auro atq; lapidibus præciosis iuxta magnificentiã regis, deduxit eam usq; in Aegyptum: ipse autẽ rex reuersus est in Ierusalem. Porrò Antonius pugnãs cõtra Armeniã obtinuit eam, & digressus inde oppugnauit & uicit Persas, duxitq; secum Artabazen regẽ Armeniæ & reliquos Persici regni reges uinctos catenis, & omnia spolia, donauitq; eos Cleopatræ ueluti ancillas. Quapropter omnes gentes oderũt Antoniũ, quoniam cum dominus tradidisset in manum eius reges magnos & insignes, ipse ignominiose tractauit eos, donans eos ueluti ancillas Cleopatrę mulieri.

¶ *Exponit hoc caput maliciã Cleopatræ. Hæc non desistebat Antonium flectere, quatenus omnibus oppreßis, potentiam singulorũ ablatam sibi donaret, multumq; ualebat, desiderio sui illo inflammato: quæ cum natura auara existeret, nihil iniustum reliquit. Siquidẽ fratrẽ suũ, quem iam habiturũ regnum sciret, uenenis aggressa consumpserat: sororem autem Arsinoẽn Ephesi ad templum Dianæ confugientem per Antonium extinxit. Iam pecuniarum gratia & templa & corpora uiolabat, neq; sacrarium tam castum fuit aut asyli priuilegio tutũ, cuius ornatum ipsa non abstulit. Et cum omnia*

expoliaret, fœmineis cupiditatibus nullatenus satisfaciebat: siquidẽ cuncta deesse suis desiderijs semper putabat. Quapropter & Antoniũ cõpellebat aliquid ab alijs auferẽtem sibi donare. Petijt etiã Iudææ & Arabiæ reges occidi. Antonius autem cum ex omnibus amore fœminæ uictus esset, ut non tantũ uerbis sed etiã uenenis uideretur obedire, manifestam quidẽ iniquitatem uidẽs, petebat eam, ne se tantum ut peccaret compelleret, &c. Cumq; deduxisset Antoniũ usq; ad Euphratem & illa redisset ad Herodem, tentabat cum eo concumbere: at ille recusauit, sciens quod per luxuriam uellet insidias ei parare. Vnde & consilium cum amicis sumpsit, ut eam sub potestate sua positam occideret, ut & se & multos malis eius liberaret, quibus iam grauis facta uel fieri posse putabatur. Probibebant tamen eum amici, quod multa mala hinc surgere timebant.

CAPVT XVIII.

POst hæc incitauit Cleopatra Antonium ut arma sumeret contra Octauianum Augustum, qui imperium extẽderat à Roma usq; ad Indiam & Britãniam, quæ est ab occidente in Oceano, instruxitq; Antonius aciem cõtra eũ, anno olympiadũ [a] octogesimoseptimo, uenientem cõtra se cum exercitu ualidissimo. Audierat enim quãta & qualia egerat Cleopatra uxor illius. Herodes quoque congregauit exercitum magnum ex omni Iudæa, & ex cunctis gẽtibus à se subactis cõflauit magnum robur, parauit quoq; plurimas naues & abijt in Aegyptum, ut auxilium ferret Antonio, et proficisceretur cum eo in Italiã, & pugnaret contra Octauianũ Augustũ. Factum est autẽ cum Herodes uenisset in Aegyptũ, ut diceret illi Antonius: Tu nõ ibis nobiscũ, ne forte interim quo ego proficiscor in Italiã & pugnauero cõtra Augustũ, [b] omnia regna ista præuaricẽtur. Tu magis hoc pacto nobis subsidio eris, si pficiscaris & percutias Arabiã. Nam trãsgressus est rex Arabũ initũ pactũ. Cumq; Herodes audisset uerba ista, cõgregauit equites & pedites, & ueniens in terram Arabiæ deuastauit eam gladio & igne. Sed & Cleopatra misit [c] Antemũ ducem exercitus sui in auxiliũ Herodis, dixitq; ei in occulto: Sit cõsilium tuum cum rege Arabiæ. Et cum fueris in ipso cõgressu belli, stabis à tergo castrorũ Iudaicorũ, percutiesq; in ipso cõflictu & ab ea parte exercitũ eorum, ut sic Iudæi undiq; cæsi cadant cum Herode rege suo, & ego uendicabo mihi terram Iehuda & regnabo super eam. Existente itaq; Herode in terra Arabiæ & ueniẽte ad eum Antemo, misit Antemus ad regem Arabiæ & indicauit ei memorata uerba. Egressusq; est rex Arabiæ in occursum hostium cum ualidissimo exercitu, rex uero Herodes mansit intra castra, & misit ducem militię Iudęorum extra castra contra regem Arabiæ: conferentesq; manus acriter pugnauerunt. Pręualentes uero primum Iudæi, percusserunt Arabes cæde magna, ita ut multus populus fugeret à facie eorum, Antemus autem percussit tabernacula Iudæorũ à tergo eorum, sicut iusserat Cleopatra regina. Cumq; respicerent Iudęi, ecce incubuit eis bellum à fronte & à tergo, & conuersi ut pugnarent contra Antemum & Aegyptios, uenerunt in medium Arabũ & Aegyptiorum, habentes hos ab una parte & istos ab alia, ipsi autem cõstituti in medio, sustinebãt totum belli pondus, cecideruntq; plurimi ex eis. Quod uidens Herodes egressus est uelociter extra castra cũ equis & curribus suis, & percussit exercitũ Antemi. Fugiente aũt à conspectu eius Antemo, [d] percussit exercitũ Arabum cæde maxima, prosternens in terram de populo illo plurimos, & reliquos persequẽs usq; ad munitiones eorũ, & postea reuersus est in

est in Ierusalē. In diebus illis factus est per totā terrā Iehuda ingens & horribilis terremotus, qualis nō fuit à diebus Vziæ regis Iehuda, mortuiq́ sunt plurimi in terra Iehuda: nā multa pecora perierūt ab illo terremotu, multi quoq; uiri, mulieres & paruuli in uicis Ierusalem. Quasi decē millia interierunt præter eos qui mortui fuerūt in ciuitatibus Iehuda. De qua re territus est rex Herodes & omnis gens Iudæorum, stupefactumq́ est cor regis atq; cor populi sui uehementer, & commotum instar arborum syluestrium, quæ commouentur à uento. Dixeruntq́: omni tempore inueniendus est modus ut pacem habeamus cum omnibus uicinis nostris, ne quisquā nos impediat quo minus conuertamur ad dominū. Miserunt ergo nuncios ad gentes quæ erant in circuitu eorum, & fecerunt pacem per circuitum. Herodes quoq; misit nuncios ad regem Arabiæ, cupiens facere cum eo pacem: at rex Arabiæ apprehendens nuncios Herodis, iugulauit eos extra Petram urbem deserti, metropolim regni, & congregans omnem militiam suam, militiam scilicet Arabiæ & militiam Barbariæ, populum plurimum instar harenæ, quæ multa est in littore maris, conatus est intrare terram Iehuda & deuastare eam. Audierat enim terremotum perdidisse omnem superbiam Iudæorum. Audiens uero rex Herodes, regem Arabiæ iugulasse nuncios suos, indoluit plurimum, & conuocans duces & milites suos atq; uniuersum populum, locutus est uerba huiuscemodi in auribus eorū: audite fratres mei, socij mei & sancti domini quæ ego loquor ad uos hodie. Scio quod calamitas magna uenit super nos hoc anno, & ob id timui loqui ad uos, ne forte uerba mea uobis essent molesta & grauia, qui huc usq; amaro fuistis animo. Sed audite & inclinate cor uestrum ad eloquia mea. Ecce pugnauimus hactenus contra filios uinctorum, & ut ostenderemus uirtutem nostrā & robur nostrum, rapuimus spolia & diripuimus prædam. Modo uicimus & modo succubuimus more omnium populorum. Vicimus quidē & accepimus terram eorum & substātiam eorum. Iam uero nobis ad prælium sic est egrediendū, ut non spolia aut substantias rapiamus, sed ulciscamur sanguinem innocentem quem effuderunt in terra sua & occiderūt nuncios nostros, quos misimus ad eos ut faceremus cum eis pacē. Et nūc miror ego, si multitudinē eorum timeatis. Certe scitis quod in omnibus prælijs uicimus eos. Quod si dixeritis à terremotu infirmatū cor uestrū, uanus est hic timor uester, et sine causa induxistis illum metum in cor uestrū. Nō enim nocuit nobis iste terræmotus sed magis profuit, quandoquidē eduxerit Arabes in prælium. Si terræmotus nō contigisset, illi non processissent contra nos in pugnam, sed audientes damnum nobis euenisse ex terremotu, securius exierūt. Scire propterea debetis, per uoluntatē dei hoc exortū bellū, id quod ex his qui in terræmotu perierunt aduertere potestis, cū nullus homo bello aptus apud nos mortuus sit, sed tantum senes, mulieres & paruuli. Hostes quidē ex calamitate quæ accidit nobis audaces facti sunt, fiduciā habētes in re uana, sed uæ illi qui spem habet in re nihili & in casu hostis sui. Fieri etenim solet, ut in momento mutetur inter homines euentus aliquis. Nam ex angustia sæpe transit homo in refrigeriū & latitudinem cordis, & rursum ex refrigerio in angustiam. Talia siquidem solent hominibus per uices euenire. Aduertite obsecro quid fecerint nobis Arabes in pugna prima, & quomodo in posteriori non steterint ante faciem nostram, sed fugam arripuerūt.

Nam cum nos percuteret Antemus & illi iam coruissent, hi qui fugerant reuersi contra nos sumpserunt animum ut impugnarent nos. Et nunc quidem metus incussus est uobis ex domibus quæ in terræmotu conciderunt & oppresserunt animas multas. Quod si deus uellet amplius affligere nos, id quidem facile posset. Quis enim illi resistere potest? Ex benignitate sua & propter iniquitates nostras afflixit nos, & ideo iam innocẽtes sumus à scelere & peccato. Et quoniam percussi sumus in terræmotu, non affliget nos deus amplius propter omnia ista. Nam semper post furorem sequũtur miserationes. Roborate ergo & confortate cor uestrum gens sancta, sicut fecerunt patres uestri primi. Quod si interierũt nobis possessiones, certe hostibus nostris defecit consilium & intercidit fides. Mittentes enim manus suas in nuncios nostros, non tantum preuaricati sunt legem nostram, sed & legem gentium, legem Romanorum & legem Grecorum, imò & legem suam uiolauerũt, ob id quod extenderunt manus suas in sanctos. Siquidem nuncij sancti sunt sicut & Græci eos sanctos appellant. Et nos quoq; uocamus eos angelos ad instar angelorum dei, eo quod faciũt pacem inter diffidentes gentes, & præcauent sanguinis effusionem. Nunc itaq; cõfortamini & uiriliter agite, ut uindictam sumamus de eis, haud secus quàm si extẽdissent manũ suam in angelos dei. Monuit itaq; eos ut festinarent ad prælium & perficerent uoluntatem domini, antequam ille exigeret uindictam. Festinemus inquit, quando sanguis istorum nobis auxilio est, quoniam angeli domini nobiscum sunt & pugnant pro nobis propter effusum sanguinem, adiuuantq; nos cõtra hostem.

¶ a Octogesimo septimo.] *Iosephus habet, centesima octogesimaseptima olympiade, quando Cæsar cũ Antonio de republica decertabat.* b Omnia regna ista.] *Orientalia scilicet, quibus Antonius præfuit & sub obedientia Romanorũ continuit.* c Antemum.] *Iosephus legit Artemũ. Fuit hic dux Cleopatræ, & inimicus Herodis, qui futura non imprudenter prospexit: ut si quid clarũ agerent Arabes, ipse quiesceret: uictis autẽ eis, quod & cõtigit, ex proprijs præparatis militibus inuaderet Iudæos, quos tunc lassos & iam uicisse putantes, subito superueniens prosternebat.* d Percußit exercitũ.] *Iosephus diuersum sentit cum in hunc modum scribit: Rex Herodes desperationi pugnæ uectus equo ducere tentauit auxiliũ sed non ualuit, licet festinasset subuenire. Sed castra Iudæorum cum Arabes cepissent non mediocrem felicitatem tenuerunt, plurimũ aduersariorum prosternentes exercitum. Exinde latrocinijs utebatur Herodes, multamq; Arabum terram discurrens uexabat, recusans manus cum eis ex æquo conserere.* e Terræmotus.] *Gesto bello Acciaco inter Cæsarem & Antonium anno septimo regni Herodis, terra Iudæorum commota est, qualiter nunquam animalium pestilentia per prouinciã gesta, perempti sunt à ruinis etiam hominum decem millia. Milites uero cum sub diuo degerent, nihil ab oppreßione sunt læsi.* f Apprehendẽs nũcios.] *Cum Arabes de terræmotu quærerent, & plus quàm in ueritate erat audirent, quæ facta fuissent, tanquam prouincia hostium euersa hominibus peremptis: nihil ulterius sibi aduersum credebant posse insurgere. Quò cum legati Iudæorum peruenissent, pacem propter hæc quæ euenerant facturi, Arabes peremerunt eos, & cum alacritate contra milites eorum præparabantur.* g Locutus est uerba.] *Cum Iudæi uarijs calamitatibus oppreßi nequaquam bellare decernerent, dum non pares sese prælijs Arabum putarent, neque auxilium haberent, rex Herodes ita dispositos flectere sermone tentauit ut recuperaret in eis antiquum alacritatis animum, & exhortatus aliquos optimatum, ausus est etiam & ad populum sermocinari, nam prius pigebat eum ne male propter calamitates susciperetur ab eis. Orationem istam Herodis inuenies descriptam apud Iosephum lib. 15. cap. 6.*

CAPVT

CAPVT XIX.

CVm autem Iudæi hæc audiuiſſent uerba, commoti ſunt ad bel-
lum. Et uidēs Herodes rex ſibi conſentire populū, eumq; quaſi
uirum unum accinctum ad prælium contra Arabes, oblatis do-
mino holocauſtis & pacificis, traiecit Iordanem, habens ſecum
currus & equites plurimos, atque robur & exercitum ualidiſſi-
mum ex Iehuda & Beniamin collectum, qui omnes fortiſſimi erant milites
non ad tergum reſpicientes. Ingreſſo autem eo in terram Arabiæ, egreſſus
eſt rex Arabiæ in occurſum eius, habēs ſecum exercitum magnum instar are
næ quę eſt in littore maris: & congreſſu facto ceciderunt ex Arabibus in pri-
ma pugna quinq; millia uirorum. Inſtaurantesq; uires ſuas Arabes & rurſum
in conflictum deſcendentes, amiſerunt quatuor millia uirorum. Et cum fuge
rent Arabes, perſecuti ſunt eos Iudęi donec illi uenirēt in caſtra ſua. Nec ſunt
toto biduo de caſtris egreſſi, neque poterant Iudæi ingredi ad eos, quia clau
ſa erāt caſtra per circuitū. Pugnantibusq; Arabibus ex caſtris, rex Herodes
admouens caſtra Iudæorū, collocauit ea ante caſtra Arabum, & nō permiſit
quenq; egredi de caſtris ad afferendū aquas. Cūq; illi munus obtuliſſent re-
gi, noluit rex illud acceptare: quia induxerat rex in animū ſuū, ultionē ſume-
re de eis. Et idcirco dixerunt Arabes ad inuicē: uenite & egrediamur ad pu-
gnã. Melius enim eſt nobis ut moriamur in bello, quàm ut hic ſiti pereamus.
Ordinata ergo acie factum eſt pręlium maximum. Nam irruentes Iudæi in
Arabes, occiderunt ex eis ſeptem millia, reliqui uero Arabes uertentes ter-
gum fugerunt, perſecutusq; eſt eos rex Herodes cum populo ſuo, donec illi
ingrederentur ciuitates ſuas munitas, percutiens eos cæde magna & ualida,
ut occiſi prę multitudine numerari nō potuerint. [a] Obtinuit inſuper rex He
rodes ciuitates illorū munitas, præſertim Petrā deſerti & omnes reliquas ci-
uitates eorū, factiq; ſunt ſerui Herodis cūctis diebus uitæ eius. Herodes uero
& uniuerſus exercitus Iudęorum in pace reuerſi ſunt in Ieruſalem, nec ullus
defuit ex eis uir, quapropter dantes confeſſionē & laudem domino deo ſuo,
obtulerunt munera in templum domini de ſpolijs Arabum, quę plurima ſe-
cum tulerunt de Arabia & Barbaria, & diuitias maximas.

¶ a Obtinuit.] *Quæ in fine huius capitis ſcribuntur de expugnatis Arabum urbibus apud Ioſephum latinum non habentur. Deſcribit autem hanc hiſtoriam capite ſexto libri 15. Iudaicarum antiquitatum.*

CAPVT XX.

IN diebus illis pugnauit Antonius contra Octauianum Augu-
ſtum, ſed Auguſtus præualens contra Antonium uicit eum, &
adepto omni dominio uenit nauigio in Rhodum, ut inde tran-
ſiret in Aegyptum. Cumq; nūciatum eſſet Herodi Antonium
occubuiſſe [a] anxiatus eſt ualde, reſumptoq; animo conſtituit
adire Auguſtū in Rhodiorū urbe, quæ eſt urbs Gręcorū, ut muneribus prę-
ueniret faciē eius. Diſponēs ergo uniuerſam domum ſuam, cōmendauit Cy
prim matrem ſuam & Salomith ſororem ſuam Pherorę fratri ſuo, præcipiēs
ei ut illas duceret in [b] Mazodam Aedomęorū locum, Marimi uero uxorem

ſuam atq; Alexandram matrem eius commẽdauit Ioſepho marito Salomith ſororis ſuæ & Soẽmo cuidam Tyrio, præcipiens eis ut ducerent illas in oppidum nomine Alexandrium, adiuransq; eos, ut ſi audirent quippiam de interitu ſuo, inteficerent Marimi uxorem ſuam & matrem eius Alexandram. Abiensq; naui peruenit ad Auguſtum, meditantem occiſionẽ Herodis propter amicitiam quam habuit ad Antonium. Perueniẽs itaq; ad Auguſtũ [c] nihil amouit à ſe niſi regnum, hoc eſt, ſolam coronam depoſuit, dixitq; ad Auguſtum: ſi propter amicitiam quam habui cum Antonio iraſceris contra me, certe non abſcondo à te, me dilexiſſe Antoniũ, etiãſi ille adhuc uiueret eſſem amicus eius, eo quod ille mihi ſubſidio fuit in regno meo, & omnia quæ loquebatur os meum cum Antonio, hæc pro uirili mea exhibui in prælio, paratus etiam ad proficiſcendum cum eo in Italiam & ad gerẽdum pugnam contra te. Non tamen tranſiui cum eo in Italiam nec interfui prælio ueſtro, quia non potui id facere propter bella Arabica & propter peſſimũ conſiliũ quod ei dederat Cleopatra uxor eius: ob id inquam non ſecutus ſum eum, nec leuaui gladium meum contra te neque pugnaui contra te, non quidem formidine belli aut pauore cordis, nec ueluti qui deſerit amicum ſuum in die tribulationis ſic deſerui Antoniũ, aliàs enim erubeſcerem ſi illum comitatus non fuiſſem, ſed deſtinaui ad eum exercitum militum & naues ferentes omnis generis arma bellica, frumẽtum & cõmeatum multum, & ut ſemel dicam ſummam amicitiam libenter illi oſtendiſſem quando erat in [d] ualle Acciaca, in regione Italiæ & in loco pugnæ, ſed non fui ibi. Et ecce nõ celo à te uerbum, ne forte reputer à te ueluti qui amico ſuo opem denegat in die tribulationis, quantumlibet iudicia tua & prælium tuum mihi immineat. Sed non timeo intantum bella tua, ſicut formido iudicia tua. Nam in iudicio non ſuccurrit homini uirtus ſua, ſed in iniquitate ſua deprehenditur. Nihilominus ego uolo tibi oſtendere qualis fuerim amicus. Ecce cum tu iam præualueris contra Antonium & ille fugiens humiliatus ſit, noueris ſi inueniſſem eum non deſeruiſſem eum ſed fuiſſem illi auxilio, nõ obſtante quod ille mentis inops perierit. Et tu quidẽ cum exercitu tuo præualuiſti & uiciſti auxilio Romanorũ militum, ſed multo magis ille uictus eſt defectu mentis ſuæ. Nam dementauit eum Cleopatra fornicatione ſua atque incantationibus ſuis. Neque uoluit audire conſilium meum ut illam interficeret cum eſſet inimica eius & incitaret eum ad inferendum tibi bellum. Si audiſſet me & interfeciſſet eam, bene ei fuiſſet. Nam tunc & ego ſecutus fuiſſem eum in bellum contra te. Et licet ille obedierit conſilio eius & deſeruerit me, ego tamen non dereliqui eũ, eo quod ipſe impoſuerit capiti meo coronã, quam ueniens ad te rurſum abſtuli à capite meo. Noueris tamen me illam depoſuiſſe pro tuo honore, quia ſto ante tribunal tuum. Et certe ſi ille adhuc eſſet in uita, ego inimicarer inimicis eius, eſſemq; amicus amicorum eius. Habemus autem plurimos amicos, & habent amici noſtri magnam fiduciam, innituntur q; nobis in die tribulationis. Cumq; in hunc modum ille loqueretur, ait Cæſar ad Herodem, dignus es omnibus modis ut regnes, poſtquam tam fidelis es erga amicos tuos & obſeruas amicitiam inuiolatam, nec erubeſcis manifeſtare amicitiam tuam quam habuiſti ad Antonium hoſtem noſtrum. At deinceps eris amicus noſter, & nos dabimus tibi munera pro amicitia tua, in duplo maiora quàm

quàm tibi tradiderit Antonius. Et quemadmodũ uici illum in prælio, ſic nũc uincam eum liberalitate erga te, dando omnia quę poſtulaueris à nobis. Antonius quidem non fecit tibi ſicut meruiſti, ſed magis auſcultauit Cleopatræ quàm cõſilio tuo, ſequens incantationes eius magis quàm ut tibi fidem pręberet. Sed hoc tibi mirũ uideri non debet, cum & mihi ſicut tibi fecerit. Nam propter Cleopatram dimiſit amicitiam meam & uerſus eſt mihi in hoſtem. Accipiens itaque Auguſtus coronam regiam, impoſuit eam rurſum capiti Herodis, auxitq́ꝫ regnum eius in duplo. Et ſecutus eſt eum Herodes uſq; [e] in Aegyptum. Quo cum perueniſſent, accepit Auguſtus uniuerſum regnum quod Antonius tradiderat Cleopatrę, & regnauit ibi unà cum Herode. Aſſignauit præterea Auguſtus Herodi quadringentos fortiſſimos uiros, qui natione Galli erant, honorãs eum ſupra modũ donec reuerſus eſt in Ieruſalem.

¶ a Anxiatus eſt ualde.] Propter amicitias ſcilicet quas habuerat cum Antonio Aemulo Cæſaris. b Mazodam] Ioſephus uocat Maſſadam, & ex Soëmo Tyrio facit duas perſonas, Soëmum & Iturũ, quos Herodes unà cum Ioſippo ueluti fidos amicos dimiſit apud Marimi ſeu Mariamnem & Alexandram. c Nihil amouit.] Aliud nihil de dignitate ſua diminuit quàm diadema, quod depoſuit. Cumq́; loqueretur cum Cæſare, ſeruauit ſuæ maieſtatis honorem, dum nec ad preces nec ad petitiones conuerteretur tanquam de peccatis ſuis ſatisfaciens, ſed ratione actuum ſuorum confidens, ſine dubitatione Cæſari dicebat, amicitias ſibi maximas cum Antonio fuiſſe, omniaq́; pro uirtute ſua egiſſe, quatenus ille rerum potentiam ſortiretur: militiæ tamen eius nullatenus communicaſſe, eo quod occupatus Arabes expugnaret, tranſmiſiſſe uero & pecunias & frumenta. d In ualle Acciaca.] Habet textus, uallem iſtam fuiſſe in Italia, at alij dicunt Actium eſſe promontorium in Epiro, ubi Auguſtus deuictis nauali prælo Antonio & Cleopatra urbem condidit, & Nicopolim à uictoria nominauit. Habes in Ptolemæo tabula decima Europæ, & Actium & Nicopolim. e In Aegyptum.] Addit hic Ioſippus, Cleopatram induiſſe ueſtimenta ſua ſplendidiora ſediſſeq́; in ſolio regio, & illatam uiperam adhibuiſſe pectori ſuo, & ob ſuſceptum uirulentum morſum exanimatam.

CAPVT XXI.

REuerſus [a] autem Herodes inuenit totam domum ſuam turbatam, quoniam Ioſeph & Soëmus uir Tyrius, quibus rex tradiderat cuſtodiendas Marimi uxorem ſuam atque matrem eius, [b] reuelauerunt ſecreta regis, nempe quod interficeret Marimi uxorem eius, ne uir alius poſt mortem eius duceret eam. Quod cum audiſſet mulier, indicibili fuit mœrore repleta. Vnde quando rex ei prædicabat omnem honorem & magnificentiam ſibi exhibitam, illa non congratulabatur ei, neque hilarem faciem oſtendebat, imò nec audire dignabatur uerba eius, quin magis maledicebat cognationem eius. Sentiens ergo Herodes odium uxoris ſuæ, grauiter id ferebat, eo quod plurimũ amaret eam. Factum eſt proinde quadam die ut rixaretur Marimi regina cum Salomith ſorore regis & uxore Ioſeph, conuiciareturq́ꝫ & peſſime loqueretur de cognatione eius. Quã accuſans Salomith apud regẽ dixit: cũ tu rex eſſes

apud Augustum, Ioseph maritus meus dormiuit cum Marimi regina. At rex non adhibuit ei fidem, sciens uxorem suam ab heri & nudiustertius semper pudicam fuisse. Propter odiū tamen quo uxor sua ipsum odire cœpit, ex uerbis istis nonnihil suspitionis concepit in corde suo. Vocans itaque uxorem suam interrogauit eam dicens: Dic mihi quare tantum odium sine causa conceperis contra me, & non amas me sicut antea fecisti, [c] cum ego te amem supra omnes mulieres, iurauerimq; tibi, quod ab ea die qua ueni ad te, non irrepserit mihi ulla cōcupiscentia aut illicitus amor erga aliam mulierem quàm ad te. Respondit Marimi: Si amares me sicut dicere soles, nō esses inimicus meus. Quis audiuit unquam tale, ut quis dicat se esse amicū alicuius, & quærit eum interficere? Quare tu præcepisti Iosepho, ut interficeret me interim quo abijsti ad Augustum regem Romanorum? Quæ cum audisset rex expauit stupore magno, deserensq; eam & desistēs ab amplexibus eius, clamauit & ait: Verum est uerbum quod audiui. Nunquam enim reuelasset Ioseph secretum meum [d] nisi dormiuisset cum ea. Egressusq; rex è domo illa, dormiuit in domo alia. Salomith uero soror regis uidens regem credere ea quæ de uxore sua audierat, accepit unum ex eunuchis & Pincernis regis, & dans ei pro munere aurum & argentum, dixit ad eum: Tolle in manu tua uenenum istud mortiferū, & pergens ad regem dic ad eum: Marimi uxor tua dedit mihi argentū & aurum, & tradens simul hunc potum dixit mihi: Vade & offer regi hunc potum: est autem potus amoris, quo cupio animum regis allicere ad me. Quod cum fecisset eunuchus, exequens omnia quæ ei præceperat Salomith, stupefactus rex ait: ubi est Pincerna? Accedens uero Pincerna, porrexit ei potum. Quem accipientes obtulerūt cuidam ebibendum, qui commeruerat mortem: & is mox ut potum illum sumpsit mortuus est. Tunc præcepit rex ut caperent Marimi & Ioseph sororium suum atq; Soēmum uirum Tyrium. Captus quoq; est eunuchus unus qui fuerat apud Marimi, & præcipiente rege eunuchus ille tortus est atque afflictus pœnis magnis, ut confiteretur aliquid de ipso potu. Sed nihil confessus est, nisi quod Marimi uxor eius concepisset odium erga eum propter uerbum illud secretum, quod reuelauerant ei Ioseph & Soēmus. Tunc iubente rege occiderūt Iosephum & Soēmum uirum Tyrium. Marimi autem præcepit rex seruari in custodia, donec conuocato cœtu septuaginta seniorum, qui fuerunt in diebus illis, illam statueret ante tribunal, & iuxta sententiam illorum interficeret eam. Festinantes autem Salomith & consiliarij eius dixerunt ad regem: Notum sit tibi, si superuixerit Marimi adhuc die una, faciet populus conspirationem contra te: quoniam congregabuntur ministri reginę ex omnibus locis & non permittent illam interfici sine turbatione & bello. Et ait rex: agite iuxta placitum uestrum. Traxerunt ergo eam ut occiderent extra ciuitatem, egressaq; Alexandra mater eius, uociferata est & clamauit in hunc modum: egredere egredere exasperatrix, quæ rebellis extitisti marito tuo. Exprobrando itaque maledixit ei cum lamento & fletu. Sed non dixit Alexandra hæc uerba nisi ex dolo, ut hoc prætextu uiueret aliquandiu post filiam & ultionem sumeret, occasionem'que inueniret interficiendi Herodem. Sed & multæ mulieres improperabant & blasphemabant, putantes illam ream esse. At Marimi inter hæc tacuit, nec ullum ædidit uerbum, sed humiliter iuit ad mortem

morte, absq; pauore & timore, perinde quasi ingressura esset domũ gaudij. Non sunt mutati uultus eius, neq; intercisus gressus & incessus eius, sed contempsit mortẽ sicut fecerunt omnes cognati eius, filij Hasmonai. Attendens ergo nobilitatem cognationis suę & magnificẽtiam patrũ suorum, denudauit collum uibranti gladio, & occisa collecta est ad populum suũ. Hæc itaq; mulier excelluit omnes mulieres in pulchritudine & uenustate, sed & in sanctitate & timore domini facile superauit cunctas fœminas quæ fuerũt in diebus eius. [e] Sola modestia caruit. Nam iugiter maledicebat marito cũ illũ intueretur, eo quod seuijsset in cognationem eius. Porrò quàm pulchra fuerit, nemo est qui id facile explicabit. Deus uero non differens uindictã, percussit familiam regis plaga pestifera, unde plurimi ministri regis interierũt. Sed & multi ex magnatibus & principibus eius mortui sunt, atq; cunctę urbes Iehuda senserũt plagam pestis in diebus illis. Orantes ergo populi dixerũt: Deus æterne, num propter animam unam morientur plurimi in populo tuo? Sanauit itaq; dominus populum & cohibita est plaga.

¶ *a* Reuersus Herodes.] *Redijt in Iudæam tyrannus cum ampliore honore, incutiens stuporem cum metu sperantibus contraria, quod clarior à periculis dei prouidentia remeasset.*

b Reuelauerũt.] *Soemus ab initio fidelis, nihil penitus de mandatis* Herodis *patefecit, sed cum sermonibus & donationibus mulierũ flexus paulatim deuictus esset, in ultimo cuncta regis mãdata dilucidauit, dum tamen non omnino speraret eum cum eadẽ potestate reuersurum, sed si potius periculum fugeret, ne rediret insignior, ideoq; nõ parua mulieribus putauit præstare, utiq; ampliorem beneficiorũ retributionem se accepturũ sperans, si regnaret, &c.* *c* *Cum ego te amem.*] Dilexit Herodes *uxorem quod casta & fidelis esset, illa tamen muliebre uel molestum quiddam naturaliter habebat. Nam dominabatur marito seruienti libidini, & sæpius cõtumeliose eum aggressa est. Quod ille dissimulans ferebat & blandiebatur, licet matris eius uel sororis ignobilitatem illa derideret & detraheret.* *d* *Nisi dormiuisset.*] *Hæc eadem habẽtur apud Iosippum sed non apud Iosephũ, tametsi suspitionis quoq; faciat mẽtionem, quæ tali data occasione erupit. Meridie dum uoluisset* Herodes *requiescere, accersijt* Mariammen, *amore quem semper in eam habebat astrictus. Quæ cum intrasset, non cum eo concubuit, sed festinantem eum depulit, & improperauit ei sui patris uel fratris interitum. Qui cum grauiter contumeliam tulisset, & paratus ad facinus esset, sentiens soror regis Salome paratũ olim Pincernam regium intromittit, præcipiẽs dicere, qualiter suaderet ei,* Mariammen *amatorium cõfecisse regi: & si quidem ille turbaretur, & interrogaret quale hoc fuisset, responderet uenenum illam tenuisse, &c.* *e* *Sola modestia.*] *Cõsentit &* Iosephus *latinus in hæc uerba scribẽs:* Et illa *quidem sic interijt, fœmina quæ ad cõtinentiam & ad magnitudinẽ animi optima erat, modestia uero ei defuit.* Pulchritudine *corporis & affabilitatis dignitate, magis quàm quis æstimare posset, omnes mulieres anteibat: occasio tamen exinde maior prouenit, ne cum gratia regis uellet uiuere.* Nam *dum semper potiretur illius amore, & nihil difficile ab illo speraret, fiduciã immoderatam habuit, cõtristabant autem eam quæ erga suos euenerant.*

CAPVT XXII.

POst hæc factum est ut pœniteret Herodem se occidisse Marimi uxorẽ suã, uersusq; est furor eius in feruorẽ amoris. Nam desiderio Marimi uxoris suę exardescens, iugiter nominis illius recordabaẽ, acsi adhuc in uita esset. Pręcepit quoq; ministris eius ut pro ea[a] instruerẽt cõuiuia, collocarẽtq; ei soliũ ad latus regis, sicut ea

uiuente

uiuente fecerāt. Cecidit autē rex in grauē [a] infirmitatē ob amorē Marimi & desideriū eius, nec potuit ferre desiderium illud. At Alexandra uidens regem ægrotare, [b] conataq; est occidere eum. Quod cum regi innotuisset, interfecta est & ipsa ex præcepto eius. Filij autem Herodis Aristobulus & Alexander, quos Marimi genuerat, erant Romæ in diebus illis, ut linguam discerent latinam. Et audientes quod fiebat, uehementi dolore & ira affecti sunt, propter matrem suam interfectā. Sed gesta eorū postea referemus. Sanatus autē rex ab infirmitate sua, dedit Salomith sorori suæ Custobarū uirum Idumęum maritum, constituitq; eum ducem super uniuersam Idumæam. Nam fuit Idumęa sub Iudęis à tempore Hyrcani filij Simeonis, qui circumciderat eos & ligauerat eos uinculis circūcisionis. Cum itaq; Custobarus pręesset Idumæis, conatus est liberare Idumæos de potestate Iudæorū, & ob id erexit [d] idolū quoddam antiquum in Idumæa, misitq; in Aegyptum pro curribus & equitibus, ut rebellaret Herodi. Quod cum nunciatum esset Herodi, nitebatur interficere eum. At cum mater eius atq; soror rogassent eum, rex ueniam dedit Custobaro uice illa. Postea contigit ut discordes fierent Custobarus & Salomith uxor eius, & accusans eum uxor eius apud regem, rogauit simul ut loqueretur cū Custobaro, ut scriberet sibi libellum repudij. Quod cum fecisset rex, parauit Custobarus libellum repudij obsequutus regis pręcepto, quod tamē erat præter legem Mosaicam, cum mulier non possit dimittere à se maritum suum. Maritus autem potest repudiare uxorē suam, præsertim si odio habeat eam. Post hæc factum est, ut loqueretur Salomith ad regem de uiris quibusdam, quos absconderat Custobarus in uilla sua, qui erant [e] de semine regio, fueruntq; abscōditi ab eo tempore quo Herodes cepit Ierusalem, duodecim scilicet annis. Vbi ergo mulier prodidit eos, pręcepit rex occidi Custobarum & eos quos absconderat. Interfecit quoq; Lysimachum & Dosithæum, qui erant ex proceribus Iudæorū, [f] nec ullum superstitem dimisit, qui resistebat iniquitatibus eius. Vnde licenter uiolauit legem, faciens Ierosolymis peregrina ædificia, utputa, [g] theatra ex marmore & lapide albo, sculpsitq; in eis simulachra gentium quas deuicit. Fecit etiam in campo opus quoddā magnificum, nempe amphitheatrum: fecit & quadrigas pro equis, & inclusit eos. Fecit præterea clausuram pro feris, intra quam posuit leones, pardos, lupos & porcos, obiectisq; eis ouibus et armētis, excitauit inter eos altercationē & pugnam. Sed & homines incitauit contra feras, ut mutuo inter se certarent; & aliquādo quidem superior fuit homo, aliquando inualuit fera, mutuo sese conficientes, magno uictoribus proposito pręmio. Et extraneis quidem fuit hæc res spectaculum gratum, at Iudæis fuit molestissimum. Vnde zelo commoti decē uiri Iudæi, nempe Samæus & socij eius, irruerunt in Herodē euaginatis gladijs, sed rex iam cognouerat quid illi molituri erant, nam erat ei ante diem unum indicatum, atq; ideo illi non potuerunt, ut uolebant, eum occidere, sed magis satellites regis circumdantes eos, interfecerūt eos. Ille quoque [h] qui rem ipsam indicauerat regi, peccans post triduum in regem, iubente rege caro eius in frusta est dilacerata atque canibus obiecta.

¶ *a* *Instruerent conuiuia.*] *Moliebatur omnia facere quæ possent solatiū afferre, conuiuia, colloquia, quæ nihil ei profuerunt: gubernationes etiā regales recusabat, & tantū doloribus tenebatur,*

tenebatur, ut aliquando Mariammen uocare ministris tanquam uiuentem ualentemq; præciperet.

b Infirmitatem.] Dum animus Herodis æstuaret desiderio Marimi nec illa frui posset, adeò ad peiora peruenit, ut in ultimo solitudines eligeret sub occasione uenationis. Hisq; confectus cogitationibus, non potuit multos dies protrahere, sed incidit in difficillimã ualetudinem. Nam inflammatione uel astrictione gutturis, mentisq; mutatione tenebatur, & quæ potuissent curam exhibere, nihil penitus profuerunt, sed cõtraria inueniebantur. Iacebat autẽ sic inualidus in Samaria, Sebaste nominata. c Conata est occidere.] Erat Alexandra Ierosolymis, cum audisset in quibus esset Herodes, festinauitq; custodias ciuitatis obtinere. Vnde custodibus obtulit sermonẽ, quod oportuisset ipsi uel filijs Herodis custodias tradere, ne quis alter eas præoccuparet illo defuncto. Erant aũt duæ custodiæ, una ciuitatis, altera tẽpli, quas si quis sub potestate sua cõprehendisset, omnem gentem sibi subdebat. Cum autem hæc Alexandræ sententia regi esset nunciata, præcepit illico eam interfici. d Idolum quoddam.] Iosephus dicit deum illum Idumæorum uocatum Cozen. e De semine regio.] Hi fuerunt filij Babæ, quos rex olim destinauit persequi, quod inimici sui fuissent: tũc uero per temporis longitudinem de memoria eius exciderũt. Et hi cum Herodes oppugnaret Antigonum & ciuitatem Ierosolymitanã, accusabant Herodẽ, suadebantq; seruandũ principatũ regio generi. f Nec ullum superstitem.] Id quoque mouit tyranni animũ, ut tot innocẽtes pueros interficeret, ubi à Magis audiuit in Bethlehem natum regem Iudæorum. g Theatra.] De his Iosephus sic scribit: Herodes peregrinis inuentionibus ueterem statum corrumpebat, unde non minora nobis in posterum mala prouenerunt, diuersis recedentibus à maiorum pietate corruptelis. Primum quidem certamen quinquennale Cæsari constituit, & theatrũ in Ierosolymis cõdidit: rursus in campo maximo amphitheatrũ, utraq; conspicua, à moribus uero Iudaicis aliena. Celebrationem quidem illam clarißimã per quinquenniũ construebat, nuncians finitimis, & conuocans ab omni gente athletas ad omnia certamina, & de tota terra inuitabat, ut spe propositorum præmiorũ & uictoriæ gloria cõuenirent. Igitur collecti sunt capitales artifices, nam non tantũ eos qui exercitationibus corporis præualerent, sed & musica præcellentes, proponẽs maxima uictoriæ præmia, omnesq; nobilißimos ad conflictionem conuenire uocitabat. Cõstituit quoq; & quadrigis & bigis, & unius equi cursui non parua dona: & omnia quæ munificentia uel decore apud singulos præfulgebant, uolens habere clariora, spectaculum liberalitate composuit: theatrum uero circa Cæsaris imagines habebat, & trophæa gentiũ quas bellãdo ille deuicerat, auro scilicet & argento puro cunctis instructis: & neq; de ueste neq; de uasis aut de lapidibus preciosißimum aliquid defuit, quod certantibus non offerebat. Apparatus etiam ferarũ fuit. Nam leonibus multis cõgregatis, & alijs quæ eminent ferocitate & raro inueniuntur, quorũ inter se altercationes & pugnæ contra homines excogitabantur, peregrinis quidem ammiratio sumptuũ & delectatio spectaculi uidebatur, prouincialibus autẽ euidentißima solutio morũ qui apud eos coluntur. Impium est enim feris homines pro hominũ spectaculo subdere: iniquũ etiã peregrinis moribus solita permutare. Super omnia uero contristabant eos trophæa, dum putarent imagines esse armis obsitas, quia non patriũ illis fuerat talia colere. Cumq; tumultuarẽtur, uocans Herodes primos & ostendens trophæa, cõsuluit quid illis hæc uiderentur. Qui cum clamassent, hominum imagines, præcipiens auferre ornatum impositum, ostendit ligna nuda, quæ statim spoliata, risum plurimum spectantibus incusserunt. Tali modo quosdã mitigauit Herodes, quidam uero permanebant in difficultatibus suis, & cõiurauerunt omne periculum se subire antequam ferrent ea quæ non fuerunt solita inter Iudæos, sed deprehensi omnes fuerunt interfecti. Notandum hic quod loco amphitheatri in Hebræo habetur græca uox ιπποδρομία, quæ sonat equorum cursum & ludum circensem.

h Qui rem ipsam.] Iosephus paulo aliter de isto accusatore scribit. Nam habet sic: Non multo post, eum qui talia nunciauit, odio quidam rapientes non tantum interfecerunt, sed & membratim dilacerantes canibus apposuerunt.

CAPVT

CAPVT XXIII.

FEcit proinde Herodes & alia multa, subijciens scilicet ditioni suæ ciuitates multas, & multas de nouo construens, inter quas Samariã quoq; restaurauit, in longitudine & latitudine æqualem faciens priori, uocansq; eam Sebastiam. Aedificauit etiam in medio eius magnificum templum in honorem Augusti Cæsaris. Extruxit & Cæsareã de lapidibus marmoreis & ornauit eam supra modum. Aedificauit quoq; Alman & portum pro nauibus appellentibus ibi, & alias plurimas ciuitates restaurauit, quæ prę multitudine numerari nequeũt. Factum est proinde anno decimotertio regni eius, ut [a] fames magna & ualida occuparet terram Iehuda, & terras omnium gentium quas Herodes subdiderat imperio suo: in Aegypto autem erat magna satietas. Aperiens ergo rex thesaurum suum proferebat argentum & aurũ atq; lapides præciosos in magna copia ut iuuaret populum, quoniam extenuatus erat ualde populus propter famem. Misit quoq; ad uniuersum regnũ suum, & ex singulis populis destinauit quosdam in Aegyptum, cõgregans triticum immensum quasi arenam quæ est in littore maris. Aduexit autem ipsum per mare Ioppense & & per mare Cæsariense, & introduxit in terram nostram magnã copiam & satietatem frumẽti. Scripsit etiam Augustus Cæsar epistolam ad Petronium prę sidem Aegypti, ut emitteret naues magnas & multas frumẽtum ferẽtes, uenderetq; in terra Iehuda. Parauit & naues quasdã frumento impletas, quas Augustus pro munere misit Herodi regi, & abiens Petronius cum nauibus illis multis, deportauit magnam abundantiam in terram Iehuda, uendiditq; triticum copiosum ut præceperat Augustus. Cibauit itaq; Herodes in hunc modum uniuersam terram Iehuda, & præcepit pistoribus ut darẽt panes his qui detenti erant senio & infirmitate: reliquo autem populo & præsertim iunioribus tradidit triticũ. Sic fecit rex cunctis diebus famis, pascens de substantia sua populum. Sed & extraneis & alienigenis [b] dedit octoginta millia tritici coros. Corus autem habet decem modios. Dilexerũt ergo eum à die illa & deinceps Iudæi & cũctæ gentes quę erant per circuitũ eius, abijtq; nomen eius in omnes terras, quia erat ueluti clypeus & murus populi sui. Liberati enim à fame, obliti sunt omnis mali quod antea intulerat. Laudauerũt proinde eum quando uiderunt eum in die tribulationis, & non sunt recordati eius in malo sed in bono. Quin & hostes eius nõ sunt ausi male loqui cõtra eum propter timorẽ & pauorem. Nam solebat frequenter mutare uestimenta sua regia & populis sese immiscere cum uestimentis humilibus ne agnoscerent ipsum, & loqui cum eis atq; tentare eos. Et quando aliquem deprehendebat sibi fauere, honorauit & ditauit eum. Quando uero aduertit aliquem sibi male uelle, hunc exquisitis interfecit pœnis. Astrinxit etiã populum ut sibi præstarent [c] iuramentũ. Et cum multi nollent ei iurare, nõ euaserũt manus eius. Adiurauit autem eos ut sibi essent fideles. Et populares qui illud facere recusabant, eos perdidit in tempore illo, exceptis duntaxat senioribus Pharisæis Samai & Hillel atq; socijs eorũ. Hos non coëgit iurare, nam ipsi amabãt regem. Siquidem cum aduersarẽtur Ierosolymitanis, Herodes & Antonius iuuabant partes eorum, ipsi autem incitauerunt populum ut susciperent Herodem & intromitterent in urbẽ atq; cõstituerent eum regem. Dixerunt enim:

propter

propter duros & ceruicosos regnabit iste. Hæc itaq; fuit causa, quare rex eos non induxit ad iuramentum. Sed nec [d] Essenos, qui de collegio pioru͂ erant, coëgit ad iuramentum, propter Menahem Essenum, qui fuit uir iustus & sapiens in diebus illis.

De locis ab Herode sumptuose extructis Iosephus sic scribit in decimoquinto libro antiquitatu͂: Samariā deliberauit muris circu͂dare, quam mutato nomine Sebastiam appellauerunt. Putans etiam prodesse prouinciæ locum munire, qui ab Ierosolymis aberat unius diei uia & olim uocabatur Stratonis turris, etiam eum constructum Cæsaream nominauit, circundans muro fortissimo altiora loca & custodijs communiuit, ne magnitudine minor esset maximis ciuitatibus. Nam uiginti stadia intus habuit, in medio uero mensuram unius & semis stadij locum statuit undiq; decoratum, in quo templum amplitudine & pulchritudine excellēs ædificauit paulatimq; totam ciuitatē exornauit & munitioni eius prospexit. d *Fames magna.] Eo tempore calamitates magnæ occupauerunt prouinciam. Siquidem prius gelu percussa terra, fructus nullatenus proferebat. Vnde corruptis frugibus terræ, horreisq; exhaustis, nulla spes alimentorum præter pestilentiæ malum expectabatur. Et illius inopiæ necessitas nō minus regi quàm populo imminebat. Nam uectigalia quæ de terra solitus erat accipere minime colligere ualebat, & pecunias consumpserat largissime ciuitates ædificando. Incidit ergo ornatum regium, neque preciosissimis uasis, neq; artificiosissimis parcens. Mittebat autem pecunias ad Aegyptum Petronio præsidi à Cæsare constituto, & dum nō pauci ad eum cōfugissent propter eandem necessitatem, & amicus Herodis priuatim existeret, uolens subiectis eius subuenire, primis ipsis deportare triticum cōcessit, per omnia eos & in emptione & in nauigatione subleuās, ut maxima pars ipse huius auxilij fieret. Nam Herodes his deportatis non tantum sententias in horrore se prius habentium mutauit, imò maximam ostentationem sui fauoris & patrocinij lucidauit. Deinde & ciuitatibus finitimis conabatur prodesse, semina Syris præbendo, quod etiam ei multum profuit, dum gratiam exinde acquisisset.* b *Dedit octoginta millia.] Dissentit hic Iosephus ab autore nostro: nam habet sic. Sed & populi uel ciuitates & priuati ad eum confugientes, solatium impetrarunt, in tantum ut æstimaretur indigentibus extraneis plus decem millia tritici coros dedisse. Corus autē habet modia Attica decem. In ipso autem regno suo octoginta millia expendit. Hæc ille. De Coro Dauid Kimhi sic scribit.* הכור הוא החומר והוא שלשים סאים *id est, Corus idem est quod Homer, continens triginta sata. Continet autē satum 144. oua.* c *Iuramentum.] Idem sentit Iosephus, qui in hunc modu͂ scribit: Sæpe priuatu͂ accipiens habitum, nocte cum populis conuersabatur, experimentum faciens quid de principatu suo sentirent. Et si quos omnino atroces nec approbantes sua opera inuenisset, omnibus modis persequebatur, & reliquam multitudinem sacramentis impellebat sibi fidelem existere, & cogebat fauorem cum iureiurando sibi uel principatui custodire. Quorum multi placātes eum uel timentes, ueniebāt ad quod postulasset: alios uero seruantes suam opinionem & grauiter ferentes quod cogerentur, modis omnibus occidebat.* d *Essenos.] Genus hominu͂ erat, quod conuersatione utebatur, quam apud Græcos Pythagoras tradidit.*

CAPVT XXIIII.

SVnt et quedā à nobis cōscribenda de prælio populi domini. Nō autem fuerunt sapientiores homines in mundo q̃ fuerit populus domini, nec regnauit sapientia in alio populo q̃ in populo dei, id quod facile agnoscent & deprehendent cunctę gētes in memorato Menahē, in quo fuit eximia sapientia sicut & in alijs Israëlitis collegis eius. Nam cum esset Herodes iuuenis & discendi gratia ueniret ad sapientes, [a] Menahem autem sederet in loco seniorum atq; eoru͂ qui decernebant iustitiam, uidens pueru͂ incuruauit se coram eo & ait: uiuat rex.

At rex putans se irrideri à Menahem, maledixit sapienti. Sapiens uero apprehendens eum percussit eum manu sua in fimbrijs eius more puerorũ qui sese inuicem percutiũt, & ait: regnabis in diuitijs multis & magnis, & magnificabitur ualde regnũ in populo domini. Cumq́ꝫ sederis in solio regni tui, recordare percussionis istius qua te percussi, quia signum est scelerũ & iniquitatũ quas perpetrabis, facturus plurima mala, tametsi bona quoque facturus sis. Audi propterea uocẽ meã, & prosequere ea quę recta sunt: quę autẽ peruersa, dimitte. Sed frustra arguo te his uerbis, uidens quid futurum sit: nam non cessabis mala facere. Flens itaqꝫ Menahem fletu magno, apprehẽdit eum iterum & percussit eum in fimbrijs eius. Cõmotus autem puer ad fletum, abijt in uiam suam. Cumq́ꝫ regno potiretur Herodes, ut illi prædixerat sapiens, recordatus uerborũ istorũ, uocauit Menahem & ait illi: Impleta sunt uerba tua quæ prædixisti, & ob id uideo esse in te sapientiã dei. Et nũc cupio à te scire, quot annis regnaturus sim, quotq́ꝫ annis uicturus. Tacuit autẽ sapiens & nihil respondit. Vidensq́ꝫ rex quod non respõderet ei uerbũ, stupefactus ait in corde suo: uere sapiens iste uidit appropinquasse dies meos & ob id tacet. Et interrogans eum rursum rex dixit ei: indica mihi, si adhuc regnaturus sim uel decem annis. Respondens Menahem ait: decẽ, etiam uiginti imò triginta & ultrà. Ait rex: quot ultrà? Tacuit sapiens & non respondit ei ultrà ad sermones istos. Lætatus est tamẽ rex propter uerba Menahem & credidit ei, honoransq́ꝫ eum dedit ei diuitias magnas. Cõtigerũt aũt ista in populo domini eo tẽpore quo Herodes impleuerat decimũoctauum regni annũ, postquam percusserat & expugnauerat tot reges & extruxerat tot ciuitates magnas & munitas, dante ei domino deo Israëlis requiẽ ab omnibus hostibus eius per circuitum. Cõgregans proinde uniuersum populum domini principes, ministros & milites suos atqꝫ reliquũ populum, [b] locutus est in auribus eorũ uerba ista, dixitq́ꝫ: Audite & auribus percipite uos, quos dominus elegit sibi in populum peculiarẽ præ cunctis populis, propter dilectionẽ patrũ uestrorum & propter iuramentũ quod fecit eis, atqꝫ custodiuit iuramentũ ipsum & fœdus, liberando nos in prælijs magnis atqꝫ subijciendo nobis gẽtes multas & reges magnificos, præter reges Romanorum qui sunt amici & socij nostri & domini omniũ regnorũ. Nunc itaqꝫ fratres mei & socij mei, en dominus dedit nobis requiem per circuitũ & dilatationẽ, sicut uident oculi uestri hodie, quare ergo non retribuimus ei iuxta retributionẽ & opera eius bona, quæ fecit & impendit nobis? Vt quid torpemus ocio, & non cõstruimus templum eius atqꝫ domũ eius ad instar ædificij primi? Siquidem patres nostri qui redierunt ex captiuitate cõstruxerunt ipsum, sed non secũdum mensurã primam. Non tamẽ possumus ob id insimulare patres nostros & id culpæ eorum adscribere, cũ ipsi tunc serui fuerint Persarũ, & ædificiũ erexerint secundũ mensuram à regibus Persarũ pręscriptã. Postea uero extiterunt serui regũ Græcorum, donec Machabæi surrexerũt. Tunc enim obtinuerunt libertatẽ & susceperunt regnũ, sed non potuerunt ædificare templum propter prælia quæ habuerunt per circuitũ. Nunc autem non est Satan aliquis aut occursus malus, ideo cõstruxi ciuitates magnas & celebraui nomen uestrũ. Nõ enim ædificaui eas sub nomine meo, quia ego unus sum, uos autem multi & populus magnus atqꝫ ualidus. Nolite igitur ô sancti dei segniter agere, quoniam ędificium

ficiũ illud non eſt hominũ, ſed illius qui eſt rex totius mũdi, & idcirco cõfor
tamini et uiriliter agite fratres mei atq; ſocij mei, ut ędificemus templum eius
ad inſtar ædificij primi, in lõgitudine, latitudine & altitudine eius. Aggredia
mur itaq; rem ipſam feliciter. Populus uero tacuit & non reſpondit ei uerbũ,
timens ne forte dirueret templum & tardaret ad reparandũ ipſum. Et ait rex:
Non diruemus, donec diſpoſuerimus ea quæ neceſſaria ſunt pro ædificio &
inſtauratione eius.

¶ *Omittitur hic quomodo* Herodes Simonẽ *quẽdam uulgarem ſacerdotẽ ad ſummũ ſacerdotiũ
euexit, & filiam eius uxorem duxit, quomodo arces & oppida extruxit, filios* Alexandrũ *&* *Ariſto
bolum* Romã *tranſmiſit, etiam ſi id ante matris eorũ interfectionẽ cõtigerit.* De *quibus uidere pote
ris* Ioſephum *capite* 12. *libri* 15. *a* Menahem.] *Ioſephus latinus hunc uocat* Ma-
nachemum. Qui præſcientiã futurorũ à deo habens, Herodẽ *puerũ ad doctores pergentem, ut re-
gem* Iudæorũ *ſalutauit, & feriens manu poſteriora eius, regnabis, inquit, feliciter, ſed recole* Ma-
nachemi plagas, ut hoc tibi ſit ſignum de peccatis in regno cõmittendis. Nam *optima eſt ratio, ſi iu
ſtitiã & dei pietatẽ dilexeris, & modeſtiã circa ciues habueris, ſed non talẽ te futurũ intelligo dum
omnia cognoſcã.* Felicitate *namq; omnes præcelles & habebis gloriam æternã, obliuionẽ uero pie-
tatis & æquitatis poßidebis.* Hæc *non latebũt deum in ultimo uitæ pro tuo facinore. b* Lo
cutus eſt in auribus.] Cum Herodes *dei templum maximũ cõſtruere uellet, exiſtimans id perueni-
re ad æternã memoriã & cognoſceret non facile populo perſuaderi propter operis magnitudinẽ,
cõuocans eos longa oratione mulcebat dicens:* Alia *quidem quæ à me in regno ſunt acta, ô uiri con
tribules, minorẽ mihi, uobis autem maiorẽ utilitatem ferre uidentur.* Nam *in difficultatibus non ne-
glexi quæ ad ueſtra cõmoda pertinerent: neq; in extructionibus mihi magis quàm uobis omnibus fe
ſtinaui tutelam impendere.* Conſtructæ *namq; ſunt per prouinciam ciuitates, quas habitatoribus ple
nas munitionibus ornantes genus noſtrũ exaltauimus, quas operoſum mihi uidetur ſcientibus enu-
merare.* Quod *aũt nunc nitor efficere omni pietate præcellẽtius, explanabo.* Bene *enim noſtis, quod
iſtud maximũ deo templum noſtri patres ædificauerunt, cũ à* Babylonia *remeaſſent, & quia deſunt
ei ad magnitudinem in altum cubiti ſexaginta, ad inſtar illius quod* Salomon *cõſtruxerat, nemo ne-
gligentiã pietatis parentũ noſtrorum accuſet, quia non culpa illorum factum eſt breuius templum,
ſed* Cyrus *&* Darius *Hiſtaſpis filius, huiuſmodi menſuram ædificationis fieri preceperunt.* Quibus
illi ſeruientes, & poſt illos Macedonibus, *non habuerunt aptum tempus quo ad eiuſdem antiqui for
mam iſtius menſurã perducerent.* Nunc *autẽ quãdo nutu dei principatui meo pax larga conceſſa eſt
& diuitiarum poſſeßio & multitudo redditũum, &, quod maximũ eſt, amicitia fauorq;* Romanorũ,
*qui omnium rerum domini exiſtunt, cur non ſtudemus relictum neceßitate ſeruitutis tempore opus
corrigere, & integrum deo præbere pro beneficijs eius in meo regno collatis? &c.* Confer *tu nunc
hanc orationem cum hebraica oratione.*

CAPVT XXV.

FEcit ergo rex ſic, & diſpoſuit ex bonis & theſauris ſuis quicqd
opus erat pro inſtauratione templi, nempe ligna & lapides atq;
quadrigas quæ apportarent lapides: item argentũ, aurum, lapi-
des præcioſos & decem millia artificũ ingenioſorum, atq; mille
ſacerdotes qui ingrederentur ſanctumſanctorũ, eum ſcilicet lo
cum in quem extraneus intrare nõ poterat. Et diſpoſitis omnibus lætatus eſt
populus, dixitq; ad regem: Pergemus & feliciter inchoabimus. Cum itaq; ui
deret rex omnem populum conſenſiſſe ad cõſtructionem templi domini, di-
ruit fundamenta & iecit fundamenta alia de lapidibus magnis & ſuperædifi-
cauit templum. Habuit autẽ templum illud quod Herodes rex erexit, cẽtum

cubitos in longitudine & centum in latitudine: in altitudine autem cētum & uiginti, in medio scilicet altitudinis ædificij, id est, [a] in medio tecti totius ædificij erant adhuc uiginti cubiti, & fundamenta desubtus decem tenebant cubitos. Lapides uero quibus rex ædificium templi perficiebat erant albi quasi nix, eratq; longitudo lapidum uigintiquinq; cubitorum, & latitudo duodecim cubitorum, altitudo autem octo. Vnam & eandem mensuram habebant omnes lapides à fundamento ædificij usq; ad summitatem eius & eminebat templum ipsum in sui medio supra modum, ut à longe uideri posset. Ceterū ianuas fecit opere uario, & postes earum atq; superliminaria fecit argentea. Sed & uela fecit opere textorio de hyacintho, purpura, cocco & lapidibus præciosis, interspersis punctis aureis, posuitq; super uelum coronā aureā flores exprimentem. [b] Sanctū uero sanctorū fecit in longitudine & latitudine iuxta mensurā primi tēpli, ordinauitq; ipsum in facie latitudinis tēpli in loco cōpetenti. Fecit etiam rex columnas argenteas & bases earū argenteas, [c] capita autem earū fecit aurea. Fecit insuper uitem de auro mundo & posuit in summitate columnarū, cuius pondus erat mille talentorū aureorum. Erat autem uitis ipsa facta opere ingenioso, habens ramos perplexos, cuius folia & germina facta erāt ex rutilanti auro, botri autē ex auro fuluo, & grana eius, acini atq; folliculi facti erant ex lapidibus præciosis, totumq; opus erat fabre factum opere uario, ut esset mirandū spectaculum & gaudium cordis omnibus intuentibus ipsam. Multi quoq; scriptores Romani testantur se eam uidisse cum desolaretur templum. Cōstruxit præterea [d] porticum interiorem & posuit eam in facie latitudinis templi, addiditq; ei duos parietes opere artificiosissimo, & cōnexuit eam foris ferro, nec est homo qui amplius sciat artificium illius operis. Fecit etiam planiciem per circuitū templi, implens & ad æqualitatem redigens quicquid per circuitū erat inæquale. Fecit quoq; quatuor porticus, cōstituens porticū orientalem ab oriente, cuius posteriora respiciebant orientem, priora autē templum ipsum, [e] cuius longitudo habuit ducentos & quinquaginta cubitos, latitudo uero tenebat centum cubitos iuxta mensuram templi. In altum uero surgebat centum atq; uiginti cubitis. Fecit deinde atriū ante porticum orientalem, strauitq; ipsum pauimento. Constituit etiam centum & sexaginta columnas & ordines quatuor. Quadraginta columnas habuit ordo primus, & quadraginta columnas ordo secundus: quadraginta quoq; ordo tertius, & quadraginta ordo quartus. [f] Lōgitudo uero columnæ unius erat quinquaginta cubitorū. Crassities autem eius erat trium cubitorū, eratq; mensura una cētum illis & sexaginta columnis. Porrò inter columnam & columnā erant quindecim cubiti, & lōgitudo atrij orientalis occupabat septingētos & uiginti cubitos. Prolongauit enim ædificium usq; ad torrentem Cidron. Fecit & testudines ultra torretem, imposuitq; pontes ipsis testudinibus, & strauit eos lapidibus & construxit ædificium altissimum supra torrentem è regione templi, habēs tria tecta. Et quicumq; stabat in diebus illis super tectum tertium, non potuit prospicere in profundā uallem propter nimiam ædificij altitudinem, quoniam subiecta uallis uidebatur quodammodo in tenebris esse. Construxit præterea rex parietem argēteum inter porticū & templum, in quo fecit ianuam aureā, & in ipsa ianua suspendit gladium habentem pondus talenti auri mundi, eratq; sic scriptum in ipso

gladio: Alienus qui acceſſerit interficiatur. Fecit & porticũ auſtralẽ, ponens
ſcilicet eam in latere tẽpli meridiano, cuius poſteriora auſtrũ, frons uero tem
plum reſpiciebat, habuitq́; longitudo eius cubitos ducẽtos et quinquaginta,
latitudo autẽ habuit centũ cubitos ſecundũ menſurã tẽpli, & altitudo habuit
cubitos centũ & uiginti, aſſignauitq́; ei atriũ. Fecit autẽ porticũ illam emine-
te ultra atrium, clauſitq́; atriũ, & cõiunxit ipſum atrio oriẽtali, faciens in ipſo
portas ſicut in atrio orientali fecerat. Rurſum fecit porticũ uerſus plagã occi
dentalem, cuius poſteriora occidentẽ et priora templum reſpiciebãt: longitu
do eius habuit cubitos ducẽtos & quinquaginta, latitudo autẽ centum cubi-
tos ſecundũ menſurã templi. Fecit quoq; atriũ in plaga illa, cõſtituens ipſum
ante porticũ ad occaſum Solis, & faciens in ea quatuor portas, quarũ una re-
ſpiciebat palatiũ regis Herodis, eratq́; intermedia uallis, in qua erant itinera
ducentia ambulantes extra urbem. Alia autẽ per gradus tranſmittebat uiato
res in uallem, ubi flexus erat aſcẽſus in urbem. [g] Erat enim urbs ipſa ueluti
propugnaculũ reſpectu ſanctuarij, quam à meridie ambiebat uallis magna.
Demũ fecit rex porticũ ad ſeptentrionẽ, cuius poſteriora reſpiciebãt aquilo
nem & priora tẽplum, habuitq́; in longitudine cubitos ducẽtos & quinqua
ginta, & in latitudine cubitos centũ ſecundũ menſurã tẽpli, in altitudine aũt
cubitos centũ & uiginti. Fecit proinde ante porticũ illã aquilonarẽ atriũ lon
gitudine 27. cubitorũ, latitudo enim eius cũ longitudine & latitudine orien-
tali atq; cum longitudine & latitudine atrij meridionalis in mẽſura cõuenie
bat: ſic omnibus porticibus fuit menſura una, ſicut & atria omnia habuerũ[t]
menſurã unam, excepto atrio quarto quod reliquis nõ fuit æquale propter
loci anguſtiã. Non enim potuit rex illud ultrà extẽdere. Poſuit proinde rex
in atrijs portas, quatuor ſcilicet in latere occidentali & quatuor in atrio reſpi
ciente meridiẽ, & quatuor in atrio ſeptẽtrionali, & inter iſtas duodecim por-
tas una fuit magna per quam intrauimus cũ uxoribus & liberis noſtris atq; li
gnis noſtris. Intrauimus autẽ cum ſanctitate & puritate in diebus illis, & in-
greſſi deambulauimus in pauimento atrij ante porticũ illam, quæ erat à fron
te tẽpli: ſed & porticũ ipſam ingreſſi ſumus, licet mulieres foris manerẽt, tem
plum autem nõ intrauimus, quia locus erat ſacerdotũ, quin & ſacerdotes nõ
ingrediebantur ſanctumſanctorũ præter ſummũ ſacerdotẽ, qui ſemel in an-
no ipſum ingrediebatur. Nihilominus nos foris intra porticum conſtituti in
diebus illis uidimus omnia quæ erant in templo, etiam aurea, quando porta
templi aperiebatur, tunc in atrio ipſo uideri poterat uitis aurea & quicquid
ex auro fabrefactum fuit, omnia quoque ornamenta aurea, quæ ſuſpenderat
rex in pariete templi de ſpolijs gentiũ, quas dominus tradidit in manus eius:
hæc inquam uidentes lætati ſumus.

*¶Hic noſter autor, Ioſippus & Ioſephus in deſcriptione tẽpli Herodiani nõ per omnia cõſen-
tiũt. Deinde autor noſter quædã habet quæ in Ioſepho nõ habẽtur, & rurſus Ioſephus habet aliqua
quæ hic omittuntur. Ioſephus ſcribit templũ ædificatũ ex lapidibus albis & tenaciſsimis, quorum ma
gnitudo in lõgitudine uigintiquinq; cubitorũ, altitudine octo, latitudine duodecim erat. Ioſippus ue-
ro dicit lapides illos fuiſſe* בחט ושיש *quos Kimhi Eſter primo exponit eſſe* מרמור *id eſt,
marmoreos. Dicit etiã, ſicut Ioſephus, latitudinem unius lapidis habuiſſe 12. cubitos, & craßitudinẽ
octo cubitos. a In medio ſcilicet.] Ioſephus hunc locũ ſic exprimit: Totius tẽpli circui-
tus & porticus undiq; humilima, altißimum uero mediũ fuit, ut à multis ſtadijs conſpiceretur.
b Sanctumſanctorũ.] quod Latini ſacrariũ uocãt, uulgares chorũ. c Capita.] Fecit*

aureos flores ambiētes colūnas, super quarū capita uitis tendebatur, botryones aureos habens pen dētes, qui mirandā magnitudinē & artificij claritatē uidētibus exhibebāt, propter materiæ pulchritudinem. Iosippus dicit uitem habuiße botros crystallinos, eamq́; tam magnā fuisse ut pondus habuerit mille librarū auri puri. Ponit enim ליטרא *Autor autē noster ponit* ככר *talentū, de quorum differentia scripsimus supra capite 26. libri 4. Iosephus pondus non exprimit.* d *Porticū.] De porticibus Iosephus sic scribit: Circūdedit maximis porticibus omne tēplum, & secundū quātitatem uniuscuiusq; rei sumptibus omnia priora superauit. Porticus autē duæ maximis parietibus, fulciebātur, ipsi autem parietes opere inaudito cōstructi erant. Nam collis erat saxosus paululum erectus à parte orientali ciuitatis, pronus super arcem ab inferioribus incipiens, quem uallis altißima circūdabat. Saxa uero Africo exposita, plumbo ligauit, ut interiora loca cōplecterentur, multū spatium structura cōprehendente, ab interiore uero parte lapides ferro ligati, cōpaginem muniebant immobilem per omnia tēpora. Cumq́; ita factū opus continuaret, usq; ad summitatē collis perduxit, & fossas circa murū positas cōplens, planum super æqualemq́; cōfecit.* e *Cuius longitudo.] Mensura huius porticus à Iosepho nō describitur, sed dicit duntaxat, duplicē porticū pari longitudine à parte orientali contra templi ianuas cōstitutam.* f *Longitudo columnæ.] Dissonat & hic Iosephus ab autore nostro. Nam ille sic scribit: Craßitudo cuiusq; columnæ tres cōiunctas ulnas habebat, longitudo autem pedes uigintiseptem, duplici spira supposita. Testudinum & pontium non meminit.* g *Erat urbs ueluti propugnaculū.] Iosephus sic habet: Ex aduerso templi ciuitas in modum theatri iacebat, circumdata ualle altißima per omnem australem tractum.*

CAPVT XXVI.

Consummatū est autē uniuersum opus post finem octáui anni, & in his octo annis, ab initio cōstructionis usq; ad finem ędificij dominus non pluit interdiu super Ierusalem sed nocte tātum, ne impediretur ædificiū templi. Obtulit proinde rex Herodes holocausta & pacifica domino, nempe trecētos boues, suppeditans oblationē pro pacificis & holocaustis ut regiā decuit munificentiā. Nam [a] ea die qua rex solitus erat singulis annis magnū instruere conuiuiū & celebrare suscepti regni memoriā, ea inquam die perfectum est uniuersum opus templi domini. Fecit etiam rex propter gaudiū cōsummati templi domini cōuiuia per integrū annum in omnibus ciuitatibus Iehuda, lætatusq; est populus ualde & laudauerunt dominū cum gaudio, hymnis, musicis instrumentis, citharis, nablis, tubis, taratantaris & uoce clangoris, propter cōsummatum templi ædificium, [b] quod utinam cito in diebus nostris reparari contingat. Porrò templi huius ædificium solum in genere descripsimus & uix medietatem eius, imò tertiam partem signauimus, tam magnum & egregium fuit opus illud.

¶ Meminit et Iosephus huius miraculi, si modo uerū est quod nō pluerit per dies, octo illis annis quibus Herodes operā dedit cōstructioni tēpli, tāetsi idē Iosephus id pro certo non referat, nam scribit sic: Dicitur aūt per illud tēpus dum tēplum cōstrueretur, quod in die quidē nō pluerit, nocte uero imbres descēderint, quatenus tēpli cōstructio nō prohiberetur. Quod uerbū nostri patres tradiderūt, nec est incredibile, si etiā dei prouidentā aliquis cōsideret. a *Ea die.] Cū occurrisset tēpli dedicatio, regisq́; natalitius dies, quo principatum assumpserat, insignis est celebrata festiuitas.*

b *Quod utinā.] Istud Iudaicū est, nam expectat gens illa misera in hodiernū usq; diē tertium templum, quod futurū existimat sub Meschia.*

CAPVT XXVII.

Factum est autem post ista, ut egrederētur filij Herodis regis Iehuda è Roma, quos ei genuerat Marimi uxor eius, quorū unus Alexander & alter Aristobulus uocabatur: & uenientes adolescētes pleni fuerunt furore & ira propter matrē suam interemptam. Ha-

buerunt

buerũt autem ſecum copias quaſdam ualidas de cognatione uxorum. Nam Alexander duxerat uxorem Glaphiram filiam Archelai regis Cappadócũ, & Ariſtobulus accepit uxorem filiam Salomith ſororis Herodis regis Iudęorum. Non autem dederunt honorem regi patri ſuo propter odium quod habuerunt cõtra eum, ob interfectionẽ matris ſuę. At Herodes rex facile potuit cognoſcere ex facie eorũ id quod uoluebãt in corde ſuo. Sed & [a] multi erãt qui regem monebãt, ut ſibi caueret à filijs ſuis, dicẽtes ei, quod illi iugiter meditarentur quo pacto uindicarẽt matrẽ ſuã. Stupefactus ergo rex, uocauit ad ſe Antipatrũ filiũ ſuum, quẽ ſibi genuerat Doſithæa uxor ſua prior, quam habuit antequam regnaret, quæ fuit de familia humili, eiecerat'q; eam Herodes unà cum filio eius ante aliquod tẽpus propter amorẽ Marimi uxoris ſuæ: & uidens ſe odio haberi à filijs Marimi, reuocauit illã in domũ ſuã atq; Antipatrum filiũ eius, cui & poteſtatẽ dedit ſuper totã domũ ſuam [b] inſtituit'q; eum regem poſt ſe. Quoniã Antipater habuit iugiter cõpaſſionem cum rege, dixit'q;: Ego quidẽ ſum de cognatione pauperũ, fratres autẽ illi ſunt de cognatione nobili, ſed quęrunt occaſionem ut te interficiant atq; me. Fuit proinde Antipater ualde aſtutus & cõſiliarius iniquus. Et [c] iratus Herodes rex abijt Romã, comitatus'q; eſt eum [d] Alexander filius eius, & ſtatuens eũ pater ante tribunal Auguſti regis Romanorũ, rogauit ut corã ſe illum pœna afficeret. At Alexander cœpit prudenter loqui corã Auguſto & corã patre ſuo ſedentibus pariter, dixit'q;: Auguſtus Cæſar & pater meus rex in hoc conſentiunt, quod [e] deus præcepit de parentibus honorãdis, ſed nihilominus natura affectum mihi indidit erga matrẽ meam interfectã abſq; ullo crimine, cũ nullum ſit cor hominis ſic formatũ, quod non mœrore afficiatur ob interitũ parẽtum ſuorũ ſed & beſtiarũ atq; iumẽtorum uiſcera cõmouentur erga carnẽ ſuam atq; propinquos ſuos. Et quomodo ego compaſſione & mœrore non afficiar, quãdo recordor matris meæ de qua egreſſus ſum? Abſit autẽ ut cupiam inhonorare patrẽ meũ, cum ſciam magnũ deferendũ patri honorẽ. Et quemadmodum uiolatio materni honoris interficit filiũ, ſic qui inhonorat patrem dignus eſt morte. At Antipater frater meus accẽdit furorẽ patris noſtri cõtra nos, ut ille conetur interficere nos, ſicut interfecta eſt mater noſtra. Dixit & alia multa uerba Alexander, cũ quibus uocẽ fletus & lamẽti emiſit, ut etiam Auguſtus & cũcti principes eius cõmouerentur uerbis eius ad fletum. Et rogauit Auguſtus Herodẽ regẽ Iehuda, ut amplexaretur filiũ ſuum, oſcularetur'q; eum. Cui Herodes obſequutus, benigne inclinatus eſt ad Alexãdrum filium ſuum, amplexans'q; eum oſculatus eſt eum iuxta uerba Auguſti.

¶ *De reditu filiorũ Herodis Ioſippus idẽ ſcribit quod autor noſter. Ioſephus uero latinus ab utroq; diſſentire uidetur. Nam ſcribit in hunc modũ. Eodem tẽpore Herodes ad Italiam nauigauit, Cæſarẽ deſiderans ſalutare, & uidere filios ſuos Romæ degentes. Cæſar quidem amicabiliter eum ſuſcipiens, perfectos ei doctrina filios reddidit: quos ad propria reduxit. Cum uero ab Italia rediſſent, ſtudiũ populi circa iuuenes erat, & conſpicui omnibus facti magnitudine corporis & ornatu regio, forma non deficiente, inuidioſi ſtatim uiſi ſunt Salomæ ſorori regis, & illis qui accuſationibus Mariamnem damnauerant, dum putarent, quod ſi præualerent ultionẽ exigerent de his, quæ in matrem ſuam commiſſa uidebantur.* [a] *Multi erant.*] *Potiſſimum Pherora & Salome monitores erant, ut Herodes ſibi caueret à filijs, qui minime ſuſtinerẽt inultum matris interitũ. Addebãt etiã quod Archelai Cappadocis ſpe niterentur, tanq̃ per illũ ad Cæſarẽ profecturi & patrem Herodẽ accuſaturi. Audiens itaq; hæc Herodes turbatus eſt, & in deiectionem*

 adulescentium

adduleſcentium Antipatrũ filium ante principatum ſibi genitum de priuata uxore illis præponẽs omnia in eum tranſtulit, putans ſic fiduciã filiorũ Marimi in nihilũ redigere, dum crederent alium præter ſe patri ſuccedere. b *Inſtituit eum regẽ.*] *Putauit Herodes prouectione Antipatri filios Marimi deponere ſuperciliũ, eoſq́; poſſe cõuerti ad meliora. Quod tamen nõ ſic euenit. Nam pueris omnino ſua deiectio grauis apparuit. Qua Antipater fiducia potitus quam prius nõ habuit, feſtinauit fratres affligere eorũq́; accuſatoribus cõſentire, & patris animũ in fratres accẽdere.* c *Iratus Herodes.*] *Ioſephus ſcribit, Herodẽ miſiſſe Antipatrũ ad Romam, multiſq́; amicis Antipatrũ ſuis ſcriptis cõmendaſſe. Interim uero Antipater contriſtabatur, quod abſens fratres ſuos nõ ualeret accuſare. Timebat enim ne mutatus pater, modeſtius filios Marimi diligeret. Vnde cõtra fratres frequẽter ſcribens, uereri patris interitũ ſimulabat, uſq́; quo Herodem ad tantum iræ perduxit, ut iam aperte contra filios niteretur. At ille, ne tantũ facinus perpetraretur, melius putauit Romã nauigare, & filios apud Cæſarẽ accuſare, nihilq́; ſibi tale permittere, quod propter magnitudinem impietatis periculoſum exiſteret.* d *Alexander.*] *Ioſephus dicit Herodem filios ſuos præſentaſſe, & inſolentiã audaciamq́; eorũ accuſaſſe, quod feſtinaſſent patrẽ ſuũ perimere, & regnũ tyrannico more inuadere. Vterq́; ergo filius ſecundũ Ioſephum fuit ante tribunal Cæſaris.* e *Deus præcepit.*] *Habet hæc oratio Alexandri apud Ioſephum aliud penitus argumentũ: eſt & longe prolixior, ſubijciturq́; in fine: Petebat Cæſar Herodem, ut omnem opinionem abijciens, recõciliaretur cũ filijs, dum nõ eſſet credibile ab eis ſcelus hoc potuiſſe committi. Cũ hæc perſuaſiſſet, iuuenibus innuit, ad ueſtigia patris ſeſe proijcere. Qua ſupplicatione pater eos lachrymabiliter eſt amplexus: quod cernẽtes qui aderãt, flexi miſeratione, in lachrymas facile proruperũt. Illi autem gratias Cæſari agentes, pariter diſceſſerunt, & unà cum his Antipater, ſimulans lætitiam pro eorum reconciliatione celebrata.*

CAPVT XXVIII.

TRadidit autẽ Auguſtus rex Romanorũ Herodi regi Iudæorũ argentũ & aurũ, munus magnificũ, rediensq́; rex uenit Ieroſolymã, & cõuocato populo loquutus eſt in auribus eorũ dicens: Audite ſocij mei, ego abiens Romã perueni ad Auguſtũ, adiũctusq́; ſum illi in iudicio, ut unà cum illo ſententiã ferrem, quã ſolus ferre nolui, quis ſcilicet filiorũ meorum regnaret poſt me, & decreto ſtatuimus ille & ego, ut ſint tres filij mei [a] collegæ in regno, præſintq́; regno omnes tres poſt me. Nam Antipater eſt primogenitus, ſed mater eius nõ fuit de cognatiõe nobili, Alexander uero & Ariſtobulus ſunt de familia clara propter matrẽ ſuam, & ob id iſti non imperabunt ſuper iſtum, nec iſte imperiũ habebit in illos, ſed erũt tres ipſi collegę. Et uos quidem hodie teſtes eſtis corã domino, quod tradiderim regnũ tribus filijs meis. Quoniã regnũ magnũ & terrã late patentẽ conceſſit dominus. Date ergo gloriã filijs meis, præſertim ignobiliori, dum ego ſum in uita, & ſeruate amicitiã cũ eis atq; cũ deo dante retributionẽ unicuiq; ſecundũ opera eius. [b] Cauete à lingua mala & ab operibus malis, et ne multiplicaueritis uerba cũ filijs meis, quia uerba multa & protractio cõuiuij inducunt hominem in conſiliũ malum. Verba enim introducunt in cor hominis indignationẽ, & ex ipſa indignatione labitur homo in cogitationes malas. Nam ſicut uentus tempeſtuoſus incidẽs in tranquillum mare turbat ipſum, ſic uerba inquietum reddunt cor hominum. Vos autem principes mei & fortiſſimi milites, date conſilia bona filijs meis, & loquimini ad eos uerba bona ne præuaricentur in patrẽ ſuũ atq; peccẽt. Et uos quoq; filij mei honorate patrẽ ueſtrũ, quatenus prolõgetis dies ueſtros, & diligat unuſquiſq; fratrẽ ſuũ. Oſculatus eſt autẽ rurſum tres illos coram populo, & colligauit eos uinculo

amicitiæ,

amicitiæ, deferensq́ populum abijt unusquisq́ in uiam suã. Non tamẽ quieuit æmulatio in domo Herodis, eo quod filij Marimi dixissent, non decet ut Antipater sit collega noster, cũ sit de cognatione humili. Sed Antipater fuit ualde astutus in malo, nam præsentibus fratribus simulauit amicitiam, locutusq́ est cum eis pacifice, ponens interim insidiatores, qui auscultarẽt uerbis fratrum suorũ, nunciarentq́ patri eorũ. Insidiatores ergo, ea quę locuti sunt adolescentes, & quæ nõ sunt locuti indicauerũt, data eis mercede ab Antipatro. Fecit enim Antipater opera nõ bona, habens cõmertium cum impijs, eligens cõsiliarios pessimos & amans cõsessum adulatorũ & uiam peccatorũ, seditq́ iugiter cum eis in cõuiuijs, & mercede cõduxit eos ut falsum testimonium dicerent contra fratres suos, nempe quod illi conarentur interimere regem patrẽ suum. Venientes ergo isti indicauerũt regi talia in præsentia Antipatri. Sed Antipater respondit dolose coram patre suo dicens: Ne credas rex sermonibus istis, quia non est malum istud in corde fratrũ meorũ. Fefellit ergo in hunc modũ regem, ut ille crederet ei, innixumq́ est cor regis astutiæ & dolo eius. At ille rursum subordinauit quosdã cõtra fratres suos qui accusarent eos, pręsertim Pherorã fratrẽ regis & Salomith sororẽ eius, cui rex singulis annis dabat centũ talẽta de prouincia quę erat sita ultra Euphraten fluuium, dilexitq́ eum ualde, dans ei uxorem sororẽ uxoris suæ: & cum illa mortua esset dedit ei filiam suã in uxorẽ. Sed cum Pherora incaute semel loquutus esset de [c] cõcubina eius, indignatus est cõtra eum rex. Fuerunt etiam qui accusauerunt eum, perinde quasi cõtenderet potare regem ueneno mortifero. Sed & Salomith sororẽ eius accusauerunt, afferentes illam misisse epistolam [d] ad Silęum hostẽ regis, ut fornicaretur cum ea. At Pherora & Salomith cito in gratiã regis sunt suscepti, omnisq́ furor regis in Alexandrum effusus est. Nam Antipater mercede cõduxerat impios, qui dixerunt regi: Vidimus Alexandrũ stantem & habentem gladium euaginatũ in manu sua, ad interficiendũ Antipatrũ fratrem suũ. Clamans ergo Antipater ad regem, ait: Pater mi tu nosti, quod in hanc usq́ horã subsidio fui fratribus meis, locutusq́ sum coram te bonum de eis: & ecce Alexãder frater meus surgens uoluit occidere me. Superueniẽtes deniq́ [e] tres eunuchi, quorum unus erat Pincerna regis, alter inferebat paropsides ante eum, & tertius custodiebat lectũ eius, dixerunt ad eum: Dedit nobis munera, dixitq́ ad nos: quamdiu fiduciam habetis in sene illo, de cuius capite ceciderunt pili præ nimia senectute? Adhærete mihi & facite uoluntatẽ meam atq́ occidite patrem meum, & dabo uobis diuitias multas, si obtinuero regnum. Nam habeo manum ualidam præ cunctis potentibus Iehuda.

¶ a *Collegæ.*] *Iosephus sic habet: De regno potestatẽ concessit, quem uellet filiorũ successorem relinquere, uel partiri unicuiq; regnum, ut ad omnes perueniret. Illo tamen uiuente, hoc agere non permisit, dicens: oportere eum dum uiueret, & regni & filiorum dominationem possidere.*

b *Cauete.*] *Hæc omnia usque ad, Osculatus est autem, &c. non habentur in Iosepho neq; in Iosippo.* c *Cõcubina.*] *De hac sequẽti dicetur capite.* d *Ad Silæũ.*] *Fuit hic Silæus Arabs, dispensator regni Arabum. Cumq; pro causa quadam uenisset ad Herodẽ, incidit in amorem Salomith, quam & rex illi dedisset in uxorem, si circumcisionem admisisset.*

e *Tres Eunuchi.*] *Hic Iosippus & Iosephus aliter q̃ autor noster sentire uidentur. Iosippus enim sic habet: Substituit & alios pueros de pueris regis, qui testificarentur contra Alexandrum,*

quod

quod dederit eis magna munera, ut alliceret eos ad illicitum concubitum. Iosephus autem in hunc modum scripsit. Fuerunt eunuchi regi, propter pulchritudinem non mediocriter acceptabiles, quorum unus Pincerna, alter infertor, alter uero lectuli regis creditarius, qui & consilio eius intererāt. De quibus nunciauit quidā regi, quod hi ab Alexandro multis pecunijs corrupti essent. Qui requirenti regi, de facta quidē cōmunione uel permixtione cōfeßi sunt, aliud uero nihil acerbū scire de patre dixerūt. Cumq; magis torquerentur, & in neceßitatibus essent, semperq; ministri atroces in eos insisterent ad gratiam Antipatri hoc confeßi sunt, quod odium circa patrem & inimicitias Alexander haberet, & persuaderet eis Herodem quidem spernere, &c.

CAPVT XXIX.

Quæ cū audisset Herodes, exarsit intra ipsum furor eius, cepitq; plurimos ex seruis suis & occidit multos, sed & Alexandrū filium suum cepit & constrinxit catenis & cōpedibus ferreis, posuitq; in carcerem. Cepit etiam multos ex seruis suis qui amicitiam habebant cum Alexandro, & iussit ut percuteret eos, torquerentq; crudeliter donec dicerent ueritatē & reuelarent secreta cōsilia quę habuerant cū Alexandro. Multi autem eorū nihil cōfitentes, mortui sunt uarijs pœnis & cruciatibus horrēdis: unus tamen ex eis nō ualens sustinere torturam illam, ait: uerū est quod Alexander & Aristobulus inierunt consilium ad interficiendū regem [a] tempore prandij, ut cum rex animū suum posuerit ad cibū sederitq; cōfidenter in mensa, Alexander & Aristobulus irruentes in eum gladijs euaginatis interficiāt regem, fugiantq; Romā & saluent animas suas, si forte inueniāt gratiā in oculis Augusti regis Romanorū & ab illo impetrent exercitū, cum quo expugnent Antipatrū filium regis. Quæ cum audisset rex [b] credidit, & illico cōprehendens Aristobulū ligauit eum catenis cum Alexandro fratre eius. Vidensq; Alexander se abominabilem factū coram patre suo, scripsit quatuor epistolas, in quibus signauit uerba acerba, accusans cōsiliarios Antipatri fratris sui & Pherorā fratrem regis atq; Salomith sororē regis. Ait enim: Verū est, ego peccaui, sed Pherora & Salomith incitauerunt me ad facta ista. Nam Pherora inimicus est regis ab ea die qua cōtentionem habuit cū uxore sua filia regis propter cōcubinam eius, quam rex sustulit de domo eius. Ab ea inquam die & deinceps hostis fuit regis. Scripsit & alia multa uerba cōtra eū, sicut & Salomith accusauit de fornicatione quā cōmisit cum adolescente quodā. Scripsit deniq; multa cōtra principes regis & cōsiliarios eius, & misit ea ad regem. In tēpore illo [c] uenit Archilaus rex Cappadociæ, pater Glaphyræ uxoris Alexādri, ut eriperet generū suū de manu Herodis per prudentiā & astutiā suā, sciens q illum precibus liberare nō posset. Factūq; est cū uenisset ante conspectū Herodis regis, ut clamaret ex indignatione & diceret: [d] Viuit ne adhuc gener meus Alexāder homicida ille? ubi est ille? Ego uolo manibus meis auferre ab eo caput eius, eo q nō pepercerit patri suo: quanto minus pepercisset mihi? Ostendite mihi ubi sit, & ego tollam manibus meis filios uiscerum eius, & filiam meam tradā uiro alteri, si illa non communicauit cum eo in malicia. Si autem particeps est maliciæ eius, morietur & ipsa. Nam ego non dedi eam ut auxilium ferret homicidę. Miror ego ô rex de te, si ille adhuc uiuit. Sed deus uoluit me adducere ut sociarer tibi in ultione ista. Nam eo die quo tu interfeceris filium tuū, ego quoq; interficiam filiam meam, quoniā in manum tuam tradidi eam, ut esset

quasi

quaſi filia tua, ſed quia amat hominem impium & prǫuaricata eſt in te, digna eſt iudicio mortis, ob id potiſſimũ quod nõ indicauit tibi cõſilia impij hominis. Feſtinemus itaq; & interficiamus utrũq;, quia nõ ſunt digni ut illorũ miſereamur. Quod ſi tu miſeratione mouearis erga filium tuum, ueni & permutemus inuertamusq́; officia, tu interfice filiã meã & ego interficiã filiũ tuum homicidam. Audiẽs ergo rex uerba Archelai, credidit uerbis eius, quieuitq́; paululum furor eius quẽ conceperat contra filios ſuos. Et acceptata amicitia Archelai, placuit ſibi cõuiuari cum eo. Interim autẽ quo amice in menſa confabulabãtur, rapuit Archelaus rex Cappadociæ animũ regis, ut crederet ſeſe ei tanquam fratri ſuo. Et uidens Archelaus rex Cappadociæ ſe inueniſſe gratiam in oculis Herodis, locutus eſt aperte dicens: Pone cor tuũ ad uerba mea ô rex Herodes. Ob quid quæſo conati ſunt filij tui mittere manus in regem? Quid non habuerunt à te? Non defuit eis aurũ & argentũ, nec aliquid aliud niſi regnum: quin & regnũ dediſti eis. Non ergo ipſi cogitauerũt cõtra te malum, niſi ex cõſilio impiorũ, præſertim cõſilio Pherorǫ fratris tui. Nam quemadmodum incitauerunt te cõtra filios, ita incitauerunt filios contra te, rapientes tam animũ eorum quàm animũ tuum, præſertim cum ſis ſenio confectus, & cupias eſſe in quiete, illi ſeminãt diſcordias in domo tua inter te & inter filios tuos, ne poſſis uiuere in pace & quiete. Ipſi inquam peſſimi ſunt conſultores & ſeminatores diſcordiarum, hoc unum agentes ut perdãt ſeniũ tuum & exterminẽt filios tuos. Credidit itaq; rex uerbis Archelai & ſopitus eſt furor eius contra Alexandrũ atq; Ariſtobulum, & exarſit indignatio eius uehementer contra Pheroram fratrem ſuum.

¶ a Tempore prandij.] Diſsidet iſte locus à Ioſepho latino in quo ita habetur: Cum aliquis ex pluribus tortis retuliſset, quod cognoſceret adoleſcentẽ, cum laudaretur corporis eius magnitudo uel ſagittandi peritia, hæc ſibi dixiſſe potius bona naturæ officere, dum pater inuideret, & idcirco ambulando cum eo ſeſe humiliare, ne longior appareret, in uenationibus uero cum ſagittaret, illo præſente non recte iaculari propter genitoris inuidiam, quam de gloria ſua haberet. Cumq; uerbum ſcrutaretur, & remiſsio pœnarũ corporis interueniſſet, addebat, quod fratrem Ariſtobulum conſciũ haberet, ut in uenatione patrem perimentes, ad Romã cõfugerent, regnumq; peterent. b Credidit.] Remittẽs uero atrocitatẽ ſuam non credebat ea quæ audierat, nihilq; exiſtimabat dignum pro inſidijs ex his conflatum apparuiſſe, ſed querela erat uel iuuenilis temeritas: & quod manifeſte interficientes eum Romã cõfugerent, non ueriſimile uidebatur. c Venit Archelaus.] Ioſippus aſſerit Archelaũ uocatum per literas Alexandri. d Viuit ne adhuc?] Archelaus cupiens Herodem ab inſania reuocare, aliũ tenens ordinẽ, iuueni interminabatur & Herodẽ mitem dicebat, dum nihil temerarie feciſſet, matrimonium quoq; filiæ ſoluere ſe promittens, & nec ipſi parcere, ſi in aliquo reperta illi cõſcia non indicaret. Cũ talẽ præter expectationem Herodes Archelaũ uidiſſet, & quia plus ipſo furorem ſuum demonſtraſſet, rex ab iracundia mutatus, dum putaret iuſte acta quæ feciſſet, paulatim ad patris affectum redijt.

CAPVT XXX.

Videns autem Pherora frater regis cõtra ſe excitatũ furorem regis, aduertẽs etiã regem obtẽperare Archelao, rogauit Archelaũ ut pro ſe loqueretur ad regẽ, auferretq́; indignationẽ regis à ſe. Cui reſpondens Archelaus ait: Ego loquar cũ rege. Sed tu cũ ueneris ad regẽ, ne cælaueris iniquitates tuas, quin magis cõfitere, quicquid egiſti, & quomodo diſcordias diſſeminaueris inter regẽ & fi-

lios

lios eius. Veniens itaq; Pherora ante cõſpectum regis Herodis, cecidit ante illum in terram ad pedes eius, & cõfeſſus eſt omnia quę fecerat, dixitq́; propter concubinam meam, quam rex abſtulit à me, ira commotus feci iſta. Tũc ait Archelaus ad regem: remitte quæſo offenſam fratri tuo, quoniam uterq; egreſſi eſtis ab utero uno. Eſt & mihi frater qui peccauit in me, ſed ueniã dedi ei. Quid enim poteſt homo facere contra ſe atq; contra carnem ſuã? Et certe ſi dolet homini manus aut pes, curat ut remedium adhibeatur ei, cum non conueniat ut homo temere reſecet membrum de corpore ſuo. Obtemperans itaq; rex Archelao, offenſam remiſit fratri ſuo & ſuſcepit in gratiã. Dixit autem rex: uenisti ad nos ceu medicus qui ægrotum ſanat, ſic tu ſanaſti & compeſcuiſti omnem furorem qui fuit in corde meo contra filios meos & contra fratrem meum. Et nunc ego uiciſſim rogo te, ut remittas offenſam filio meo Alexandro, & non tollas ab eo filiam tuam, quia ego amo eam ſicuti filiam meam. Et præterea Alexander filius meus non eſt homo prouectæ ætatis, filia autẽ tua eſt mulier prudẽs, quæ caſtigare poterit eum, ſi tale quid molitus fuerit, & ille obtemperabit ei & nõ peccabit. Reſpondens autem Archelaus dixit ad Herodem: Dimitte me, ut accipiam filiã meam ab eo, tradamq́; eam uni ex ſeruis tuis, non enim relinquam eam apud Alexãdrum, eo quod perfecto odio oderim eum. Ait rex Herodes ad regem Cappadocię: Dimitte quæſo hac ipſa die iniquitatẽ eius & propitius eſto ei. Reſpondit Archelaus: faciam ergo iuxta uerbum regis. Poſt hæc acceſſerunt Alexander & Ariſtobulus, & amplexatus eſt eos rex atq; oſculatus, ſed & Ariſtobulus amplexatus eſt & oſculatus patrẽ, uerſusq́; eſt mœror in gaudium & cõuiuium. Hac induſtria liberauit Archelaus Alexandrũ de manu patris ſui. Herodes autẽ facto conuiuio magno, dedit Archelao ſeptuaginta talenta auri & lectũ aureum, in quo erant pręcioſi lapides, eunuchos quoq; elegãtes & cõcubinam ſuam, quæ erat mulier formoſa & pulchro aſpectu nomine Phanichos, præcepitq́; cunctis principibus ſuis, ut offerrent ei munera. Qui regi obedientes dederũt ei diuitias magnas, comitatusq́; eſt eum rex uſq; ad Antiochiam, & inde reuerſus uenit ad domum ſuam in pace.

¶ *Nihil eorũ quæ in hoc tractantur capite inuenies apud Ioſephum latinum, excepto initio & fine.*

CAPVT XXXII.

Poſt hæc cõtigit, ut uir quidã Lacedæmonius nomine Eurycles ueniret Ieroſolymam, homo auarus, & amator auri, qui obtulit regi munus, cui rex uiciſſim duplicia & nihil amplius pro munere eius dedit. Stans autem ille ante regem et miniſtrans ei, inuenit gratiã in oculis eius, deputauitq́; eum rex inter cõſiliarios ſuos. Aduertit proinde Eurycles odium quod erat inter Antipatrum primogenitum regis & Alexandrum atq; Ariſtobulum filios Marimi, & inſtituebat Antipater Euryclem, ut mala conflaret fratribus ſuis. Adulabatur proinde Eurycles Alexandro huiuſcemodi uerbis: Dignus tu es, qui regnes ſuper omnem Iehudã, eo quod uir ſis electus & fortis, natus de familia nobili, nec decet ut cõſortem in regno habeas Antipatrũ, cuius mater eſt de cognatione humili. Reſpondens autem Alexander aperuit ei totum cor ſuum & aſtutiã Archelai, qua ille liberauerat ipſum de manu patris ſui. Inſinuauit quoq; Alexander Eurycli uerba quædam de patre ſuo. Tunc ueniens Eurycles ad

regem

regem Herodem, cœpit sic loqui: indecorum esset mihi ô rex si obticerem omnia mala, quæ uideo pullulare in domo tua. Nam dixit mihi Alexander filius tuus: quãdiu differt deus ultionem suam in patre meo, qui occidit matrem meam? Manifestauit etiam ei consilium, quod Archelaus socer Alexandri de occidendo Herode dictauerat dicens, quod ille ulturus esset sanguinem matris suæ & progenitorum suorum quos occiderat, adiecitq; & alia uerba, quæ Alexander adolescens non fuerat loquutus. Ait proinde Eurycles: notum sit tibi ô rex, quod filij tui cõsilium inierũt cum ducibus militiarum tuarum, ut cum tu sederis in quiete, illi irruentes interficiant te. Inquisitionem ergo faciens rex, inuenit schedam unam scriptã sub nomine Alexandri & Aristobuli, missam ad quendam principem, qui præerat ciuitati uni, in qua sic continebatur: Occidemus patrem nostrum & confugiemus ad te, ut tuti simus in medio ciuitatis, donec cõgregauerimus uiros pro defensione nostra. Capiens autem rex principem ciuitatis, ligauit eum crudeliter, adegitq; ad cõfessionem. At cum ille nihil confiteretur nec quicquam ex eo deprehenderetur, præcepit rex, nimio repletus furore, Alexandrum & Aristobulum filios suos uinculis innodari, datisq; Euryclí quinquaginta talentis auri, abijt ille in uiam suam. In diebus illis arripuit Herodes iter uersus Tyrum, quę est iuxta mare. & abijt inde Cæsaream, & quocunq; perrexit [a] duxit secum filios suos, uinculis constrictos. Miserti autem sunt eorum equites & milites eius, at ipse nullam habuit erga proprios filios commiserationem. Cæterum fuit in medio militię regis uir quidam animosus & bellicosus, qui à pueritia sua exercitatus fuerat in prælijs, consenueratq; in bellicis exercitijs, cuius nomen erat Tyro, & hic habuit filium qui erat amicus & socius Alexãdri filij regis, propterq; amicitiam filij sui misertus est super Alexandrum filium Herodis regis, dum uideret eum sic circunduci in cõpedibus ferreis.[b] Clamans ergo uoce magna ait: Perierũt miserationes, desijt compassio, & ablata est ueritas. Dixit preterea ad Herodem regem: uæ patri qui nullam compassionem habet ad filios uiscerum suorum sicut tu facis, qui fidem adhibes consiliarijs impijs, qui inimicãtur tibi, conantes auferre filios tuos à conspectu tuo, ut tu solitarius & destitutus filijs remaneas, & ipsi postea surgãt aduersum te & interficiant te. Vbi sapientia tua ô Herodes? ubi cor tuum, ut non aduertas quomodo tibi imponunt consiliarij tui iniqui, qui te incitant ad fundendum sanguinem filiorum tuorum? Cessante autem Tyrone loqui ad regem, dixerunt cõsiliarij regis ad ipsum regẽ. Notum sit tibi rex, hunc non protulisse sermonem istum, nisi ut ostẽderet inimicitias cordis sui contra te. Nam Tyro iste dedit tale consilium [c] barbitonsori tuo, dicens ad eum: cum raseris barbam regis, stringes nouaculam acutam in collum regis & interficies eum, dabitq; tibi Alexander filius regis pro mercede facti tui diuitias magnas. Quo audito, præcepit rex ut comprehenderẽt Tyronem & Tryphonem, qui solebat radere barbam regis, & utrunq; crudeliter & exquisitis pœnis torquerent.

¶ *Licet Herodis domus nunquam careret malo, etiam cum omnia tranquilla esse uiderentur, tamẽ malum illud ex aduentu Euryclis pessimi parasiti magis præualuit. Is enim multis donis fauorem Herodis comparauit, ut inter necessarios amicos deputaretur. Et manens apud Antipatrum, aditum & consuetudinem cum Alexandro habebat, semperq; dicta uel facta notabat, ut exinde posset accu-*

o *sationibus*

sationibus consertis gratias Herodis conquirere. Alexander uero fidelem illum sibi existimans, dolens de his quæ paßus fuerat, narrauit ei quomodo pater alienatus fuißet, & mater sua interfecta ab eo perißet, Antipatrum autem sibi præposuisset, & quemadmodum ille intolerabilia de eo patri dixißet, & ad odium illum incitaßet, ut nec conuiuijs eos nec conuentu dignaretur. Cumq; dolens talia defleuißet, statim Eurycles Antipatro omnia nuntiauit, corruptusq; Eurycles muneribus Antipatri, iubetur ea quoq; Herodi explanare. Quod cum fecißet, animum regis immutabili odio filiorum compleuit. Qui à rege donationem quinquaginta talentorum accipiens, ad Archelaum regem Cappadociæ profectus, Alexandrum modestum & bonum referebat, multumq; laboraße, quatenus patri eum reconciliaret. Quapropter ab illo quoq; multa dona suscipiens recesßit. a Duxit secum filios.] Antequã ueniret ad Tyrum iam in Beryto damnauerat filios, congregato concilio centum et quinquaginta iudicum: coram quibus pater uiolenter perorabat & in approbatione causæ turbabatur, atq; maximi furoris & ferocitatis signa monstrabat. Defendebat tanquam uera, quæ in odium filiorum dicta fuerant, & quæ ipse cõtra filios scripserat legebat, clamauitq; iurãdo, quod melius uita priuaretur, quã talia uellet audire. Deinde quod natura & Cæsare atq; patria lege cõcedente potestatem haberet perimere filios, sed uellet spectare illorũ iudicia. Cum hæc & alia multa rex dixißet, & adulescentes ad satisfactionẽ transißent, uidentes iudices quod modestiã uel reconciliationẽ minime rex aßumeret, potestatẽ ei cõfirmarunt. Quidã tamen sic dãnarunt filios Herodis, ut interficere eos non iustũ arbitrarentur. Alij & morte puniendos pronuntiarunt. Hac accepta sententia, Herodes ad Tyrũ peruenit, ducens secum miseros adolescentes. b Clamans.] Inter multitudinẽ primum clamabat, quod perißet ueritas, quod iusticia ab hominibus recesßißet &c. Deinde adiens regem aiebat: Non poßũ rex continere pro tali dolore audaciã meam &c. c Barbitonsori.] Iosephus dicit Tryphonem tonsorem inuenta occasione adijße regem, dixißeq;: Suasit mihi Tyro sæpius, ut regem tondens, guttur eius inciderem &c.

CAPVT XXXII.

ET uidens filius Tyronis patrẽ suum tam crudeliter affligi, cõmota sunt uiscera eius erga patrẽ suum, dixitq; ad regem: si uolueris mitius agere cum [a] patre meo & illi deinceps parcere atq; propicius esse, ego referã tibi omnia, pãdamq; secreta queq;. Ait rex: En parco patri tuo & non torqueo eum amplius, ut mihi dicas ueritatẽ. Respondit puer & ait: Verum est quod Alexãder filius tuus incitauit patrẽ meum ad occidendũ te, at pater meus nunquã uoluit inijcere manus in te, & ob id dixit ad Tryphonẽ, ut ille exequeretur facinus illud, sicut audisti. Dixit autẽ puer uerba ista, ut eriperet patrẽ suum, tametsi nihil ei profuerit cõmentum istud. Cõuocans enim rex omnes principes & ministros suos, retulit illis quid moliti fuerant Tyro & Tryphon, incitauitq; populũ cõtra eos, ut fustibus occiderint in die illa Tyronẽ & filium eius atq; Tryphonẽ coram rege, Alexandrũ autẽ & Aristobolũ filios eius, quos genuerat Marimi uxor eius, iubente rege [b] duxerunt in Samariã, quæ tunc uocabatur Sebastia, & suspenderunt utrunq; in patibulo, præcipiente rege patre eorũ, mortuiq; sunt. Tunc lætatus est Antipater filius Herodis de interitu fratrũ suorum, propter quod concitauit odiũ totius populi cõtra se, nec destitit à uersutijs & consilijs animi sui pessimis. Nam cœperũt Iudæi magnificare filios Alexandri atq; Aristobuli interfectorũ. Fuerũt autem filij Alexandri Tigranes & Alexander, iuxta nomẽ patris eius, quem genuerat ei Glaphyra filia regis Cappadociæ. Porrò filij Aristobuli fuerunt hi: primus uocabat Herodes, & secundus Agrippas, tertius

uero

uero iuxta nomen patris eius uocabatur Ariſtobulus,quem genuerat ei Bere-nice filia Salomith. Duæ quoq; erant filię,quarũ prima uocabatur Aridadã, & ſecunda Marimi. Et cum Antipater intuerẽt pueros, uideretq́; cor regis cõuerſum ad eos propter duos filios eius interfectos,contigit quadã die ut congregaret rex principes & milites ſuos,diceretq́; eis: ſcio quod peruenerim ad ſeniũ & appropinquauerint dies finis mei, & intueor iugiter pueros filiorum meorum interfectorũ,nec ualeo eos ſine lachrymis & fletu intueri, quia ego ſum cauſa huius fletus, & cacaui mihi malũ iſtud, auferendo eos à conſpectu meo in furore meo: & nũc quidẽ [c] miſereor puerorũ,ob id quod paruuli ſunt & orphani. Vnde neceſſe eſt ut habeant tutores qui ſint loco patrum. Dixitq́; ad Pherorã: deſponſa filiã tuam filio Alexandri primogeniti,& ſis ei loco patris. Ad Antipatrũ uero ait: fili mi,accipe filiã Ariſtobuli & deſponſa eam filio tuo maiori: ſed & filius tuus Herodes minor natu accipiat pro ſponſa aliam filiam Ariſtobuli. Et apprehẽdens rex Herodes manũ unius & manũ alterius, fecit cõnubia,lętatiq́; ſunt omnes qui ſtabant circum regẽ præter ſolum Antipatrũ,qui ualde iratus erat,immutabanturq́; uultus eius ob id quod filius Alexãdri duxiſſet uxorẽ filiam Pherorę fratris regis Herodis,qui habuit potentiã & autoritatẽ magnã. Sed & Archelaus rex Cappadocię auus erat filij Alexãdri: quapropter Antipater timuit,ne forte auxiliũ ferrent filio Alexandri, fleuitq́; Antipater iugiter coram rege patre ſuo dicens ad eum: Quid prodeſt mihi quod regnũ tradidiſti mihi,& poteſtatẽ tradidiſti filio Alexandri,quando quidem illi dediſti uxorẽ filiam Pherorę fratris tui, qui & nepos eſt Archelai regis Cappadociæ? Certe ego ſtare nequeo ante hos fortiſſimos principes. Cui reſpondit pater eius. Ego pręcepi ut tu regnes poſt me: quare ergo times, cum regnũ habeas in manu tua? At Antipater non potuit non timere propter tot filios regis Herodis. Habuit nanq; rex Herodes nouẽ uxores, quæ omnes genuerunt ei filios & filias, exceptis duabus, quę ob ſterilitatẽ non genuerũt, alię autẽ genuerunt filios & filias. [d] Doſithea quidẽ uxor eius genuit Antipatrũ,& Marimi alia uxor eius peperit Herodẽ iuniorẽ, alij autem duo filij eius perempti fuerunt. Cæterũ Malthachos alia uxor eius genuit Antipam & Archelaum & filiam nomine Olympiadẽ. Cleopatra uero Ieroſolymitis alia uxor genuit ei Herodẽ & Philippũ. Et Arodiphilos etiam uxor eius genuit ei duas filias,quarum unius nomen erat Roxane,& alterius Salomith. Aliarum uero uxorũ regis nomina erant Phedra & Elpis. Itaq; propter omnes iſtas cognationes regis Herodis,multũ timuit Antipater, aſſociauitq́; ſibi cõſiliarios impios,quibus dedit munera argentea & aurea atq; lapides precioſos, cõiunctiq́; ſimul duo illi Antipater & Pherora conſiliarij iniqui & uiri Belijaal, rogauerunt regem Herodem, circunuenientesq́; eum diſſoluerunt connubia, quæ inſtituerat rex inter filios peremptorum filiorum. Siquidem Antipater & Pherora frater regis hac de cauſa quotidiana faciebant conſilia, & inierunt duo illi conſilia multis diebus.

¶ a *Patre meo.*] *Ioſephus dicit & filium* Tyronis *tormentis ſubditum, ſed non tantis ſicut patrem.* Dicit *etiam incertũ eſſe, utrum ea quæ cõfeßus filius fuerat, ueritate an neceßitate retulerit, ut aliquod perfugiũ in præſentibus malis inueniret.* b *Duxerunt in Samariam.*] *Idem ſentit Ioſippus, ſed Ioſephus dicit filios* Herodis *in Cæſarea ſuſpenſos.* Habet *enim ſic:* Herodes autẽ

licet deliberasset iam dudum filios interimere, tunc tamē festinauit crudelitati suæ finem imponere et in concione producens, trecentos priores militū reos factos, cum Tyrone filioq; eius & accusatore tonsore, criminabatur coram omnibus. Et illos quidē multitudo peremit: Alexander autē & Aristobulus in Cæsareā tracti, patre præcipiente laqueo perimuntur. c *Misereor puerorū.*] *Videns Antipater patrem teneri compaßione ad nepotes, non cessabat circa infantulos ea uoluntate uersari, qua circa fratres quoq; fuerat agitatus. Incitabat autē eum studium patris, quod circa infantulos gerebat, sperans eos maiores ac meliores suis fratribus fore, præsertim cum in uirilem ætatem prorumperent, Archelao etiam auxiliū nepotibus præbituro, uiro in regni culmine constituto. Hæc cum Antipater aduerteret, quietum animū habere non potuit, & tamē publice nihil agere audebat, sed omnia per insidias & calliditatē. Erat autem ad fingendas amicitias callidißimus, & ad odium dißimilandū ualde credibilis, & ad cælandum semetipsum astutißimus.* d *Dosithea.*] *Iosephus uocat eam Dosim & in primo de Iudaico bello libro, Doridem, fuitq; nata ex obscura progenie. Secunda uxor fuit Marimi, & tertia Malthachos ex gente Samaræorū. Quarta uero fuit Cleopatra, cuius filij Herodes & Philippus Romæ educabantur. Quinta fuit Arodiphilos, sexta Phedra & septima Elpis. Aliæ duæ hic omittuntur. Iosephus uero ita enumerat eas: Herodi regi ea tempestate nouem erant uxores, nempe Antipatri mater, filia pontificis, Simonis scilicet Boethi, fratris filia, neptis alia, Samaritis, Cleopatra, Pallas quæ Phaselum peperit, Phædra & Helpis. Sed præstat hic Herodis succeßionem signare, ne Herodum multiplex commemoratio lectoribus confusionem pariat.*

Herodes Ascalonita seu magnus genuit ex uxore
- *Dosi seu Dosithea, Antipatrum*
- *Marimi*
  - *Aristobulum, cuius filij & filiæ*
    - *Agrippa post Philippum tetrarcha & rex Herodes. Hunc corroserūt uermes Act. 12.*
    - *Aristobulus*
    - *Aridada, uxor Philippi & cōcubina Herodis, quā Herodiadē uocāt, Marci 6.*
    - *Marimi*
  - *Alexandrum, cuius filij*
    - *Tigranes*
    - *Alexander*
  - *Herodē iuniorē, qui mortuus fuit ante occisionē Antipatri, relicto filio Antipatro nomine, cuius mentio fit infra Cap. 43.*
- *Maltache*
  - *Antipam qui & Herodes, qui baptistam interfecit*
  - *Archelaum*
  - *Olympiadem*
- *Cleopatra*
  - *Herodem*
  - *Philippum tetrarcham*
- *Arodiphilo*
  - *Roxanam*
  - *Salomith*

  Has duas filias Iosephus asserit natas ex Phædra & Helpi.

Caput

CAPVT XXXIII.

FActum est proinde quadã die, ut rex Herodes [a] indignaret con-tra Pherorã fratrem suum, diceretq́ꝫ illi: Vade in domum tuam, & caue ne appareas amplius in cõspectu meo. Abiens ergo Phe-rora sedit in domo sua, & faciem regis non uidit. Antipatrũ uero filium suum misit rex Romã ad Augustum imperatorẽ, ut saluta-ret eum pacifice, misitq́ꝫ ei munus magnificũ. In diebus illis ęgrotauit Phero-ra frater regis morbo suo, quo & mortuus est, & misit ad regem Herodẽ, ro-gans ut ad se ueniret in domũ suam, impartireiq́ꝫ gratiã domui suę atqꝫ filijs su-is. Misertus autẽ rex super fratre suo, abijt ad eum & fleuit super eo. Mortuoq́ꝫ Pherora, fecit super eo lamẽtum magnũ, & introductũ in Ierusalẽ sepeliuit in sepulchris patrum suorũ cum magno honore. Cum autẽ rex recordaretur [b] ru-moris quem antea audierat de fratre suo, quomodo ille instituisset eum pota-re ueneno mortifero dum adhuc uiueret, studebat inquirere rei ueritatẽ, & ob id coniecit in uincula eunuchos fratris sui atqꝫ ancillas eius, præcepitq́ꝫ eos cru-deliter torqueri, exquisitis, uarijs & pessimis pœnis & flagris. Tunc una an-cillarum cõstituta in pœnis uociferãs dixit: Deus uniuersi mundi, in cuius ma-nu est omnis uiuentis anima, uirtus & robur, libera nos à crudelitate ista, quo-niam sine causa morimur & absqꝫ culpa. Deus mundi, cõuerte hanc iniquita-tẽ in caput Dositheæ uxoris regis & matris Antipatri, quę machinata est no-bis omnia mala ista, dum iugiter instrueret conuiuia in domo sua Pheroræ fra-tri regis & Antipatro filio suo, existẽtibus eis cõtinuo in cõuiuio, & uenienti-bus ad domũ Dositheæ matris Antipatri & sedẽtibus per totam noctẽ ad po-tandum & excogitantibus consilium contra regem, ut scilicet Antipater abi-ret Romam, Pherora autem maneret cum rege & pręberet ei potum ueneno mortifero mixtum, quo sic rex occideretur, & postea ueniens Antipater è Roma occuparet regnum. Nam dixit Antipater: Nisi interfecerimus eum, non euademus manũ eius, sicut nec filij eius liberati sunt de manu eius, quos ipse interfecit. Cui enim parceret ille, qui non pepercit uxori suæ prædilectæ atqꝫ filijs eius? Certe aliud nihil facere possumus, quàm ut elongemur ab eo, fugiamusq́ꝫ à facie huius pessimę bestię. Instituit quidem me regem, sed non sine dolo. Quando enim regnaturus sum? Dum adhuc iuuenili fruor ætate? Et iam quidem cõsenui, & cœperunt crescere in capite meo pili cani. Et quis scit qui prior moriatur inter me & illum? Sed & pueri, filij fratrum meorum peremptorum iam incipiunt crescere, & fit sicut cum quis resecat caput ser-pentis, ille autem reuiuiscens rursum mordet. Sic filius eius minor, Herodes scilicet, quem genuit Marimi, amatur plurimũ à patre meo, & ego scio quod non tradet mihi regnum sed illudit mihi, quæritq́ꝫ non cõmodum meum sed malũ, cum hostis sit omniũ filiorum suorum, uxorũ, fratrum & totius cogna-tionis suæ. Ecce enim odio habet Pherorã fratrẽ suum, qui à pueritia sua ser-uiuit ei, dixitq́ꝫ mihi in secreto, ne habeas amicitiã cum patruo tuo neqꝫ loqua-ris cũ eo, & ego dabo tibi centum talenta auri. Et ut semel dicã, ille hostis est omniũ creaturarũ. Tũc ait Pherora: quis ergo poterit ferre maliciã eius? nisi mutemur in bestias & iumẽta, donec saluemus animas nostras de manu eius.

Nam quomodo poterit ille, qui non pepercit uxori suæ & filijs suis, parcere fratribus suis? Certe hic nō est euasio & liberatio alia quàm dextera nostra & gladius noster. Viriliter agite & confortemur, ut occidamus illum priusquam ipse interficiat nos. Cumq́ omnia uerba ista recensuisset ancilla regi, liberauit animam suam atque animas sodalium suarum à pœnis illis diris, nam credidit rex sermonibus eius propter centum illa talenta, quæ se traditurum Antipatro pollicitus fuerat, nec tunc quispiam adfuerat qui uerbum istud audire potuisset præter solum regem & Antipatrum, ob id inquam adhibuit rex fidem ancillæ Pheroræ.

¶ a Indignaretur.] *Indignatio illa nata fuit ob pessimā Pheroræ uxorem, quæ bonū mariti ingenium euertit, & seminarium discordiarum inter fratres fuit, multaq́; mala suscitauit, propter quæ rex iussit, ut Pherora uxorem abijceret, sic enim non posset charitas fraternitatis imminui. At Pherora affirmabat se nihil iuris ex germanitatis necessitudine detracturum, neque dilectionem coniugis abnuere, eligere se potius mori quā illa muliere priuari, quæ sibi grata constaret. Herodes uero differebat circa Pheroram super hoc iracundiā, Antipatro tamen & matri eius interdixit cum Pherora miscere colloquium uel cum illis mulieribus quæ cum eo erant, obseruarentq́;, ne in unum aliquatenus conuenirent, quod illi profitentes nequaquam obseruabant, sed secreta fecerunt conuiuia donec rex Pheroram ad propria discedere iuberet.* b *Rumoris.] Iosephus asserit non ex rumore sed filiorum Pheroræ querela id Herodi innotuisse. Nam mortuo Pherora duo ex liberis eius uenerunt ad Herodem, postulantes ne inultam relinqueret patris mortem. Querebantur enim illum apud coniugem die proxima antequam ægritudinem incurreret cœnasse & uenenū in cibo sumpsisse, ex eoq́; perisse. His uerbis Herodes excitatus, ancillas tormētis examinat etc. Tūc omnia palā facta sunt & conuiuia & conuentus secreto facti sæpissime, odiū quoq́; quo Antipater cōcitabatur in patrem, & lamentationes quas ad matrem propriam frequentabat, quod tam prolixe pater aduiueret: sibi iam imminere senium, ut etiam ei si regnum ueniret, nō liceret iucunde uiuere per ætatis grauitudinem atq́; molestiam. Ad hæc etiam multos sibi fratres in regno illo coalescere, & fratrū plures filios, ex quibus omnibus minus spem suam tutam haberet.*

CAPVT XXXIIII.

MIttens autem rex Herodes apprehendit œconomum Antipatri filij sui & afflixit eum pœnis crudelibus. Cumq́ ille pœnas ferre non posset, confessus est & ait: Verum est quod Teudion amicus Antipatri filij regis misit ex Aegypto phialam unam paruā plenam ueneno mortifero ad propinandum illud regi, & accipiens Antipater phialā dedit illam Pheroræ fratri regis, dixitq́ ad eum Antipater: cum ego abiero Romam tu propinabis istud patri meo, ne forte dicant de me quod ego occiderim patrem meum. Et accipiens Pherora phialam tradidit eam uxori suę seruandam. Misit ergo rex ad uxorem Pherorę dicens: tolle in manum tuam uasculum ueneni, quod tibi seruandum tradidit Pherora frater meus, & festinanter fer illud ad me. Quod audiens mulier ait ad uiros quos ad se miserat rex: expectate donec tulero uasculum in quo est uenenum mortiferū & ibo uobiscum ad regem. Illa autem ascēdens in cœnaculū domus & in locum tecti ut afferret uasculum, timensq́ue uenire ad regem [a] præcipitauit semetipsam de sublimitate tecti in terram: sed quia non cecidit super caput non est mortua, siquidem à deo id factum fuit, ut talio redderetur Antipatro,

fieretq́

fieretq́ꝫ ei ſicut ipſe fecerat fratribus ſuis. Afferentes autem mulierem in conſpectum regis, poſuerunt eam in lecto coram rege. Ad quam ait rex: Dic ueritatem, neforte lacerem carnem tuam & proijciam eam ante canes. Quod ſi reuelaueris mihi arcanum dixerisq́ꝫ ueritatem, ecce propicius ero tibi & omnibus hominibus domus tuæ. Reſpondens ergo mulier ait: audi ô rex quem deus elegit, & non abſcondam à te nunc rem ipſam. Cui enim ſeruarem arcanum illud, cum Pherora maritus meus mortuus ſit? Quod ſi ille adhuc in uita exiſteret, non reuelarem ſecretum eius, ſed prius traderem ceruicem meam ſpiculatori. Nunc autem cum ille euaſerit manus tuas & migrauerit ad eum locum ubi ſeruus tutus eſt à domino ſuo, quare celarem illud à te? Propter amicitiam'ne Antipatri filij tui impij, qui introduxit me in periculum iſtud? Dixit ergo mulier: recordare quæſo ô rex diei illius quãdo ueniſti ad Pheroram fratrem tuum ægrotantem, qua ægritudine & mortuus eſt, quomodo effuderis lachrymas, ut fratres ſolent flere ſuper ſe inuicem, & cum ueſperi ceſſares, abijſti in domum tuam ut dormires uſque mane, in illa inquam nocte factum eſt, ut uocaret me frater tuus diceretq́ue, Vxor mea: Cui dixi, en adeſt ancilla tua domine. Et ait: uidiſti ne lachrymas, quas effudit frater meus rex? Dixi: uidi. Qui rurſum ait: Captus ſum in retibus impij Antipatri, qui circunuenit & cepit me aſtutia ſua, ſicut auceps irretit auiculam. Nam cogitaueram occidere regem fratrem meum & reddere ei malum pro bono, qui me magnificauit, beneſecitq́ue mihi. Nũc igitur uade & affer phialam in qua eſt uenenum, quod dedit mihi impius Antipater, & effunde illud coram oculis meis in terram, ne forte Antipater inueniat illud & occidat fratrem meum regem. Afferens ergo phialam, effudi uenenum quod erat in ea uidente illo in terram, niſi quod b paululum retinui & reſeruaui in ipſo uaſculo, ut oſtenderem tibi ô rex quod ſollicita fuerim de hodierno die, qui iam tranſijt ſuper me. Leuans proinde mulier manum ſuam, tradidit phialam regi: & accipiens rex phialam de manu mulieris remiſit ei offenſam, præcepitq́ꝫ medicis ut curarent eam, & ſic dimiſit eam in domum ſuam.

¶ *Quis fuerit Antipatri œconomus cuius huius capitis initium meminit, Ioſephus his uerbis explanat. Amplius aduerſus filium iracundiam regis incendebat uir Samarites, Antipater nomine, qui filio regis Antipatro curator extabat. Nam cum alia quidem eius in tormentis aperuiſſet, illud quoque prodiderat, quomodo uenenum mortiferum confecerat, dederatq́ꝫ Pheroræ, iubens ut poſt eius abſceſſum, cum iam ſpacium aliquanti temporis cucurriſſet, ubi ratio prouocaret, patri protinus propinaret, & dicebat attuliſſe illud uenenum ex Aegypto Antiphilum, unum ex amicis Antipatri, tranſmiſſum autem Pheroræ per Theudionem fratrem matris Antipatri, & hoc modo ad uxorem Pheroræ perueniſſe, dante marito ad cuſtodiendum.* a *Præcipitauit.] Ex lapſu non eſt mortua, quod cadens in pedes terra ſuſciperetur. Recreata autem anima perfertur ad Herodem & explicat ei ueritatem, quomodo Antipater induxiſſet Pheroram aduerſus patrem ſuum, conſilia iniqua conſtituens, & quomodo nundinatus eſſet uenenum in eius perniciem.* b *Paululum retinui.] Reſeruauit aliquantulum de ueneno, ut Pherora defuncto, ſi eam rex male fortaſſis attenderet, illo uſa, ſeculi huius neceſſitates effugeret. Sic enim Ioſephus paululum illud exponit.*

Caput

CAPVT XXXV.

IN tempore illo misit rex Herodes literas Romam ad Antipatrū filium suum dicens: Veni absq; ulla mora, quia non ualeo amplius gubernare regnum, & tu non es hic apud me. Fuerunt quoq; in diebus illis Romæ apud Antipatrum filium regis maiorē alij duo filij eius, Archelaus & Philippus, æmulatusq; est eos Antipater & scripsit in epistola ad regem in hunc modum: Etiam isti filij tui inimicātur tibi. Nam locuti sunt de te malum coram Augusto & principibus eius. Ad quę rex rursum scripsit Antipatro filio suo, dicens: Verum est, & ego scio quod ipsi aduersarij mei sunt: tu ergo festina & redi ad me, nec diutius differas aduentum tuum, ducasq; tecum fratres tuos ut ultionem sumam de eis, & te solum constituam regem ante mortem meam. Factum itaq; est à fine [a] septem mensium postquam rex miserat literas, egressus est Antipater de urbe Roma, & perueniens ad ciuitatem quę [b] Tarentum uocatur, audiuit ibi mortuū Pheroram patruum suum, quapropter fleuit & plurimū doluit, nō quidem quod tam charus ei fuerit Pherora, sed quod solus relictus esset & non haberet subsidium ad occidendū patrem suum. Hinc autē soluens, uenit nauigio usq; [c] ad portum Cæsareæ, audiensq; ibi regem abiecisse matrem suam ne esset domina, expauit stupore magno & fleuit, sciens detectū arcanum suum. Vnde cogitauit per nauem fugere, sed serui eius & eunuchi qui erant cum eo statuerunt ire in domos suas, & ideo dixerunt ad eum: Si modo fugeris, dicturi sunt de te inimici tui multa mala in auribus regis, & ob id non est tibi bonum ut locum des hostibus tuis. At si ueneris ad regem, cadent omnes inimici tui, & illi qui te accusauerunt cadent in foueam quam fecerūt. Sed & rex cum te uiderit, sublimabit te & honorabit te sicut antea fecit, humiliabitq; cunctos hostes tuos. Credidit itaq; consilio eorum & egressus de naui in terram, cœpit pedibus suis ambulare per terrām.[d] Nec fuit quispiam qui ueniret ei in occursum: nam quidam timuerunt offensam regis, alij autem odio habuerunt eum, atq; ob id nemo exiuit in occursum eius. Videns ergo se captum haud secus quam cum piscis reti capitur, progrediens peruenit in Ierusalem, nec inuenit ullum hominem in itinere cum quo loqueretur. Comitabātur tamen eum custodes regis ne elaberetur. Veniens autem in urbem non intrauit in domum suam, sed ascendit in domum regis, & properans ante conspectum regis cecidit ante pedes eius, at rex abscondebat faciem suam ne intueretur eum. Surgensq; Antipater conabatur amplexari patrem suum, at rex abnuit amplexum Antipatri dicens:[e] tu homicida, quomodo non erubescis amplexari me quem conatus es interficere, & contrectas me manu tua quę plena est sanguine? Laua prius manum tuam in innocentia, si potes, & abijce à te famam illam quam audiui de te, atq; cras ueni ante conspectum meum tu & legatus quem misit Augustus imperator Romanus, nomine Varus, & affer in mediū uerba tua. Cras enim dedi tibi ô homicida locum loquendi, auditurus in quiete uerba tua. Egressus est itaq; Antipater à conspectu regis cum tremore & pauore, diuertens in domum suam & nesciens quicquam eorum quæ cōtigerunt à principio usq; ad finem. Et cum cor illius ualde turbaretur intra ipsum, uenerunt ad eum mater eius & [f] uxor eius, & indicauerunt ei rem quæ contigerat. Audiens autem

diens autem Antipater, cœpit se parare quomodo euaderet, uerbisq; à se de-
precaretur culpam.

¶ *Interim quo Herodes rex sciscitatur & deprehendit fratris et filij iniquã machinationẽ, mit-
titur Bathillus ex libertis Antipatri è Roma, & tormentis examinatus, inuenitur uenenũ aliud attu-
lisse, quod matri daret Antipatri, ab illa Pheroræ tradendũ, ut si primum uenenũ minus regem pere-
misset, & hoc maturius uterentur. Apportabat etiam literas ab amicis Herodis Romæ constitutis,
consilio Antipatri & dictatione cõpositas, accusationem habentes Archelai atq; Philippi. a Se-
ptem mẽsium.] Mirabitur aliquis, quomodo tantis aduersus Antipatrũ in Iudæa motis turbinibus,
fermè septem mensiũ tempore decurrente nihil illi fuerit nuntiatum. Causa uero huius rei erat ob-
seruatio uiarum atq; custodia, & odiũ hominũ, quo circa eum tenebãtur. Nullus etenim erat, qui pro-
nus esset proprio periculo illius tutamen salutemq; cõquirere. b Tarenti.] Cum redeundo
uenisset ad extremitatẽ Italiæ, accepit patris literas, in quibus Pheroræ declarabatur interitus. Qui-
bus lectis, ægre satis tulit & aspere, non propter Pheroræ gratiã, sed quia patris interitu, ut promi-
serat, non peracto defecerat. c Ad portum Cæsareæ.] Iosephus dicit Antipatrum posterio-
res patris literas in Cilicia accepisse: ubi cum audiret matrem abiectã, ambigere cœpit utrum debe-
ret domum sicut instituerat tendere. Sed persuasus quorundã uerbis, ultra nauigauit, & exce-
ptus est portu nomine Sebasto. d Nec fuit quispiam.] In apertis iam malis erat Antipater,
nullo ad eum cominus accedente, nullo colloquente, sicuti cum fuisset egressus, uotis eum ac secun-
dis precibus prosequebantur, nunc econtra aduersis eum maledictis non prohibebantur excipere.
e Tu homicida.] Accedentem Antipatrũ pater repulit, fratricidij simul accusans, & con-
silia obiectans super suimetipsius interitu, quorum omnium auditorem ac iudicem in crastinũ Varum
Quintilium fore confirmat. Erat enim Varus ea tempestate in Ierosolymis, qui successor Saturnini
ad Syriæ regionem fuerat destinatus. f Vxor eius.] Ea fuit quæ residua mãserat de filiabus
Antigoni, qui ante Herodem in Iudæa regnauerat. De quo libro superiore capite 17.*

CAPVT XXXVII.

FActum est autẽ in crastinũ, ut rex mitteret & cõgregaret princi-
pes suos atq; amicos suos, & eos qui accusauerãt Antipatrum.
Mittens quoq; uocauit Varum Romanum, quẽ miserat Augu-
stus imperator ut pacifice salutaret Herodem regem Iudęorum
& is sedit ante regẽ. Dixitq; rex: audisti ne Vare, quomodo sur-
rexerit contra me Antipater filius meus, & conatus est me interficere? Respõ-
dit Varus regi. Iudicet rex in misericordia. Lectaq; est epistola corã rege quã
miserat Dosithea mater Antipatri ad filium suum, sonans in hęc uerba: Audi-
uit pater tuus omnia, quomodo consilum inieris ad interficiendum eum, &
ob id caue ne huc uenias nisi stipatus uirtute magna atq; exercitu graui. Vn-
de rogabis Augustum, ut tibi robur aliquod assignet. Hic certe nulla est tute-
la aut euasio, sed manus ad bellum inclinata. Mittens proinde rex adduxit an-
te conspectum suum Antipatrum. Qui cum uenisset, cecidit grauiter ante pe-
des patris sui, ueluti cum quis gladio percussus cadit in terram. Et ait rex ad
circunstantes: tacete, & tacuerunt omnes. Et a cõsilium quærens rex ait: Non
est uir tam iustus in terra, qui ferre posset malum istud, nec est quispiam tam
patiens, qui longanimis esse posset super hunc Antipatrum. At ego noui cõ-
tumaciam eius. Et certe molestissimum est mihi, quod tales genuerim filios.
Occidi duos ex filijs meis, & ut uideo illi innocẽtes mortui sunt, nullam mor-
tis habẽtes culpam, quos ob accusationẽ huius nebulonis interfeci, in quem

p tamen

tamen nihil peccauerunt, sed ipse sine causa odiuit eos, & incitauit me sua æmulatione contra eos. Infestus fuit eis ob id quod mater eorum fuit de cognatione nobili, honesta & regia, & ego stultus factus declaraui hunc fatuum filium regem, qui uersus est mihi & fratribus suis in hostem. Nam circunuenit eos & excitauit eos contra me, ut fierent hostes mei propter uerba istius Antipatri. Sed & ego propter accusationem Antipatri factus sum hostis filiorũ meorum: occidi enim eos, illiq́ꝫ mortui sunt in luctum patris sui & in gaudiũ fratris sui Antipatri. Ego fleo super filios meos, ille autẽ gaudet super fratres suos. Et quomodo ô Vare non flerem, quando iugiter uideo in domo mea uxores filiorũ meorum uiduas, & filios filiorum meorũ occisorũ pupillos? Et filios quidẽ meos occidi ob id quod surrexerunt contra me propter regnum, quod huic tradidi. Cum autẽ iugiter intueor filios eorum pupillos & uxores eorum uiduas, pœnitet me facti & nescio quid faciam. Abieci omnes ex domo mea, & dedi locum huic impio. Nec satis fuit quod impius iste consilio & astutia sua occidit fratres suos, sed surrexit quoqꝫ contra me ut me occideret. Et ego quidẽ feci omnia ista, quãdo hunc exaltaui supra omnes filios meos, & institui eum regẽ post me. Noluit expectare diem illum quando ego moriturus sum corã deo, sed anhelauit & festinauit cum effusione sanguinis ad regnũ: nam uoluit fundere sanguinẽ patris sui, & ei reddere malũ pro bono. Vnde sicut dilexi eum, sic iam odio habeo impudentẽ illũ hominẽ, cui uiuus tradidi regnũ, & numeraui quoqꝫ ei trecẽta talenta auri, cum eum Romã mitterem, quo gratior existeret Augusto regi Romanorũ. Quod si dixeris, & fratres suos quos occidi, cõsurrexisse in me sicut iste surrexit, absit hoc, nam uir iste sanguinũ & seductor execrandus fecit omnia mala. Caue igit Vare, caue ne fidẽ adhibeas uerbis eius atqꝫ uoci precationũ eius, & ne cõpatiaris lachrymis eius. Ipse enim instructus est ad decipiendũ & ad circũueniendum quoscunqꝫ, sicut imposuit mihi & aliis multis. Nam incitauit me contra fratres suos, quando iugiter illos corã me accusauit lingua pessima, circunueniens me fraudulẽter & introducens usqꝫ ad lectũ & quietẽ. Publice quidẽ uidebatur esse à parte mea quasi murus firmus, cum interim in secreto esset insidiator & hostis. Et ego concredidi ei animam meam & ossa mea, quin & totum corpus meum tradidi in manum eius, quomodo ergo euasi manum eius? Nõ reputauit me uiuum sed mortuum, aut quasi in somnio uiuentẽ, alioquin quis credidisset me potuisse euadere manũ eius? Qui tamen feci eum regẽ post me & dilexi eum atqꝫ exhibui ei honorem & magnificentiam super omnes filios uteri mei, quorum minime misertus sum, nec clementiam ullam ostendi propter multas iniquitates & sanguinis effusionem. Hæc uerba cum rex Herodes deprompsisset cum furore & mentis indignatione, ita ut furor absorberet uocem eius, tacuit.

¶ *Cum Herodes rex iniquissimũ filium Antipatrũ iudicio sistere uellet, cõuocat Varum, & utrorunqꝫ amicos. Iubentur quoqꝫ adesse regis consanguinei, & Salomith soror, & si qui nuntiaturi forent, quæ prodiderant examinatione tormentorum. Serui deniqꝫ Antipatri, qui pauloante fuerant comprehensi epistolam deferentes Antipatro, quæ fuerat in hanc perscripta sententiã, ne ad patriã repedaret, quod cuncta uidelicet ad patris noticiã reuelata peruenissẽt, solumq́ꝫ illi suffugium remansisse Cæsarem.* 4 *Consiliũ quærens rex.*] *Herodes iubens Antipatrũ produci in mediũ, ipse lamentari*

mentari

mentari primitus cœpit, quod tales illi filios habere contigisset, per quos ei fortunæ tales exurgerent, aut unde tantam diuinitatis indignationem comparauerit, ut sua senectus in Antipatri nequitias incidißet. Memorabat etiam enutritiones & educationes, quas filijs studiose præbuerat &c. Miratur tyrannus ille & impius rex, unde sibi contigerint tam peruersi filij, & non aduertit dei circa se iudicium, qui multo iniquior fuit erga innocentes pueros quos propter dominum in Bethlehem & finibus eius occidit, Math. 2. Cæterum uerba Herodis, quibus Antipatrum coram iudicio accusat, hic multo prolixiora sunt quam apud Iosephum latinum.

CAPVT XXXVIII.

TVnc Antipater paululũ leuauit caput suum à terra, haud secus quam cum quis gladio percussus erigit caput suum, apertoque ore dixit: Pater mi, uerba cõtentionum tuarum, quibus mecum expostulas, iuuant me & sunt pro parte mea, atque ideo interpres idoneus es: & cum queris me condemnare, iustificas me potius uerbis tuis: & utique quando dixisti me tui custodiam egisse, non potui esse homicida, cum iugiter uigilauerim pro te, ne hostes tui irruerent in te palam aut in absconso. Et quis nescit, deum ultionẽ sumpturum de homine illo, qui malum conatur inferre patri suo? Et licet insipientior sim omni homine, scio tamen id ita esse. Quod si id nescirem, potuissem discere ex his quæ euenerunt fratribus meis. Talia enim & mihi euentura essent, qualia illis euenerunt. Ipsi iuxta uerba tua propter æmulationem qua me æmulati sunt, conati sunt te occidere, eo quod in regno moderando collega eorum factus essem, cum tamen ipsi nati essent ex cognatione nobiliori. Vnde uidentes me regem declaratum, steterunt aduersum te in malum, mortuique sunt propter iniquitatem suam. Et quidem scio mihi nõ competere regnum, nec habeo quicquã quod non est à te. Proinde quando asseris me consilium inijsse ut te interficerem, si id propterea ais factum ut regnum consequerer, en tu iam declaraueras me regem. Si propter honorem, en iam honoraueras me. Et certe hæc sunt quæ ad iram concitauerunt fratres meos, nempe quod rex declaratus fui. Et proculdubio si illis regnum tradidisses, non consurrexissent aduersum te, nec quispiam potuisset illos inducere, ut manum suam mitterent in te. Id solũ mouit eos, quod uiderunt me constitutum regem, & quod ego neminem præter te timui, id quod & uox tua de me testatur. Quid quæso potuisset nunc me ad hoc incitare, ut te interficerem? Paupertas? & quidem paupertas nonnunquam adigit hominem, ut interficiat proximum & habeat bona eius. Sed tu iam tradideras mihi diuitias magnas & feceras me opulẽtum, misistique Romam, ubi uidi reges qui illuc uenerant, ut salutarent Augustum Cæsarem. Et illi quidem reges fuerunt mihi similes, sed tam diuites non fuerunt ut ego. Pacifice preterea salutaui Augustum, & reddidi eum tibi amicum nesciente Silæo aduersario tuo. Et licet Silæus ipse obtulerit plurimum auri Cæsari, ut assignaret ei exercitum contra te, noluit tamen Cæsar id facere, sed honorauit in hoc me cum uenissem ad eum, factus amicus tuus & inimicus Silæi cupientis pugnare contra te. Et quis quæso reuelauit tibi arcanum aliorum consultantium ut te occiderent? Nonne ego insidias eorum prodidi? Et sum propterea homicida quod deprehendi fraudulẽtiam illius qui insidias posuit tibi? Nonne ego apprehẽdi & afflixi eum torturis uarijs & crudelibus, donec cõfessus

est & dixit ueritatem, & ultionem sumpsi de eo? Quod si ego tacuissem & negligẽtior extitissem, nónne clanculum occidisset te? At ego sum qui eripui te de manu eius, id quod tu nosti. Si fuisset in me crudelis animus aut furor aliquis, nónne is mitigari potuisset multiplici bonitate tua, quam mihi exhibuisti? Vel saltem id mãsuetiorem me facere potuisset, quod ex tua bonitate spoliasti fratres meos regno, quod tamẽ illis debebatur, & declarasti me regem, cui minime cõpetebat regnum. Nec tantum post te instituisti me regẽ, sed etiam uiuente te collegam me esse uoluisti in regno, ut tecum scilicet regnarẽ. Sed heu hæc largissima manus tua & multiplex bonitas tua quam mihi exhibuisti, cessit mihi in dãnum. Nam ob id excitaui inuidiam cõtra me. Væ mihi & insipientię meę quod te derelicto abiĳ, dans locum ęmulis & audaciam insidiatoribus, qui insidiantur animę meę. Abiĳ quidẽ pro uita tua, sed interim uitam meam longe abieci. Abeundo aũt non feci uoluntatẽ meam, cum neq; cogitauerim de itinere, quin magis tu me misisti, & ꝓpter te pater mi perẽgre ꝓfectus sum non propter me, ne Silęus humiliaret & prosterneret senectutẽ tuã, tolleretq́; à te regnum, te adhuc uiuẽte, neq; disiungeret Cæsarem ab amicitia tua. In qua re testem habeo Augustũ Cęsarẽ, qui residet Romę & dominatũ omnibus gẽtibus terrę. Et licet is pręsens non sit, nouit tamen uoluntatẽ meam & uerba quę locutus sum audiente eo in causa patris mei.

¶ *Enumerat in hoc capite Antipater cuncta paternæ circa se benignitatis exempla, honoresq́; sibi à patre concessos, quos minime percepißet, nisi uirtute dignus & officijs circa illum meritus haberetur. Iosephus hanc longißimam excusationem breuißimis complectitur uerbis.*

CAPVT XXXVIII.

HAec cum dixisset Antipater clamauit: ô Cæsar, ô Cæsar, qui nõ es pręsens, ueni & fer mihi testimonium corã patre meo, quid locutus sim in auribus Cęsaris de patre meo, & quid tu quoq; Cæsar dixeris de homicidis stantibus coram te in iudicio. Nónne sumpsisti de eis ultionẽ? Nónne odisti homicidas? Quomodo ergo potuissem ego mentionẽ facere coram te de homicidio perpetrando in patrem meum? Dic quæso ô Cęsar & fer testimonium de omnibus quæ audisti. Et quãuis tu longe absis, nempe Romę existens, ego autem sim Ierosolymis, & ob id absq; te corã patre meo expositus sim pœnis, tamen præsens esse poteris, cum literæ tuæ hic sint, quas ego habeo in manibus meis. Literæ inquam tuæ sunt quas reformidat omnis homicida, quasq́; execrantur omnes hostes mei homicidę. Accipe pater mi literas Cæsaris amici tui, quæ te docebunt, quomodo fuerim pro te apud illum: accipe inquam literas Cæsaris & lege eas, & inuenies pacem tuam dextra Cæsaris signatam, qui nunquam tibi nocuit, sed magis imposuit capiti tuo coronam regiam. Et quis igitur magis odiret me quàm Cæsar, si inueniretur illa iniquitas in me? Sed absit hoc. Propter [a] Silęũ quidem abiĳ, ne ille tibi noceret, licet tu me miseris. Recordare ergo mi pater quomodo renuerim abire, cum tunc aduerterim æmulos esse, qui parabant foueam pedibus meis. Suscepi tamen molestiam illam, quæ mihi in itinere occurrit, propter te, nec recusaui eam. Clamaui autem ad Cęsarem, ut si non audiretur uerbum meum, ipse repurgaret me literis suis ab ista iniquitate. Vides nunc mi pater quomodo profectus fuerim & redierim à conspectu

Cæsaris

Cæſaris,uenerimq́ꝫ in conſpectum tuum,imò feſtinauerim redire. Et tunc quidem non propter me diſceſſi à conſpectu tuo, ſed tu me miſiſti & abij. Vides pater mi teſtes meos. Nec poteris dicere,me adduxiſſe teſtes ſuſpectos, filios ſcilicet hominũ, ex quibus aliqui præ timore non audent conteſtari ueritatẽ, & alij accipiunt munera, ſed teſtes mei qui teſtimoniũ ferunt pro me, non timent faciem tuam ut cælent ueritatẽ,necꝫ accipiunt munera à me ut teſtentur falſitatẽ & mendaciũ ſicut faciunt homines, omnis enim homo mendax eſt, ſicut ſcriptũ eſt:ſed ecce ego aduoco coram te tres teſtes qui teſtimonium ferant pro me,& hi ſunt,cœlũ,terra, & mare, qui non propiciantur homini inſurgenti contra ſanguinẽ patris ſui. Ego itaqꝫ quando uenio ſub cœlũ, quare nõ tonat cœlũ,coruſcat & mittit fulmẽ ſuper me atqꝫ interficit me? Et rurſum quãdo ingredior & traijcio mare,atqꝫ peruenio in ipſam maris ſectionẽ,quare non abſorbet me? Aut quãdo egredior ſuper terrã, quare non aperit terra os ſuum & deuorat me,ſicut fecit ipſi Dathan & Abiram,quãdo ſurrexerunt cõtra Moſen,uirum bonę memorię, qui non lęſerat eos necꝫ Iſraëlitas, quin magis fuit pater eorũ & obiurgator. Aut cur nõ fit mihi ſicut Abſalomi cum fugeret in prælio ut ſaluaret animã ſuam? ſed non dimiſit eum terra,quin magis pręcepit uni ex arboribus ſuis,quæ apprehendit eum crinibus capitis eius & ſuſpenſum tenuit,donec uenit occiſor qui eũ perforauit, & non eſt permiſſus fugere,ut ſaluaret animã ſuam apud patrẽ ſuum. Nam ſi ueniſſet ad patrẽ ſuum,euaſiſſet mortis diſcrimen. Et ecce ego ueni ad te,& quare morior? Dauid ſumpſit ultionẽ de interfectiõe filij ſui,pręcepitq́ꝫ interfici occiſorẽ,at ego non exigo ultionẽ de hoſtibus meis, hoc autẽ unum rogo, ut ſuſcipias faciẽ meam, audiasq́ꝫ uocẽ meam & non tradas me in manũ aliorum, qui ultionẽ ſumãt de me,ſed corã te & corã oculis tuis ſume ultionẽ de me abſqꝫ ulla miſeratiõne,necꝫ ſuſcipias amplius faciẽ meã. Produc filios uteri mei & interroga eos:extrahe omnia interiora mea & interroga ea,ſi uel cogitauerint cõtra te malũ. Educ cor meũ de interioribus meis & cõcide illud in minutas partes, & ſcrutare omnia latibula cordis mei,effunde ſanguinẽ meũ,et ſi quidẽ fluxerit interroga ipſum ut tibi dicat ueritatẽ. Scrutare,inquire,inueſtiga et interroga diligẽter in omnibus mẽbris meis ueritatẽ,ſi uel cogitatũ malũ habuerim aduerſum te aut nõ. Nunc itaqꝫ mi pater,quãdiu expectas? Si miſericors eſſe uolueris in filiũ tuũ,purifica me ab hac culpa. Sin miſereri nolueris,feſtinãter ſume uindictã de me. Quod ſi dixeris in corde tuo,non mittã manũ meam in filium meum,quia eſt os meum et caro mea,quomodo is poterit eſſe os tuum & caro tua,qui conatus eſt leuare manum ſuam crudelem contra te?

¶ *Quæ in priori capite ſcribuntur, Antipater ſua dicebat eſſe monumẽta,quibus conuerſationẽ ſuam cum magna beneuolentia circa patrẽ agitaſſe probaretur. Romæ uero quæ geſſerit,in hoc capite teſtẽ Cæſarẽ conuocat quem iuxta ac deum fallere nemo poſſet,quorũ fidẽ facere literas ab eodem deſtinatas. Porrò omnia ferè quæ in hoc capite ſcribũtur à Ioſepho intermittũtur. Cõmemorat hoc unũ, Antipatrũ cauſatũ de tormentis,quod eorũ uiolentia factũ eſſet ut falſa dicerentur. Doloris quippe ac neceſſitatis eam affirmauit eſſe naturã,ut doceat eos qui ſubiecti ſunt illa loqui,quæ uiderint grata dominantibus,quorum ſe poteſtate tormentis adigi ſentiunt.* a *Propter Silæũ.]* *Fuit hic Arabs,cuius et ſupra cap.28. fit mẽtio,qui cõcupiuit habere Salomith ſororẽ Herodis in uxorẽ. Cũq́ꝫ nuptiæ eius ſibi negarẽtur,factus eſt hoſtis Herodis, præſtititq́ꝫ refugiũ latronibus*

qui Iudæam depredabantur. Interim uero Silæo Romam ascendente, Herodes Arabiam ingreditur & Narebum ducem Arabum cum paucis sternit. Quod cum Silæus, in aula Cæsaris permanens, audißet, singulaq; exaggerata ei nuntiata fuißent, mutata nigra ueste ad Cæsarem ingreßus, fusis lachrymis Herodem accusat &c. Iratus ergo Cæsar contra Herodem, præsentes homines Herodis percunctatus est, si Herodes Arabiam deuastaßet &c. xxxix.

CAPVT XL.

CVm autem cessasset loqui, leuauerunt omnes, qui regem circunstabant, uocem suam & fleuerunt. Solus uero rex non fleuit & Nicolaus scriba. Nam dilexerat Nicolaus pueros, filios Herodis qui interempti erant. Respondens autem Nicolaus scriba ex præcepto regis, ait ad eos qui flebant: Propter uerba Antipatri & propter dolos eius atq; mendacia eius fletis? Ob quid fletis? Cui miseremini? Si compatimini & miseremini, miseremini puerorum filiorum nobilium, qui sine causa mortui sunt, quos iste occidit lingua sua pessima & detestanda uersutia sua. Si iste euaserit, tota domus regis cadet in interitum. Et quare euadet iste qui interemit fratres suos, nec patri suo pepercit? Leuauit proinde Nicolaus uocem suam contra eos qui moriturũ deplangebant, & acclamans interfectos dicebat. Expergiscere Alexander & exurge Aristobule & uidete inimicum uestrum, qui uerbis nititur se saluare, postquam uos innocentes interfecit. Producit testes iniquos qui testimonium ferant contra uos, cum ipse scripserit literas falsas quibus uos condemnet & calumnietur apud patrem suum lingua pessima, nec pater eius cogitat quod mentitur contra fratres suos. Nunc itaq; morte moriatur is qui occidit fratres suos, & qui induxit patrem suum ut elongauerit eos à se ne uideret mortem eorum, occideritq; eos à remotis. Si is euaserit, necesse est ut cuncti filij regis intereant. Nam iste nouit artem, qua homines ueneno interficit, & nouit quomodo fascinet mentes hominum, circunueniatq; filios hominum, id quod patet in Pherora fratre regis. Nã cum iste fidelis esset regi atq; amicissimus, tyrãnus iste sic circunuenit eum, ut uersus fuerit in hostem regis. Locutus quoq; est Nicolaus & alia multa uerba, quibus omnẽ culpam reiecit in illum, imponens ei omnia mala quæ fecerat. Et cum loqui cessaret Nicolaus taceretq;, dixit rex ad Varum: Interroga tu eum, si quicquam amplius loqui uelit. At Antipater nihil respondit præter id: Deus mihi testis est quod innocens sum ab omnibus istis. Tunc ait rex: Afferte mihi uasculũ in quo est letale uenenum. Attulerunt ergo quod Antipater cõmiserat Pheroræ fratri regis. Et ait rex Herodes: adducite coram me hominem qui cõmeruit mortem. Adducto autẽ quodam ante regem, præcepit rex ut illi propinarẽt. Cumq; propinassent ei et ille bibisset, illico mortuus est. Et accipiẽs rex à propinatore dedit Varo, ut illud ferret ad Augustum, ostenderetq; ei maliciam Antipatri. Deinde præcepit rex ut uincirent Antipatrum catenis, traderentq; eum in carcerem. Interim autem quo Antipater fuit in custodia, non destitit à uersutia sua neq; à lingua maligna, sed scripsit epistolã sub nomine [b] Acme ancillæ Cæsaris maledictis plenam & opprobrijs ad regem, perinde quasi Salomith soror regis misisset literas ad Acme sodalẽ suam, & maledictis insectata fuisset regem. Inuenta enim fuit epistola, & parum abfuit quin rex occidisset Salomith sororem suam. Inuenit etiam aliam

epiſtolã quam miſerat Acme ad Antipatrũ, hęc continentẽ uerba: Sicut mihi loquutus es ita ſcripſi patri tuo ratione Salomith ſororis ſuę epiſtolã plenam maledictis & opprobrijs. Scio enim quod rex interfecturus eſt eam. Tu ergo mitte mihi aurũ quod pollicitus es propter teſtimoniũ quod dedi regi ad interficiendũ ſororẽ ſuam. Inueniens uero rex epiſtolã iſtam, uidit cõmentum eſſe Antipatri, ut interimeret Salomith, ſicut antea per epiſtolam & uerſutiã eius interfecerat Alexandrum & Ariſtobulum fratres eius.

¶ *Antipater in ſua excuſatione tam efficacibus uſus eſt perſuaſionibus, ut totus conſeſſus miſeraretur eum, profuſione lachrymarum & uultus humilitate miſerabilem iudicantes, ita ut etiam inimicis lamentabilis appareret. Quin & Herodis animus inclinatus flectebatur, licet conaretur ſuam mentem alijs non eſſe manifeſtam.* a *Nicolaus ſcriba.*] *Fuit hic Nicolaus Damaſcenus, regis amicus, & in omnibus cum eo unà ſemperq; uerſatus, & modum quo res geſtæ fuerant aſſecutus, & hic exorſus ab illis uerbis quibus rex principium fecerat, cauſam amplificare cœpit, & cuncta quæ uel tormentis eruta, uel teſtibus erant relata proferens, congregabat undiq; criminis probamenta, prolixa oratione omnes Antipatri excuſationes confutans, ut ille tanta confuſione fuerit oppreßus, ut neq; negare neq; contradicere uoluißet. Nicolao igitur finem dicendi redarguendiq; faciente, Varus iubebat Antipatrum, ut ſe tantis criminibus expurgaret. At ille in faciem prouolutus, deo rem omnibusq; commendabat, qui ſibi teſtificarẽtur, nihil ſe improbum cogitaſſe, atq; ſignum à deo fieri poſtulabat, inſidiatorem ſe patris penitus non fuiße. Tunc Varus uidens quod ille nihil amplius quam dei proferret inuocationem, resq; pergeret in infinitum, iußit uenenum in medium proferri, ut experiretur quænam eßet uis eius &c.* b *Acme.*] *Fuit Acme Iudæa quidem genere, in ſeruitio autem erat Iuliæ Cæſaris coniugis, quam Antipater magnis pecuniarum muneribus ſibi iunxerat, ut ſuffragaretur ſibi inſidijs ſuis, quæ res cum innotuiſſet Cæſari, fecit illam interfici.*

CAPVT XLI.

CONTIGIT autẽ in diebus illis regem laborare morbo ſuo, ingraueſcenteq; morbo ſcripſit [a] in teſtamento Antipatrũ filium ſuum ſibi in regno ſucceſſurũ. Et uocans rex Salomith ſororẽ ſuam, dedit ei argentũ & aurum, pręcepitq; quid ageret cum principibus & cũ filijs principũ [b] quos recluſerat in hippodromo, ut ſcilicet illos occideret, & ita multi flerent in morte regis Herodis. Fuit autẽ rex ſeptuaginta annorũ cum ægrotaret, inualeſcebatq; indies morbus eius, & conabatur uindictã ſumere de Antipatro filio ſuo ante mortẽ ſuam. Expectauit tamen nuntios quos miſerat ad Auguſtũ Cęſarẽ, qui illi referrent acta Acme ancillę Auguſti imperatoris. Nam fuerat Acme in cõſilio Antipatri & ob id miſit rex Herodes nuntios ad Auguſtũ, qui illi oſtẽderent quo pacto [c] ultio ſumeretur de Acme & poſtea de Antipatro. Factũ eſt proinde quadã die ut ingraueſceret morbus eius, tæderetq; ipſum uitę ſuę ob maximas anguſtias in quibus erat, ut etiã mortẽ appeteret, diceretq; miniſtris ſuis: afferte pomũ & date in manũ meã. Qd' cũ miniſtri eius feciſſent, ait rex: date mihi & cultrũ ut manu mea excoriẽ illud, delectat eñ me comedere. Dato aũt cultro in manũ eius, ſurrexit paululũ & roborãs atq; ſuſtentãs ſe brachio ſuo ſiniſtro, leuauit manum dextrã cum cultro quo mundabat pomum, & conabatur illum ſtringere in uentrem ſuum. Sed accurrens Aciabus tenebat dexteram eius, tulitq; cultrum de manu regis & liberauit eum à morte. Leuantes autem omnes qui

regem

regem circunſtabant & cuncti ſerui eius atq; tota familia uocem ſuam, clamauerũt fletu & eiulatu magno, ut uox in longinquũ audiretur & rumor paſſim ſpargeretur, regem Herodem mortuum. Ad quam populi uocẽ gauiſus Antipater dixit ad præfectum carceris: Dimitte me ut hinc egrediar. At præfectus nondum ſatis perſuaſus, non dimiſit eum, ſed uenit ad regem Herodem & retulit ei uerba Antipatri. Et clamans rex Herodes cum ira & indignatione dixit: Gaudet adhuc homicida ille & lætatur in die interitus atque mortis meæ. Acceptoq; regis præcepto ſpiculatores [d] interfecerũt eum, & mortuus eſt Antipater ille impius & ſepultus in urbe quæ Hyrcaniũ uocatur, ſecundũ quod rex præceperat. Deleuerunt præterea eum ex conſcripto teſtamento, in quo poſt Herodem rex declaratus fuerat, uixitq; rex poſtquam mortuus eſt Antipater quinq; diebus & mortuus eſt atq; collectus ad populum ſuum. Porrò dies quibus Herodes regnauit ſuper Iehudam, fuerunt anni [e] trigintaſeptem mortuusq; eſt Herodes, magna uſus proſperitate. Et utinã ſicut deus illum ab extra & per circuitum magna uallauit proſperitate, ſic quoq; humanus fuiſſet erga familiam ſuam. Fuit nanq; in domo ſua perpetuis implicatus diſcordijs, quantumlibet ab ineunte ætate fortunatiſſimus fuerit. Quia non debebatur ei regnum à progenitoribus ſuis, nec ſatis fuit tot annis occupare regnũ, niſi & regnum tradidiſſet filio ſuo, cum ipſe illud non acceperit à patre ſuo. Mortuus autem dereliquit domum ſuam in fletu & plãctu, eo quod occidiſſet filios ſuos. Porrò commiſſionem illam quam dederat ipſi Salomith & Alexæ adiurans eos ut interficerent principes populi & filios eorum, quatenus multi flerent in morte eius, nõ eſt executa Salomith, ſed ſic locuta eſt audientibus militibus: Præcepit rex ut aperirem hippodromum & dimitterem principes populi & filios eorum. Pœnituit enim regem mali quod iuſſerat fieri eis. Dimiſſi ergo illi, abierunt in domos ſuas. Ceterum ex hoc regis decreto, poteris facile perpendere crudelem Herodis animum, qui iuſſerat interfici principes & ſeruos ſuos atq; digniores uiros ſuos, qui erant decor & gloria eius, & paruulos eorum, qui tamen nihil iniquum geſſerant. Et cum ipſi eſſent deſiderium patrum ſuorum & gaudium matrum ſuarum, dominarum ſcilicet & principiſſarum, uolebat iſte conuertere exultationem in mœrorem & gaudium in luctũ magnum, quatenus multi eſſent qui flerent in morte eius & in die ſepulturæ eius, putaretq; populus, principes & magnates flere atq; lugere ꝓpter ipſum.

¶ *Cum deo uiſum eſſet, ut expeteret ab Herode ſupplicia commiſſorum ſcelerum, immiſit ei morbum irremediabilem, febrim ſcilicet & incendium lentum, quod interiora conflagrabat, & ſimul auiditatem inexplebilem cibi. Inteſtina internis ulceribus tabida putreſcebant, & doloribus coli ſæuiſſimis cruciabatur. Sed & uerenda ipſa putredine corrupta ſcatebant uermibus, ſpiritus quoq; incredibilis erecta tentigo, quæ fuerat diritate fœtoris ſatis obſcœna & anhelitus reſpiratione creberrima. Cumq; ſpe ſalutis conſequendæ uteretur medicis, omnia fruſtra fiebant.* **d** *In teſtamento Antipatrum.] Apud Ioſephum ita legimus: Teſtamentum interea ſcribebat mente mutabili, & Antipatrum quidem, quem ſibi ſucceſſorem in regno deſignauerat, tetrarcham facit Galileæ regionis atq; Berœæ, Archelao uero regnum contribuit. Sciendum hic, Antipatrum illum nõ fuiſſe Herodis filium ſed nepotem, de quo infra capite 43. & ſupra capite 32. in genealogia Herodiana. Primo libro de Iudaico bello habetur, Antipam, qui poſtea Herodes dictus, declaratum regem, præteritis Archelao & Philippo natu maioribus.* **b** *Quos recluſerat.] Cum Herodes*

aduerteret

aduerteret mortem ſuam ob ingentes dolores non multum differendam, eamq́; cunctis fore optabilem, ſe aũt ſine luctu periturum, quod regibus, maxime autem ſibi, magni mœroris eſſe firmabat, ſororem Salomith & maritum eius Alexam conuocans, dicebat eis: Cum uideritis me expirantẽ animam, circumuallantes hippodromum omni militia, nec dum mea morte uulgata, confeſtim omnes illos incluſos iugulari perficite, & ita cunctis intereuntibus duo cõmoda prouentura, quod & regnum illis poſt ſuam mortem firmũ perſeueret, hoſtibus amputatis, & ſuper ſuam mortem luctum celebrandum eſſe magnificum. Venerant autem ex omnibus locis per eius præceptum Iudæorũ optimates, propoſita etiam morte cõtemptoribus præcepti, in quos omnes magna regis furia fuit concitata, concludens pariter in hippodromo culpabiles inculpabilesq́; &c. c *Vltio ſumeretur.*] *Redierunt aũt nuncij à Cæſare antequam Herodes moreretur, portantes literas Cæſaris, in quibus ſcriptum erat, quod Acme indignatione Cæſaris extincta eſſet, pro facinoribus quæ cũ Antipatro perpetrare tentauerat: ipſum autem Antipatrum in patris uoluntatem dimiſſum, ut quod placeret ex eius ſententia fieret, ſiue illum in exilium detrudi ſiue morte multari uellet, in eius propoſito conſtitutum.* d *Interfecerunt eum.*] *Ioſippus dicit Antipatrum eductum in plateam ciuitatis, & ibi amputatum caput eius. Et quod ſequitur, Deleuerunt eum ex teſtamento, lib. 1. de Iudaico bello Ioſephus ſic habet: deinde rurſum corrigit teſtamentũ, & ſucceſſorẽ quidem Archelaũ Antipæ fratrẽ ſcripſit; tetrarchã uero Antipã.* e *Trigintaſeptem.*] *Tot annis regnauit Herodes poſtquã à Romanis regnũ perceperat, uir in omnes æqualiter crudelis, iræ quidem ſubditus, à iuſtitia uero effrenatus: fortuna porro propitia ſuper quẽlibet afflueter abuſus, & ex plebeio in regnum aſſurgens, & pericula plurima eludens quibus ſæpius fuerat circumſeptus.*

CAPVT XLII.

Factũ eſt aũt poſt iſta ut cõueniret omnis populus, & egrederetᷣ Ptolemæus ſeruus regis Herodis fidelis, loquereturq́; audiẽte populo ſermones bonos & rectos, & oſtẽderet eis anulũ regis diceretq́; ad milites. Pręcepit rex dari anulũ iſtũ Archelao, eumq́; poſt ſe inſtitui regẽ, aperiensq́; ſimul teſtamẽti literas, legit in auribus eorũ. Cum aũt rex præcepiſſet Archelaũ inſtituendũ regem, plauſerũt cũcti milites manibus & iubilauerũt dicẽtes: Viuat rex Archelaus. Abijt uero Archelaus & uniuerſus populus ut ſepelirẽt regẽ in oppido Herodio, q̃d diſtabat à Ieruſalem ſtadijs ducẽtis, ferẽtes regis feretrũ, in quo rex mortuus iacebat. Porro lectus ipſe factus erat ex auro puro, incluſis ei lapidibus pretioſis: & [a] operimẽtũ ei alligatũ erat formatũ ex auro, habẽs quoq́; incluſos lapides p̃tioſos. Præterea coronam aureã habebat in capite ſuo, & ſuper ipſam circulũ regni, & in dextra ſua ſceptrũ. Sedebat aũt in accubitu, in ipſo feretro perinde quaſi adhuc eſſet uiuus, & [b] pręcedebat eũ caterua militũ & fortiſſimi quiq́; Iudæorũ, & poſt milites caterua Germanorũ & Gallorũ q̃ ſunt Francigenę, omnes gladijs accincti & induti loricis quaſi bellũ ingreſſuri, flẽtes & lugẽtes atque cũ lamẽto incedẽtes: reliquus uero populus ſequebaᷣ eũ. Porro principes q̃ iuxta feretrũ incedebãt, habebãt ſinguli ornamẽta ſua, erantq́; cõſpicui auro & gẽmis, accincti armis bellicis. Aderãt quoq́; quingẽti ex ſeruis eius, qui per omnem uiam ſpargebant myrrham & aloẽn & alios uarios ſuaues odores. Erat autem facies regis è regione feretri, ſepultusq́; eſt in ciuitate Herodio ut ipſe iuſſerat, diſtante itinere ducentorũ ſtadiorũ, & habuerũt magnã pompã ubiq́; locorũ, ſed totum iſtud non fecerunt niſi timore eius. Nã multi ex populo habuerunt inimicitias in corde ſuo cõtra Herodem & filios eius, tametſi ore nõ auderent eas exprimere, cogitantes illum habere poteſta-

q tem ad

tem ad bonũ & ad malum. Vbi autem ſepultus fuit, emiſerunt cogitationes cordis ſui & odiũ quo eũ iam pridẽ oderãt, locutiq́ſunt cõtra eũ aperte, dicẽtes: Fuit Herodes [c] uir moleſtiſſimus & peſſimus, qui nos preſſit iugo ſuo & ualde crudeliter tractauit, qui ſuperbe & tyrannice regno præfuit, ut etiam uiros in ipſa canicie interfecerit. Ipſe extraxit indumenta populi ſui & non permiſit homini diuitias propter exactiones quibus nos grauauit. Ditauit externos & depauperauit Iudæos: ipſe eſt qui inuexit picturas in locum ſanctum & inquinauit ſanctuarium, ut beatus ſit qui antea mortuus eſt & non ſenſit crudelitatem Herodis, in paucis illis annis qui fluxerunt à tribulatione illa quæ fuit in captiuitate in terra inimicorum noſtrorum, quando regnauerunt ſuper nos reges Babyloniæ. Quoniam Herodes iſte afflixit nos in terra noſtra grauius quã experti ſimus in ipſa captiuitate & terra inimicorum noſtrorum, in diebus Medorum & Perſarum. Darius enim & Artaxerxes emiſerunt nos de captiuitate in terram noſtram, at iſte rex Herodes plurimos tranſtulit de terra noſtra, & fecit eos tributarios ſibi & alijs multis populis. Nam fuit Herodes multo crudelior Dario, iactantior Artaxerxe, & auarior Medis. Expectauimus propterea diem mortis eius ut egrederemur in libertatem, ipſe enim redegit nos in ſeruitutem, & ſubſtituit in locum ſuum Archelaum regem, nouum malum præter omnia mala quæ fecit. Et quoniam Archelaus regnaturus eſt, uæ regi & uæ illis ſuper quos eſt regnaturus. Ille enim regnaturus eſt ſuper nos, quem tamen minime elegimus. Et certe melius eſſet nobis ſine rege eſſe, quàm ut Archelaus imperet nobis ſicut fecit Herodes. Nam hic ut ille uſurpauit regnum. Non autem in Iehuda tantum Iehudæi dicebant uerba iſta, ſed etiam Romæ accuſabant Archelaum coram Cæſare & coram ſenatu in templo Apollinis, quod extruxerat Auguſtus Cæſar.

Mortuo Herode, ſoror eius Salomith congregata cuncta militia primum fecit legi regis epiſtolam quam ad milites fecerat, deinde gratias eius pro fide eorum, quam circa eum exhibuerunt, inſinuauit, petitiones quoque eius, ut ſimiles ſe circa Archelaum filium eius exhiberent, quem regem conſtituit, intimauit. Ptolemeus quoque cui fuerat teſtamentum à rege creditum, annulusq́; quo ſignauerat commiſſus, denunciat contenta in teſtamento, addens teſtamentum non habere robur, niſi prius deferretur ad Cæſarem. Dehinc ſepultura regi præparatur. a *Operimentum.] Ioſephus dicit mortuum circumamictum purpureis ueſtimentis, & caput eius diademate coronatum.* b *Præcedebat caterua.] Ioſephus aſſerit hunc ſeruatum ordinem: Primi pergebant armigeri, poſt quos omnis Thracum manus: poſt iſtos natio Germanorum atque Galatarum. Ergo quod additur in textu, qui ſunt Francigenæ, ſuperadditum eſt autori, cum Francigenæ ea tempeſtate quando Herodes mortuus eſt, nondum fuerint in Gallia. Hos item ſequebatur cũ maximo ornatu cuncta belligeratoria multitudo. Cætera uero militia poſtrema ſequebatur, digeſti in eum modum, qualiter ſolebant in bellum procedere, & à ſuis ducibus ordinari. Poſt hos ſequebantur ſeruorum eius quingenti, odores uarios & aromata deportantes. Fuit autem iter ducentorum ſtadiorum, quod Ioſippus exponit pro itinere duorum dierum & ſemis.* c *Vir moleſtiſſimus.] Fuit iniquus, durus & ferus in ſubiectos atq; in domeſticos. Nam dum ad immenſam largitionem munificẽtiamq́; produceretur, ſi alicubi præſentis gloriæ ſpes occurriſſet uel futuræ, ſumptibus profuſis alacriter eam emere feſtinabat. Quapropter cõpellebatur ſæuus in ſubiectos exiſtere, dum præſentibus cõſumptis pecunijs, alias uellet acquirere. Cumq́; cognoſceret propter uiolentias ſuas ſe ſubiectorũ odio teneri, corrigere quidẽ uitia nõ facile poterat, conabatur autẽ*

tur aũt odiũ ſuũ occaſione pecuniarũ ulciſci. Familiariũ uero, *qui eũ uerbo nõ placaſſet, ſeſe humiliando & ſeruũ dicẽdo, aut ſi ſuſpicatus fuiſſet aliquẽ de principatu cogitare, nullatenus ſe poterat moderari, ſed perſequebatur & cognatos & amicos tanquã hoſtes.* Et *dum uellet ſolũ ſe honorari, talibus delictis ſuccubuit.* Vnde & Iudæos *exoſos habuit, quod nõ uellent nec eis licebat, eum tẽplis uel imaginibus honorare.* Huius rei gratia Herodes *fuit ſæuiſsimus in ſuos, in extraneos uero munificus* d Picturas.] *Erant picturæ Iudæis in locis ſacris prohibitæ.* Prohibet *namq; lex imaginũ eleuationes & animaliũ propoſitiones cõſtituere, his qui uolũt ſecundũ eius præcepta conuerſari.* Herodes *autem conſtruxerat ſupra portam templi munus quaſi deo propoſitum, aquilam auream immanem, & qualitate & quantitate ſatis opulentam, quam Iudas & Matthias expoſitores legis doctiſsimi, deijcientes & ſecuribus concidentes, tumultum excitauerunt.* Vide *caput octauum libri 17. Antiquitatum Iudaicarum.*

CAPVT. XLIIJ.

ADuertens aũt iſta [a] Antipater filius Salomith ſororis regis, ait: [b] Miror ego de te ô Cæſar, q̃d ſuſcipis uerba Archelai loquentis ad te. Iuua me ut ego regnem ſuper Iehudam, cum ille te nõ ſalutato iam regnauerit. Sedit enim ſuper ſolium Iehuda citra decretũ tuũ, alioquin quid opus erat ut cõſcẽderet quadrigam totaliter deauratã, ſi non cœpit regnare? Quare impoſuit capiti ſuo diadema regni ſi nõ cœpit regnare? Quare conſenſerunt ei ut ſederet in excelſo ſolio, & de ſolio ipſo benediceret populo, ſtiparentq́ eum milites eius, ut fieri ſolet regibus? Nõne quia iam ſeipſum fecerat regẽ, & nõ expectauit iudiciũ tuũ? Nonne Herodes pater eius ex decreto tuo Cæſar & conſenſu ſenatus regnauit? Certe ſicut cautum fuit in tabulis teſtamenti, quæ ſunt apud nos & apud uos, quam diu Herodes ſanus fuit & uſus eſt prudentia ſua, inſtituerat Antipatrum filium ſuum regem: at cum inualuiſſet in eo morbus & deſtitueretur uſu rationis, declarauit Archelaum regem, hominem inſanum, quippe qui mox ut regnare inciperet, egit more inſanorũ. Nam [c] irruit in templum domini in ſolennitate azymorum cum militibus ſuis & uexauit populum. Præcepit denique gladiatoribus ſuis, quod illi extraxerunt gladios ſuos & fecerunt in populo cædem magnam, ſternentes in terram & occidentes in ipſo templo nouem milia interfectorum, in ſolennitate ſacrificij, quando Archelaus ſacrificium fecit in principio regni ſui. Miſerere igitur noſtri ô Cæſar atque Senatus, & amouete à nobis crudelem hunc regem, quoniam non conuenit ut in Iehuda alius regnet quàm qui eſt de ſemine Iehuda & ex primoribus atque ex ſemine regio. At Archelaus iſte filius eſt Herodis, cuius mater fuit Aedomæa, cui non competit regnum. Et quidem Antipater ſenior, pater Herodis geſſit bella Cæſaris primi, & fuit magni nominis apud Cæſarem & Romanos, & tamen nunquam contendit pro regno, ſciens ſibi minime competere. Herodes autem filius eius regnauit propter populi offendicula: nec ſatis fuit quod ipſe uſurpauit regnum, ſed & filio ſuo dedit regnum, cum tamen ipſe illud non acceperit à patre ſuo. Locutus eſt præterea filius Salomith & alia multa uerba, quibus accuſauit Archelaum, ſubiecitq́: Nunc itaque Cæſar da nobis principes de terra ueſtra, quales conſtituiſti in Syria, & obediemus eis nec rebellabimus. [d] Reſpõdens aũt Nicolaus ſcriba Herodis regis, dixit ad filiũ Salomith: Cũ tu ſis de familia ſeditioſa, locutus es

ex stultitia & non ex disciplina omnia uerba ista, quibus inuidiam excitare conaris contra Archelaum. Ad hoc enim contendis, ut turbes pacem & excites bella. Quod si decreuistis manum leuare contra regnum Romanorum quid opus fuit accusare Archelaum? Aut quid admiratione dignum est in tabulis, quod posterior in regno præponitur priori? Certe id non rarum est. Potestas enim apud Cæsarem est, ut posteriorem præponat in regno priori. Liberum est ei, præficere in regno, quẽcunq; ipse uoluerit, & non quem uos delegeritis. Suscipietis ergo illum quem ipse elegerit. Elegit autẽ Herodem huius patrem, elegit & Archelaũ. Quando quæso recte egit Herodes? Num quando Cæsarem offendit, aut quando illi morem gessit? Et utique cum institueret Antipatrum regem Cæsarem offendit, quando autem Archelaum regem declarauit, id egit quod Cæsari cõplacitum fuit, nam ille factum istud confirmauit. Recogita Cæsar num cõprobata fuerint uerba patris tui, quando te regem declarauit, ut non fuerint executioni demandata, quando te præcepit regnare post ipsum. Vtique nouerat id futurum. Sic tu nosti quem uelis post te regnare, cum habeas potestatem illam in manibus tuis, ut illum regem instituas qui tibi placuerit.

¶ a *Antipater.*] *Fuit hic Antipater filius Salomith sororis Herodis, habens patrem Herodem Iuniorem, fratrem Alexandri & Aristobuli, cuius paterna aua fuit Marimi. Mortuo autem Herode patre suo, mater Salomith duxit Alexam maritum. Hic itaque Antipater cum descendisset ab Hasmonæis, nauigauit Romam in diebus illis regnum petiturus, hortatu Salomith matris incitatus, dicentis, iustiores causas illum habere Archelao ad regnum percipiendum, quod primum testamentũ, in quo is successor regni fuerat constitutus, firmius esset quàm illud, quod posteriore tempore factum est: illud sana siquidem mente fecisse Herodem, hoc autem iam sensu præ ualitudine diminuto cõscripsisse. In libro de Iudaico bello Iosephus dicit Antipam cũ Archelao de regno certasse, eiq; obuenisse unam tetrarchiam, & tunc ea quæ in antiquitatibus de Antipatro scribuntur de Antipa sunt accipienda.* b *Miror ego.*] *Cum Augustus testamentum Herodis legisset & accusationes contra Archelaum audisset, congregauit ad consultandum omnes qui erant de senatorio ordine: quibus in consessum inductis, copiã facit ut quisq; de quibus moneretur ediceret. Tunc primum Antipater dicendi potentissimus & Archelao satis infestus, loqui cœpit, Archelaũ uerbo quidẽ pro regni petitione se fingere laborare, opere uero omnẽ regni potestatem possidere, antequam ei à Cæsare, in quo cuncta potestas sita esset, indulgeretur.* c *Irruit in templum.*] *Causa huius cædis ista fuit. Cum Herodes plurimos interfecisset, qui è templo auulserant aquilam auream, surrexit post mortem eius numerosa multitudo, quæ ultionem mortuorum ab Archelao fieri debere poscebat, supplicijs eorum qui sub Herode fungebantur honoribus. Quod cum Archelaus grauiter ferret, annuebat tamen, impetum eorum mitigare festinans, donec Cæsarem adijsset. Mittensq; multos duces ad seditiosos, qui eorum fremitum compescerent, nihil effecit. Et cũ propter paschalẽ festiuitatẽ plurimi cõcurrerent in Ierusalẽ & seditio non cessaret anxius Archelaus ne in deterius eorũ procederet audacia, cohortẽ destinat armatorũ, quæ eorum coërceret impetũ. Et uidẽtes seditiosi milites, cũ ingẽti alacritate turbã excitauerũt et fuderũt milites, in fugãq; tribunũ uerterunt. Archelaus aũt cuncta pessum ire censebat, nisi multitudinis illius impetũ frangeret, tumultumq; illum resectũ extingueret. Cunctã igitur mittit militiã & cæduntur ab equitibus circiter tria millia hominum, reliqua uero in montes proximos refugit multitudo. Cæteros autem ex edicto, cunctos ad suas regiones discedere iubet Archelaus. Qui continuo discesserunt, festiuitatem deserentes minime celebratam, maioris timore periculi propulsati, licet essent in mortem temeritatis*

ritate precipites d *Respondens Nicolaus.] Cum Antipater loquendi finem fecisset surgit Nicolaus pro Archelao uerba facturus & ita respondit: Illa quæ in templo contigerunt, improbitate potius eorum qui paßi sunt quàm Archelai potestate contigerunt. Testamentum etiam patrem sana mente conscripsisse narrabat, firmiusq; esse quod posterius fuisset scriptum, quod in hoc posteriore dominum cunctæ ordinationis Cæsarem constituerit. Tandem Cæsar Archelaum sibi ad genua procidentem cum honorificentia subleuauit, pronuncians eum dignum regni perceptione, & non aliter esse se facturum, nisi quæcunq; testamento continerentur.*

CAPVT XLIIII.

Audiens itaq; Cęsar uerba eorum, consilio inito cum senatu, tradidit Archelao principatum & non regnum, pollicitus tamen est ei regnum, si fidelem se gereret. Nam indicatũ fuerat Cęsari, quod Iudæi iam excitati fuissent ad rebellandum. Veniens ergo Archelaus in Iudæam, fecit stulticias multas, imperauitq; annis nouem. Et audiens [a] regem Iobab mortuũ, qui scilicet pręfuerat regno Lob, quiq; duxerat uxorem Glaphyram, relictam Alexãdri filij Herodis interfecti fratris Archelai, duxit ipse eam uxorem post mortem Iobab, etiam [b] cum illa liberos haberet ab Alexãdro fratre Archelai. Et factum est, cum Archelaus accepisset Glaphyram fratris sui uxorem & duxisset eam in Ierusalem in domum suam, ut mulier tale haberet somnium. Videbat quasi sibi astaret Alexander primus maritus: quem cum cuperet amplecti, repulsam passa est ab eo dicente sibi. Desine à me & noli me tangere. An non erubescis me tangere, quę post me nupsisti Iobab regi Libyæ? Sed nec hoc satis fuit tibi, nisi & maritum acciperes Archelaum fratrem meum, in cuius domum ingressa es in confusionem meam. Et iurans dixit: nõ feram opprobrium istud, donec ultionem sumpsero de te & de Archelao fratre meo, qui hanc stultitiã tecum egit. Euigilãs deinde mulier, retulit somnium puellis suis, uiuensq; biduo post somnium suum mortua est & apposita ad populum suum, post duos scilicet dies postq; uiderat somnium. Archelaus quoq; uidit in somnio & ecce nouem spicæ plenę & optimæ stantes in culmo uno, leuatisq; oculis uidit bouem unum magnum stantem iuxta spicas & proferentem linguam suam, decerpentẽq; spicas & deuorantem eas. Et cum euigilasset à somnio suo, narrauit ipsum [c] uni ex sapientibus. Dixitq; sapiens ei. Nouem spicę nouem sunt anni quibus regnasti, & bos quem decerpentem uidisti, est Cæsar imperator, qui hoc anno auferet regnum à te. Factum est autem post quinq; dies, ut ascenderet contra eum exercitus Cæsaris imperatoris & ligaret eum catenis, duceretq; Romã, ubi & mortuus est, regnauitq; Antipas frater eius post ipsum uerso nomine Antipa in Herodem. In diebus illis mortuus est Cæsar & regnauit post ipsum Tiberius, uir malus & scelestus, qui misit Pilatum principem militiæ suæ in Ierusalem. Habuit autem iste in manu sua imaginem exprimentem Tiberiũ Cęsarem, conatusque est illam portare in urbẽ, sed prohibuit eum populus ne ingrederetur ciuitatẽ, dixeruntque, nõ permittimus ut ueniat imago hominis in ciuitatem sanctam. Iratus autẽ Pilatus princeps militiæ Cæsaris, gladio interemit multos ex populo, quanq; & ex militibus suis multi fuerint prostrati in terram & multi interfecti.

¶ *Quando ab initio huius capitis dicitur, Cæsarem Archelao tradidisse principatum & non regnum*

gnum, ſic accipiendum eſt, quod Cæſar nihil certum adhuc definierat de regno, nec illum confirmare uoluit, donec uideret quomodo ſeſe gereret in imperio. Conſtituit igitur eum Toparcham dimidiæ Iudææ regionis, quæ Herodi tributa reddebat. Alterã uero dimidiã, bifariã diſtribuit, alteris Herodis filijs, Philippo ſcilicet & Antipæ. Antipæ regio trans Iordanem Galilæa tributa reddebat, Philippo autem Bathanea cum Trachonitide & Auranitide, & Archelao Idumæa, Iudæa & Samaria. a *Regem Iobab.*] *Hic à noſtris uocatur Iuba rex Libyæ ſeu Maurorum.* b *Cum liberos haberet*] *Poterat quidem ſub lege Moſaica frater fratris defuncti ducere uxorem, ſi defunctus nullam reliquit prolem. Sin proles ſuperſtes manſiſſet, iam fas non erat defuncti fratris contingere uxorem* c *Vni ex ſapientibus.*] *Ioſephus latinus capite ultim. decimiſeptimi libri dicit ſapientem illum uocatum Simonem, fuiſſeq; Eſſenum profeſſione.*

De domino Ieſu ſaluatore noſtro.

Omittitur hic in Hæbraico contextu magnificum illud præconium, quod Ioſephus tribuit ſeruatori noſtro Ieſu Chriſto, capite ſexto decimi octaui libri Antiquitatum Iudaicarũ. Quod an Iudæi ex Hebraico uolumine eraſerint, aut ipſe autor data opera id omiſerit ne ſuis illudere uideretur, incertum eſt. Celebrat autem Ioſephus in Græca æditione Chriſtũ noſtrum his uerbis: Fuit eiſdem temporibus Ieſus, ſapiens uir, ſi tamen uirum eum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operũ effector, & doctor hominum eorum, qui libenter quæ uera ſunt audiunt. Et multos quidem Iudæorum, multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit. Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtræ gentis uirorum, cum Pilatus in crucem agendum eſſe decreuiſſet, non deſeruerunt hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterum uiuus, ſecundum quod diuinitus inſpirati Prophetæ, uel hæc uel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerant. Sed & in hodiernũ, Chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeuerat & genus.

CAPVT XLV.

PORRO in diebus Tiberij Cæſaris non tantum in Iehuda tales factæ ſunt ſtultitiæ, ſed & Romæ quæ caput fuit ſui imperij talia ſunt perpetrata. Referam autem hic unam ex ſtulticijs quæ tũc factæ fuerunt. Fuit in diebus Tiberij Cęſaris mulier quędã Romę pulchræ formę & elegantiſſimi aſpectus, tota faceta & uenuſta, ut etiam omnes qui eam intuebantur, dimitterent opus ſuum & contemplarentur eam. Erant etiam multi qui appetebant concubitum eius, quẽ tamen obtinere non ualebant, eo quod illa eſſet pudica & marito addicta. Vocabatur autem Paulina & uerſabatur continuo in templo. Quam cũ uidiſſet adoleſcens quidam Mundus nomine, qui erat a princeps conſtitutus ſuper quadrigas Tiberij, accendebatur amore erga pulchritudinem mulieris, rogabatque eam ut ſecum dormiret pro mercede mille dragmarum aurearum. At mulier renuit ei obſequi, & præterea reuelauit ſecretum narrauitque marito ſuo. Videns uero Mũdus quod non obediuiſſet ſibi b abijt ad ſacerdotem, qui præfuit templo Romano. Fuerunt autem eo tempore in tẽplo illo duæ imagines, una Iſidis & alia Anubis, eratq; Anubis maior Iſide opinione populi. Abiens itaq; adoleſcens ad ſacerdotem, dedit ei mille dragmas auri, ut inuitaret illam introduceretque in tẽplum. Et ſacerdos quidem pergens locutus eſt cum muliere dicẽs: ſic locutus eſt Anubis deus magnus: Ingredere templum meum & dormi è regione altaris mei, & cõſurgam in ipſa nocte atq; reuelabo tibi ſecreta. Nam diligo te & cupio te eſſe propheti-

ſam meam. Quo audito gauiſa eſt mulier ſupra modum & narrauit marito ſuo, dixit ei maritus eius. Et quis poterit abnuere id quod ipſe deus poſtulauit? Abijt erga mulier ad templum unà cum puellis ſuis. Cumq́ ſtratū parassent ante altare & mulier ſeſe quieti dediſſet, egreſſæ ſunt de templo: nam ſic præceperat ſacerdos. Cumq́ obdormiſſet, exurgens adoleſcens ex poſteriori parte altaris in ſimilitudine Anubis, ingrediēsq́ ad eam ruit ſubter operimenta eius in complexum eius libidine inſatiabili. Euigilāsq́ mulier interrogauit eū dicens: quis es tu? Reſpondit. Ego Anubis ueni ut te amem. Ait mulier, ſi tu es deus, quare teneris concupiſcentia mulieris? Poterit ne deus miſceri cū muliere? Reſpōdit iuuenis. Poterit. Rea enim mulier pulchra ut tu es, ſuſcepit ſuper ſe deum & genuit ei Iouē, qui eſt deus ſicut ego. Peperit & mulier quædam alia à deo. Sic multę aliæ ſunt mulieres, quę plurimos genuerunt deos. Hæc cum mulier illa credidiſſet, ait: Beata ſum ego in filiabus ut etiam deus meus adamauerit me. Non ergo repudiauit mulier petitionē adoleſcentis, ſed ille dormiuit cum ea uſq́ mane. Tunc abijt mulier in domū ſuam cum magno gaudio, & narrauit marito ſuo omnia quæ ſibi euenerant in templo. De qua re exhilaratus uir ipſe, dixit: Bene nobis quod Deus nos uiſitauit. Sed & cunctę mulieres beatificabant eam dicentes: Felix es tu Paulina, quod deo coniuncta es. Contigit autem poſtea, ut Mundus ueniens loqueretur ad Paulinā in hunc modum: Felis es tu quæ ſociata es magno deo Anubi. Diſce inde, ut ſicut non denegaſti deo poſtulationem eius, ſic nō abnuas homini petitionem eius, & ſicut arcana tua non abſcondiſti à deo, ſic deinceps non cœles ab homine. Et quidem deus magnus dedit mihi quod tu negaſti, & deſiderium meum quod tu mihi non impleuiſti, ille mihi conceſſit. Eſt autem nomen illius Anubis. Ipſe introduxit te in templum & tradidit te mihi, ut facerem tecum uoluntatem meam, agerem iuxta concupiſcētiam meam. Et quod tu non feciſti deſiderium meum atq́ uoluntatem meam, neq́ accepiſti uiginti auri dragmas, quas tibi obtuli, ecce deus fecit gratis & abſq́ pecunia conceſſit ea pro quibus eum rogaui. Quando nomē meum erat Mundus, tu noluiſti facere uoluntatem meam, ſed cum uertiſſem nomen meum in Anubim, feciſti omne deſiderium meum. Diſce erga Paulina nunc & deinceps, meam facere uoluntatem. Quę cum audiſſet mulier, uehementer cōtriſtata eſt, quod ſic deluſa eſſet, abiensq́ue retulit marito ſuo. Maritus autem eius nullum reſpondit uxori ſuę rixoſum uerbum, quia ipſe iuſſerat illam abire in templum. Cęſar uero audiens omnia uerba iſta, interfecit ſacerdotes & diruit templū, imagineſq́ue demerſit in Tyberim fluuium. Adoleſcentem autem non interfecit Cęſar, ſed dixit: amor eius inflammauit eum, & concupiſcentia eius inualuit in eo, expulitq́ eum in longinquum. Propter iſta itaq́ iam cōmemorata, ſcripſimus ſuprà, contigiſſe abſurda quædam Romæ in diebus Tiberij Cęſaris.

Mulier illa cuius mentio fit in hoc capite, erat maiorum dignitate præclara, ſtudio caſtitatis intenta & honeſtatis opinione perſpicua: Erat etiam opum magnitudine locuples, & uultus pulchritudine decora, ætate aūt quando maxime mulieres pudicitia decorātur. Hæc nupta erat Saturnino, etiā ipſi genere, opibus, cæteroq́; cultu cōſimili. a *Princeps.*] *Erat ex numero*

equestri, sed in gradu iam emerito constitutus, & dignitate magna sublimis, idoneus etiam ad munera largienda. b *Abijt ad sacerdotem.*] *Iosephus Latinus paulo latius ista explicat. Cum enim mulier concubitum adolescenti negasset, ille nimiam morbi sustinuit infelicitatem ut etiam cibum accipere non ualeret, hoc unum sibi iudicans tanti mali remedium, ut celeri morte raperetur. Quod sentiens liberta quædam ex parentibus, omnium malorum coagulum, accedens erexit adolescentem & cœpit cum ea talia fabulari, quæ animum eius bonæ spei facerent. Sciens præterea quod mulier admodum esset cultura Isidis occupata, tale aliquid machinatur. Accedit ad quosdam sacerdotes & offert illis magnam pecuniam, ut mulierem quocunque modo inducant &c.*

CAPVT XLVI.

IN diebus illis mortuus est Archelaus filius Herodis, regnauitque Antipas frater eius pro eo, & uertit nomen suum in Herodem. Et is quoque impie egit supra omnes qui fuerūt ante eum, nullas omittens abominationes quas nō faceret, regnauitque undecim annis. Ipse accepit à Philippo fratre suo adhuc uiuente uxorem eius, etiam cum illa genuisset fratri suo filios: eam inquam accepit sibi in uxorem, & interfecit multos ex sapientibus Israël. Occidit etiam Iohānem, ob id quod dixerat ei: Non licet tibi habere uxorem Philippi. Hęc fuit causa quod eum peremit. Et hic fuit Iohannes ille, qui baptismum celebrauit. Transtulit autem Tiberius Cęsar rex Romanorum Herodem in Hispaniam, ubi etiam mortuus est, & successit in regno Agrippas filius Aristobuli filij Herodis senioris. Regnauit autem iste uiginti tribus annis. In diebus eius mortuus est Tiberius Cæsar, & regnauit Gaius pro eo, qui & ipse in impietate superauit omnes qui fuerunt ante eum. Hic enim Gaius uocauit seipsum Deum, & pręcepit sibi ædificari altaria in omni terra, & memoriā haberi nominis eius sicut dei. Voluit etiā quod omnes homines iurarent per nomen eius ueluti per nomen dei. Consentientes ergo ei omnes gentes, extruxerunt altaria & iurauerunt per nomen eius, mentionēque eius ueluti dei fecerunt, solis Iudæis exceptis, qui noluerunt obedire ei. Cumque bella cōtra eos excitarentur, dicebant: Moriamur simul, & nō obediemus neque colemus eum. In diebus illis miserunt Aegyptij legatum nomine Apionem ad Gaium imperatorem: & Iudæi quoque miserunt ad eum nuncium, Philonē scilicet, uirum sapientem, qui ædidit libros plurimos: respondensque Apio coram imperatore ait. Omnes gentes recordantur nominis tui diuini & extruxerūt statuas sub nomine tuo atque iurant in nomine tuo sicut in nomine deorum, pręter solos istos Iudæos, qui nec extruūt statuas in nomine tuo, neque recordantur nominis tui diuini, nec iurant in nomine tuo. Cui respondens Philo ait: Vtique nos non erigimus altare, nisi pro domino Deo Israël, nec recordamur nominis deorum alienorū, sed recordamur nominis domini dei nostri, neque iuramus in alio quàm eius nomine magno & terribili. Nemini etiam sacrificamus nisi ipsi soli domino deo, parati aliâs in mortem tradere animas nostras: & ob id non conuenit nobis ut obediamus uerbis uestris. Iratus autem Gaius imperator contra Philonem, eiecit eum contemptibiliter à se, iubens ut foris percuterēt & eum & omnes Iudæos, secū Romæ existentes. Et respondentes Iudæi dixerunt. Ne auertatur cor uestrū hodie, quia est tempus tribulationis cōtra Israëlem. Valde quidem iratus est Gaius imperator, sed habe

ſed habemus oportunum remedium & auxilium. Venite & cofugiamus ad uetus & primum auxilium, ad auxilium patrum noſtrorum, ad dominum deum noſtrum, ſanctificantes ieiunium & conuocantes cœtum in terra inimicorum noſtrorum. Sanctificantes ergo Iudæi ieiunium in terra Romana, & conuocantes eccleſiam tribus diebus, clamauerunt ad dominum deum Iſraël, exaudiuitq́; eos dominus deus patrū ſuorum in ieiunio & oratione, & factū eſt die tertia ut excitaret dominus contra Gaium ſpiritū militum ſuorum, qui exertis gladijs irruerunt in eum & in fruſta conciderunt eum, ut ſepeliri non potuerit, ſed canes deuorauerunt carnem eius, quæ inſepulta iacuit. Et in hunc modum ſumpſit dominus deus Iſraël ultionem de Gaio Cæſare, regnauitq́; poſt eum Claudius Cæſar. Hic Claudius dimiſit ſapientē Philonem & Iudæos cum magna gloria à ſe in pace. Qui lætantes abierunt in Ieruſalem, & ſubuerterunt cuncta altaria, quæ erant conſtructa ſub nomine Gaij per uniuerſam terram Iſraël. Fuit autē Agrippa rex in maximo honore apud Claudium Cæſarem. [b] Et moriens Agrippa rex Iehuda, regnauit pro eo filius eius Agrippa, præfuitq́; regno uiginti annis. Mortuus eſt autem & Claudius, ſucceſſitq́; ei in imperio Nero Cæſar. Tempore Agrippæ deſolatum eſt templum ſecundum & excitata ſunt prælia magna per uniuerſam terram Iehuda atque per omnem regionem Syriæ.

Omnia quæ in initio huius capitis ſcribūtur de Herode & Philippo fratre eius, abductáq; uxore, ab euangeliſtis quoque commemorantur. Ioſephus Latinus uidetur aliter ſentire quam autor iſte & euangeliſtæ, ſcribens capite nono libri 18. Herodem alteri Herodi abduxiſſe uxorem Herodiadem. Sed neque meminit Iohannem baptiſtam ab Herode interfectum, quod corripuerat eum & notauerat de inceſtu. Scribit autem ſic de Iohanne: Quibuſdam Iudæorum uidebatur ideo periſſe Herodis exercitum, quod in eum ſatis iuſte indignatio diuina commota ſit, pro uindicta Iohannis, qui uocabatur Baptiſta. Hunc enim Herodes occidit, uirum ualde bonum, qui præcipiebat Iudæis uirtuti operam dare, iuſtitiam colere, in deum ſeruare pietatem & per baptiſmum in unum coire. Tum demum enim baptiſmum acceptabile fore, ſi non ſolum ad abluenda peccata ſumatur, uerumetiam ad caſtimoniā corporis atq; ad animæ iuſtitiam, purificationemq́; ſeruetur: omniumq́; pariter uirtutum uelut ſignaculum & cuſtodia quædam fidelis habeatur. Quæ cum ab eo præcepta huiuſmodi docerentur, atq; ad audiendum eum perplurima multitudo concurreret, ueritus Herodes ne forte doctrinæ eius perſuaſione populi à ſuo regno diſcederent, melius credidit priuſquam noui aliquid fieret, præuenire hominem nece, quàm poſtmodum turbatis rebus ſeram pœnitudinem gerere. Ex ſola hac ſuſpitione Herodis, uinctus in caſtellū Macherūta abducitur Iohannes, ibíq; obtruncatur. [a] *Herodem in Hiſpaniam.] Ioſephus capite 14. libri Antiquitatum 18. dicit Herodem iſtum à Caio imperatore reiectum in perpetuū exilium, conſtituto ei habitaculo in Lugdunenſium Galliæ ciuitate. Tetrarchia autem eius fuit addita regno Agrippæ. Porro libro ſecundo de Iudaico bello, dicit Herodem fugiſſe in Hiſpaniam & illic deceſſiſſe è uiuis unà cum Herodiade uxore. Quæ ſubnectuntur de Philone, Ioſephus quoq; ea recitat, licet breuioribus uerbis, iam memorato 18. libro capite decimoquinto.* [b] *Et moriens Agrippa.] De de hoc Agrippa aut potius filio eius ſcribitur Act 26. quod diuus Paulus ferè perſuaſerit eum ut fieret Chriſtianus. Nam cum illi prædicaret, prophetarum oracula in Chriſto adimpleta, reſpondit: In modico perſuades mihi ut fiam Chriſtianus. De eius uero morte ſcribit Ioſephus cap. ſeptimo lib. 19. quod cum quarto regni ſui anno ueniſſet Cæſaream, ibíq; ſpectaculum ad honorem Cæſaris pro eius ſalute celebraret, & omnis prouinciæ multitudo nobilium & procerum conueniſſet, ille ſtola ueſtitus undiq; argento contexta, ualde perſpicuum & oculis inſpicientibus formidandum exhibuit. Et mox*


adulatores

adulatores uoces fauorabiles emittebant quæ nec illi bonæ pro ueritate uidebantur, deum scilicet eum appellantes. Et has uoces nequaquam cõpescuit, nec impia eorum uerba cõpreßit. Post paulu lum uero respiciens, uidit supra suum uerticem in quodam fune sedentem bubonem, quem etiam mox esse malorum causam intellexit, qui fuerat ei aliquando bonorum. Mox ergo paßionem morti feram corde suscipiens, & uehementer uteri dolore percussus, respiciensq; suos amicos, Ego, inquit, uester deus iam uitam mutare compellor. Repente namq; increpitus sum, cum mẽdaces ad me clamarent. Nam qui uocabar immortalis à uobis, ecce iam ducor ad mortem. Suscipienda est sententia, quæ profertur à deo. Viximus etenim non praue, sed claritatem beatitudinis appetentes. Hæc itaq; cum dixisset, crescente dolore comprimebatur. Et cum quinq; continuis diebus uentris dolore confectus esset, uita priuatus est, habens annum ætatis quartum & quinquagesimum. Derelinquens uero de suo genere filium, Agrippam nomine, agẽtem septimũ & decimum ætatis annum, qui tunc Romæ alebatur à Cæsare, Claudius Cæsar misit præfectum in Iudæam nomine Cuspium Fadum, qui loco filij immaturi gubernaret regnum. Cui succeßit præses Felix, sub quo multæ seditiones in Iudæa excitatæ fuerunt. Hoc accusato apud imperatorem, succeßit ei Portius Festus. Atq; interim Agrippa iunior præfuit tetrarchiæ Philippi, Bathaneæ, & Trachonitidi, sub quo & Ierosolyma destructa fuit.

Quinti libri Iosephi de Iudaicis histori js, interprete Sebastiano Munstero, Finis.

Iudicium de hoc autore una cum editionibus variis lege in Caue Script. H. E. p. 1[illegible]

BASILEAE APVD HENRICVM PETRVM, MENSE MARTIO, ANNO M. D. XLI.





וַיִּרְגְּמוּ עָלָיו בְּחַרְבוֹתֵיהֶם שְׁלוּפוֹת וַיְּבַתְּקוּהוּ וַיְקַצְּצוּהוּ חֲתִיכוֹת עַד
בְּלִי לִקְבּוֹר וְאָכְלוּ הַכְּלָבִים אֶת בְּשָׂרוֹ כִּי לֹא נִקְבַּר וַיִּקּוֹם יְיָ אֱלֹהֵי
יִשְׂרָאֵל אֶת נִקְמָתוֹ מֵאֵת גָּיוּס קֵיסַר וַיִּמְלוֹךְ אַחֲרָיו קְלַאוּדְיָאוּס קֵיסַר
וַיִּשְׁלַח קְלַאוּדְיָאוּס אֶת פִּילוֹ הֶחָכָם וְאֶת הַיְּהוּדִים בְּכָבוֹד גָּדוֹל מִלְּפָנָיו
בְּשָׁלוֹם וַיִּשְׂמְחוּ וַיֵּלְכוּ יְרוּשָׁלַיְמָה וַיַּהַרְסוּ אֶת כָּל הַמִּזְבְּחוֹת אֲשֶׁר
בָּנוּ עַל שֵׁם גָּיוּס בְּכָל אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל וַיְהִי אַגְרִיפַּס הַמֶּלֶךְ נִכְבָּד בְּעֵינֵי ק
קְלַאוּדְיָאוּס קֵיסַר מְאֹד. וַיָּמָת אַגְרִיפַּס מֶלֶךְ יְהוּדָה וַיִּמְלוֹךְ
תַּחְתָּיו אַגְרִיפַּס בְּנוֹ וַיִּמְלוֹךְ כ׳ שָׁנָה וְגַם קְלַאוּדְיָאוּס מֵת
וַיִּמְלֹךְ תַּחְתָּיו נֵירוֹ קֵיסַר. וּבִימֵי אַגְרִיפַּס נֶחֱרַב
בַּיִת שֵׁנִי וְהִתְעוֹרְרוּ מִלְחָמוֹת גְּדוֹלוֹת בְּכָל
אֶרֶץ יְהוּדָה וּבְכָל אֶרֶץ אֲרָם ׃

נשלם ספר חמישי יוסף בן גוריון ׃

תיבריוס אבל הבחור לא הרג כי אמר המלך קיסר כי אהבתו בערה
בו ויצרו גבר עליו וידיחהו למרחוק. על כן כתבנו את הנבלה
אשר נעשה ברומה בימי תיבריאוס קיסר:

ובימים ההם מת ארכילאוס בן ארודוס וימלוך אנטיפס אחיו תחתיו מור
ויסוב את שמו ארודוס וגם הוא הרשיע לעשות מכל אשר היו ל
לפניו ולא עזב תועבה אשר לא עשה וימלוך יא' שנה והוא
לקח אשת פיליפוס אחיו בעודנו חי וגם היו לה בנים מאחיו ויקחה
לו לאשה ויהרוג רבים מחכמי ישראל וגם הוא הרג את יוחנן על
אשר אמר לו אסור לך לקחת את אשת פיליפוס ויהרגהו. הוא יוחנן
אשר עשה טבילה. ויגלה תיבריאוס קיסר מלך רומה את ארודוס ל
לארץ ספרד וימת שם וימלוך אגריפס בן ארסתובלוס בן ארודוס ה
הגדול וימלוך כג' שנה ובימיו מת תיביריאוס קיסר וימלוך תחתיו ג
גיוס אשר הרשיע לעשות מכל אשר היו לפניו. הוא
גיוס אשר קרא עצמו אלהים ויצו לבנות לו מזבחות בכל הארץ
ולהזכיר שמו אלהים ולהשביע בשמו כל אדם בשם אלהים ויאותו
לכל הגוים לבנות לו מזבחות וישבעו בשמו ויזכירו אותו באלהים
רק היהודים לא אבו שמוע לו. ויתעוררו למלחמות ויאמרו
נמותה יחד ולא נשמע ולא נעבור לו. בימים ההם שלחו
אנשי מצרים שליח אל גיוס מלך רומה ושמו אפיון וגם היהודים
שלחו כמו כן שליח אל גיוס מלך מלכים ושמו פילו איש חכם אשר
עשה ספרים הרבה זה פילו. ויען אפיון לפני גיוס מלך
רומה ויאמר כל הגוים יזכירו שמך אלהים ויבנו לך מזבחות על ש
שמך וישבעו בשמך כבשם אלהים רק אלה היהודים לבדם לא יבנו
לך מזבחות ולא יזכירו שמך אלהים ולא ישבעו בשמך. ויען
